
774
774-XIII
2.
878 (1-2)

BEATIANtonini Florentinorum laudatiſsimi Archipræſulis, opus inſigne quod Summam nuncupant, eo quod omnium rerum diuinarum humanarumq; notitiam tradit. Theologiæ inſuper geminas partes, theoriã & praxim complectitur. Iuriſq; tum diuini, tum humani, haud temerandas Leges, miris interprætamẽtis explicat, Opus tanto maiori legendum fiditia, quanto Antoninus inter humane ſyntereſis ſcrupulos tutius ambulauit.



Auctuaria huius editionis.

Architypum Antonini manu ſcriptum.
Laus operum & Summę huius aureę.
Vita beati Antonini Archipręſulis.
Integritas numerorum olim vitiatorum.
Regeſtum trifarium omnium ſententiarum.
Annotationes marginales vtiliſsimè.

LVGDVNI
Apud Vincentium de Portonarijs.
M D XLII.

Vita beati Antonini Florentinorum Archiepiscopi, de fratrum Predicatorum ordine assumpti.



ANTONINVS FLORENTINA vrbe oriundus: honestissimis parentibus: Nicolao patre: Thomasina matre natus est. Is multū solertia: plus memoria polluit: mitis admodū ac taciturn⁹: statura haud magnus: corpore neruoso magis q̄ carnulento. In ipsa pueritia religionis studiolus: mirum dictu quantū sacris afficiebatur: orationi: contēplationi: vt per ætatē licuit intentus assidue. Ferturq; adhuc puer ad figurā crucifixi: que in tēplo sancti Michaelis in horto (sic enim locū vocāt) sita est: singulis fere accessisse diebus: & genibus flexis Iesum obsecrasse precibus lachrymosis. Cū aūt puberē attigisset etatē: animū totū ad sanctimoniā appulit, ac religionē predicatoriā de familia diui Dominici alta mente destinabat: motus cōcionibus ignitis præstantissimi viri Ioannis Dominici: quē oracli loco & numinis vice in terris pius habuit Antoninus. Ad hūc ergo cū suscipiendi habitus causa accessisset: visus est prudentissimo viro puer facilis & indolis quidē pre signis sed etatis tenellē: quare iussit illū adhuc annos expectare aliquot. Et quoniā ab eo interrogatus puer cuinā scientię operā daret. Respondit se decreti lectione plurimū delectari. Vade (inquit) & cum totū decretū memorie mandaueris voti cōpos eris. Huius moniti tū pertinax seruator puer euasit: vt trāsacto anno Decretorū canones quoscūq; postulatus fuisset ex memoria citauerit. Quare non iā repulsus sed auidissimę susceptus: sextodecimo etatis sue anno innocētie & sanctitatis habitū induit. In ea religione quibus quantisq; virtutibus effulserit: iusti voluminis indiget narratione. Nobis aūt integerrime vitę argumentū prestat: minime dubiū q; toties ad honores euocatus: multis in locis prefuerit fratribus: Rome: Neapoli: Caiete: Cortonij: Senis: Florentie: Fesulis. Insuper & prouincie Tuscie spiritalis præfectus: oēs Italie Cōuentus ad pristinū sancte religionis reuocauit nitorē. His fungens muneribus: Frugalitate: Modestia: Tolerantia: & omniū virtutum viua exēplaria exhibuit. Si qua palea leuiū culparum: vt est huius vite fragilitas: eius virtutū frumento se miscuisset: creditū est eā multarū infirmitatū tribulis: quibus per omne euū affectus est fuisse discussam. Quis nō videat his gradibus q̄ cōmode ad pontificij culmē ascenderit: quando ei omne pabulū animarū diuite messe esset aceruatū: & omnis labes que christianę gregi posset esse nocentior fuerit absterſa? Defuncto ergo domino Barptolomeo de Zabarellis: discussis motibus quibus in diuersa summus pontifex p̄ nouem menses rapiebatur. Antoninū cōmuni ciuium voto prēsulē Florentinū pronunciat q; nō sit inuentus similis illi qui seruaret legē excelsi. Erat tum forte vir sanctus in itinere Neapolitano: cūq; decreti honoris fama ad eū uenisset: fugā meditabatur: pontificij culmē haud quaq; subiturus: nisi apostolicis edictis cōpelleret parere. Intelligens tandē vir dei immobile dei propositū cū esset Fesulis circūfuso toto Florentie senatu: contestatus priorū pontificū vitas preclaras & suā indecentiā: onus honoris subijt. Impletū est deinceps in pontifice nostro q; gestū legimus in Martino. Eadē ei vite frugalitas. eadē modestia morū: maior semper animarū zelus: etita implebat episcopi dignitatē vt propositū fratris nō deseret. Hic iā latus nobis pateret cāpus virtutū eius: nisi dedicato libro eēnt descripte: vnū haud subticebo fuisse in sancto viro tantā in rebus arduis cōsiliorū grauitatē vt dominus consiliorū vulgo nominaretur. Expende lector sanctitatē viri oraculo apostolico. Memorię etenim proditū est Nicolaū papā talē super Antonini vita protulisse sententiā. Non minus ego (ait) putarē Antoninū Archiepiscopū Florentinum sanctorū catalogo adscribendū adhuc viuū: q; Bernardinū mortuū. Erat em̄ ciuiū patronus: pater patriæ qui omnibus prodesset neminē lederet, omnē substantiā pauperibus erogabat: in arduissimis Florentinrū negotijs amplis legationibus strenue pfunctus. Centū aureos annuatim pascalibus solēnibus distribuit in pauperes. Administrato hoc ordine vndecim annis pontificatu: cū iam septuagesimū etatis annū esset ingressus fortissima febre corripitur: fatiscentibusq; membris interrogatus si quid peteret: fiat ait voluntas domini. Inde ait. Dies annorū nostrorū in ipsis septuagīta anni: quibus actis velut post Babylonicā captiuitatē ad supernā Hierusalē est remeandū. Expleto nunc opere q; diu in manibus habui: libens morior: mercedē dei clemētia recepturus: seruire em̄ deo est regnare. Angelicū etiā responsoriū in diue virginis laudē frequētius iterabat. Sancta & ī maculata virginitas &c. Cumq; fratres vt moris est circa moribundū Dauidicos hymnos personarent. Citato versu. Oculi mei semp ad dominū &c. Vir sanctus repetito versu: dixit. Oculi mei semper ad dominum: quoniam ipse euellet de laqueo pedes meos: piamq; Iesu crucifixi complexus imaginē: obortis lachrymis sanctam deo animam reddidit secūda Maij die: qua vigilia dominice Ascensionis tum euenerat celos cum Christo ascendens.

Incipit prima pars Sūme sancti Antonini de Florentia: ordinis Predicatorum: et archiepiscopi Florētini. in qua agitur de aia et de pertinētibus ad ipsam.

¶ Incipit Proemium totius operis.



Quam magnificata sunt opera tua domine: omnia in sapientia fecisti: impleta est terra possessione tua. Ps. ciij. Contemplatur propheta in excessu mentis positus diuinam maiestatē: stupefactus ad magnitudinem bonitatis eius quaz manifestat in operib⁹ suis: z ad ipm loquitur dicens. Quam magnificata sunt ꝛc. quasi dicat mirabiliter magna demonstrata. Ut z mysterium sanctissime trinitatis satis demōstratur cuius suffragium semper z postulare expectare debemus: vt opera bona nostra que sunt sua ad finem perducat. Sme eo enim summo nulla natura subsistit ait Plato. Nulla rō intelligit: nulla actio expedit: nec eo pretermisso vllum rite fundatur exordium.

¶ In primis igitur insinuat miram potentiam: que patri attribuitur: ibi. Quam magnificata sunt opera tua domine.

¶ Secundo eximiam sapientiam: que filio adijcitur: alias adscribitur: ibi. Omnia in sapientia fecisti.

¶ Et tertio nimiam ad nos beneuolentiam: que spiritui sancto adscribitur: ibi. Impleta est terra possessione tua.

In creatiōe ostēditur potentia q̄ pri attribuit. Quantum ad primum dicit Mardocheus loquēs ad deum de sua mira potentia quam ostendit in creatione. Domine rex omnipotens in ditione tua cuncta sunt posita ꝛc. Tu enim fecisti celum z terram z quicquid celi ambitu continetur: dominus omnes. Hester. xiij. Ubi ostenditur sua potentia maxima patri attributa de nihilo cuncta facies: non ex pretacenti materia vt artifex. Et hoc apparet ex eorum magnitudine continua: ex eorum multitudine discreta: ex eorum valetudine variata. Nam vt dicitur Eccl. j. Altitudinem celi: latitudinem terre: profundum abyssi quis dimensus est? quasi dicat nullus propter mirā magnitudinem eius. sed z arenam maris: guttas pluuie. dies seculi quis dinumerauit? quasi dicat. nullus. Dinumera stellas si potes: dixit dominus Abra. Gen. xv. Nec est numerus militum eius. Job. xxv. Valetudinem creaturarum seu earum virtutem quis potest intelligere? Deus enim z natura nihil frustra operantur: quod scilicet non habeat aliquam virtutem: quinimmo species rerum sunt sicut numeri: vt quelibet species creature addat vnum gradum virtutis super aliam. Nonne igitur apparet q̄ magnificata: id est magna facta z ostēsa sunt opera dei vt magnificetur potentia patris. Quantum ad secundum dicitur Eccli. j. Fons sapientie verbū dei in excelsis. Et omnia per ipsum facta sunt. Est enim verbum filius dei quasi ars quedaz omnipotentis patris: per quam z in qua cum summa ratione z optima facta sunt omnia. Omnia in sapientia fecisti. Ps. Et q̄ sapientis est ordinare ꝑm philosophum. hinc est q̄ omnia cum maximo ordine facta sunt: vt omnia teneant locum suū sibi cōdecentem. Ex quo apparet pulchritudo vniuersi: z mundū diuina prouidentia regi. Omnia vtiq; in sapientia fecisti. Dem̄ ipse mundus est velut quidam liber scriptus intus z foris: qui docet nos sapientiam: non solum de diuinis cognitionem. ꝑm illud Roma. j. Inuisibilia dei a creatura mundi per ea que facta sunt intellecta conspiciuntur. sed etiam docet sapientiam de agendis ꝑm illud Job. xij. Loquere terre z respondebit tibi: interroga iumenta et docebunt te: et narrabunt pisces maris dū omnibus preceptum q̄ posuit vt faciant ad quod creata sunt nunq̄ pretereunt: se alijs communicant: terra fructificat z arbores z nil otiosum. Et multa z innumera documenta nobis tribuunt ex proprietatibus suis ad bene viuendum: z sic omnia in sapientia fecisti id est ad dandum nobis sapientiam ex eis. Eccli. j. Effudit eam scilicet sapiētiam super omnia opera sua: z in minimis animalibus vt formicis. Unde dicitur. Prouerb. xxx. Quatuor sunt minima terre: z ipsa sunt sapientiora sapientibus. Formice populus infirmus qui preparat in messe cibum suum. Lepusculus plebs inualida qui in petra collocat cubile suum. Regem locusta non habet: z egreditur vniuersa per turmas suas. Stellio manibus nititur: z moratur in domibus regum. Sapientia eorum: que est naturalis instinctus: docet nos sapientiam. Et formica docet solicitudinem acquisitionis saptē tie. Lepusculus cautelam ab erroribus z euasionibus. cum enī sit animal multum timidū: z a venatoribus z canibus insequatur: in petra se tutum putat. Et sapientie vacans: cuius initium est timor domini: ne capiatur a venatoribus gentium vel hereticorum erroribus: in petra fidei collocat quietem suam z mēris inhesionem. Locusta instruit saltum contemplationis cum turma collocationis. Ita enim pascitur in herbis virentibus scripturarum sapiens: vt frequenter ad modum locuste in altum se leuet me ditationis z orationis: nec solus incedit: sed cū turba sapientum sentit. Stellio innuit laborem bone operationis. Nam si aliquando acuto non emineat ingenio: tamen manib⁹ bonorum operum quasi reputans ad exequendum quod sapit in domibus regum id est in cetu sapientum collocatur. z sic oīa in sapientia fecisti. Quantum ad tertium apparet certe eius ad nos nimia beneuolentia quia omnia fecit deus propter hominem ait Augustinus que cum tanta potentia et sapientia facta sunt. Et hoc est subdit impleta est terra possessione tua: Terra homo est: quia terram gerit in quam reuertitur: terram terit: de terra existit. Et istam impleuit deus possessione sua. Possidet deus celestia: terrestria: diuina. Et his omnibus impleuit terram hominis: terrestria dans ad vsum. Psal. viij. Omnia subiecisti sub pedibus eius ꝛc. Celestia. i. angelos ad ministerū Heb. j. Nonne oēs sunt administratorij spiritus missi in ministerium eorū ꝛc. Quid magis deus possidet q̄ filium suum? Et hoiem deo impleuit quando verbū caro factum est. Jo. j. Sic deus dilexit mūdū minorē hoiem: videlz vt filiū suū vnigenitū daret. Unde aperte dici potest. Impleta est terra possessione tua. Verum inter oīa alia animalia sapientissimus Salomon ad imitandum formice sapientiam inuitat dicens. Vade ad formicam o piger: et cōsidera vias eius z discе sapientiam: que cū nō habeat ducem nec preceptorem nec principem: parat in estate cibū sibi: z congregat in messe quod comedat. Prouerb. vj. Equidē inter estatem et autūnum etatis cōstituti: arbitrat⁹ sum necessarium fore exercitamentis doctrinarum quedā recolligere ad mei sustentationem: ne si contingeret ad hyemalem senectutē deuenire fame deficerem. Senilis enim etas memoria et visu debilitata caligatur: et exhaustis corpus membris: occupationibus aliquando multiplicatis non valet: nec et tēpus vacat ad reuoluendum multitudinem librorum. Intelligens autem in ossibus meis pigritiam insitam: ad eam excutiendam consideraui formicam inter animalia minimum et despectabile: sed sapientibus sapientiorem illam esse: z ideo imitandam. Cum enim non habeat ducem nec preceptorem in opere suo: prouidet tamen sibi pro hyemis tempore cum potest discurrere. Ducem fateor me non habuisse in grammaticalibus: nisi in puericias z debilem preceptorem. Nullum habui in alia facultate excepta parte dialectice z satis interrupte: ꝛ nec principem mihi studium imperantem ex prelatione. Aliquid tate tamen z suauitate tractus veritatis: precipue moralis sapientie: ex his que mihi occurrerunt legenda pauca recollegi mihi grata. Neq; enim formica omnia inuenta cibaria colligit nec precio stora: sed que nouit sibi cōgrua. Illas igitur sublimes theorias in libraryo comprehensas: magistris z scientia perfectis dimisi. Que autem iudicaui apta ad materias predicationū z audiētiam confessionum z consultationem in foro animarum: accepi a doctoribus pluribus in theologia vel iure peritis: non intendens indoctus z omnis scientie ignarus poemato candere: ꝛ recollectionem facere amore fratrum pro me et mei similibus qui mecum erant: quibus nec ingenium ad altiora: nec librorū semper copia datur: z occupationes facultatem subtrahunt ad discurrendum per libros. Si materias tango aliquādo superātes tenuitatem notitie mee: nec hoc discrepat a proprietate formice: que pondera gestat se grauiora virtute sibi collata ab auctore nature. Ex congestis etiam a formica aliqua superfluunt aliqua corrumpuntur. Sic z ego non ambigo multa in hoc collectario posita ad superfluitatem: cum aliquando impropriauerim terminos: z extorserim expositiones: non vt puto cum falsitate: ad materiam dilatandam occurrentem. Multa etiam vel nondum emendata: vel postea vitio scriptorum alterata vel diminuta sunt. Non parum laborat formica ad colligendum vnde viuat. Laboraui z ego satis per multos annos et interrupte propter occupationes: etsi non magni valoris: tamen tempus exigentes. Unde aliquando per menses z annos opus dimisi: tempus sepe furando aliquando necessarium corporis sustentationi.

In ordine et distinctiōe sapientia filij.

Minima terre sunt quatuor.

In creaturis oīditur beneuolentia q̄ spiritui sancto attribuitur.

tationi: aliquando exercitationi prelature: in qua diu indignus permansi: aliquando decentie religionis: scilicet oationis ⁊ meditationis. Adeo autem est formica debile animal vt non solum magna sed ⁊ minima: vt murmycoleon: sint ei infesta vsq; ad interitionem. Poterunt hic notatis aliquando nedum multū literati: sed quantumcūq; scioli opponere ⁊ ipsa necare. Ego autem in flagella paratus sum: nec faciem meam ab increpantib⁹ auerto. Dicitur etiam formica preputia bladis congregatis auferre ne germinent: indeq; frustretur spe sui laboris. Ne quod igitur elationis germē exurgeret infra scrutinium cordis mei: nisus sum fere per omnia nuncupare doctores: talia que notantur referētes: ⁊ parum vel nihil de meo apponere: nisi causa brevitatis truncare. Viderint ergo qui illoꝝ dicta condemnatione digna arbitrantur: si tante auctoritatis vel sciētie sint vt illis possint obsistere. Non igitur plus minus vel vituperationis vel laudis mihi debet ascribi q̄s collectoribus lectionū vel scriptoribus librorum ab alijs editorum. vnde nec nomen meum apponere volui: nec titulum operi: nisi in contemptum tanq̄ vilissimā formicam despectum animal fabulando alicui nominare placuerit. Formicas quoq; molestas esse aluearibus apum satis apparet: que cum ad sui victū dulcedine mellis attracte hoc agūt instigante natura non vt noceant: excusate sunt. Ita ⁊ excerptores sententiarum ex varijs libris graues illis esse solent quib⁹ excellens ingenium ⁊ plurimum otium prestat doctrinas copiosas ⁊ mellifluas in originalibus prescrutari. Sed cum ipsi intendant sue ⁊ alioꝝ inopie prouidere: nō videntur culpandi: cū etiam detrimenta non illis inferant: sed magis gloriam augeāt hebetioribus: proponendo interlocutiones communes: que in suis fluentis forte nunq̄ viderūt. Aliqualem vero ordinem: etsi nō multum seriosum: ignarus ordinis posui pro facilioꝝ inuentione materiarum. Nam distinctum in quatuor partes principales feci de vitijs et virtutibus recitare intendendo: et quamlibet partem in titulos: ⁊ titulos in capitula: ⁊ capitula in paragraphos distinguendo. Et in prima parte quedā generalia: videlicet de anima ⁊ de potentijs eius que subiecta eorum habētur. De passionibus tanq̄ principijs eorū. De peccatis in genere et effectibus eorum. De multiplicibus legibus quibus vitia prohibentur ⁊ virtutes precipiuntur. In secunda parte de vitijs in specie videlicet de octo capitalibus ⁊ eorum filiabus ⁊ speciebus. De restitutione. De iuramento ⁊ periurijs. De votis ⁊ trāsgressionibus eorum. De infidelitate ⁊ speciebus earum ⁊ superstitionibus. Ad singula vitia singulas predicationes ponēdo: ⁊ postea que pertinent ad casus conscientie vel declarationem materie. Et pro themate sumitur versus Psalm̄i. Quia magis in promptu occurit: ⁊ magis ecclesie in vsu: ⁊ compendiosior in doctrina ad omnē materiam. In tertia parte de statibus varijs tam laicoꝝ q̄s clericoꝝ. De ecclesijs ⁊ sacramētis singulis: ⁊ de cēsuris ecclesiasticis: ⁊ statibus purgādoꝝ ⁊ beatoꝝ. In quarta parte de virtute in genere ⁊ specie. De virtutibus scilicet cardinalibus ⁊ theologicis in specie: ⁊ de earum partibus seu eis annexis. Et si tempus erit: agetur de septem donis ⁊ gratia. Restaret de articulis si vita communicetur que non minoris ceteris erit. Qui inde aliquid vtilitatis hauserit: pro me oret ad dominum nostrum Jesum christum. Que autem inducuntur testimonia ad probationem dictoꝝ: vltra auctoritates diuinarum scripturarum ⁊ sacroꝝ canonum: que frequenter apponuntur ⁊ sententias propias antiquoꝝ doctoꝝ ecclesie Aug. Hie. Ro. Greg. Ambro. Chry. Basil. Isid. Bern. Anselm. ⁊c. Aliquādo gentilium. Platonis. Aristo. Tullij ⁊ Senece. Adijciuntur determinationes ⁊ dicta multoꝝ modernoꝝ in theologia vel iure peritissimoꝝ: quoꝝ hec sunt nomina. In theologia sanctus Thom̄as. quem omnibus prepono in suis dictis. Alb. magnus: Petrus de palu. Pet. de Tharantasia qui fuit Innocen. quintus. Durā. Hugo cardinal. Guil. Specula. in summa vitiorum ⁊ virtutum. do. Joann. Dominici cardinalis de Florentia. Rayne. in summa Pisana. Vincē. in Specul. histo. ordinis Predicatoꝝ omnes isti prenominati. Bonauentura cardinalis. Richar. de media villa. Alexander de Hales. Joannes Scot⁹. Nicolaus de Lyra. ordinis minoꝝ. Augustinus de Roma in quodlibetis. Augustin⁹ de Anchona de potestate ecclesie. Hiego. de Arimino. ordinis eremitarum. In iure in glo. decreti. Hugo. Barptolemeus Brixien̄. Bernar. in glos. decretalium. Ray. ordinis predicatoꝝ in summa sua antiqua. Innoc. quartus. Hosti. in apparatu ⁊ summa. Guil. in speculo. Archid. in rosario. Joan. And. in nouella. ⁊ glos. sexti ⁊ Clemēti. Jo. de Lignano. Jo. Calderinus. Joā. de Imo. omniū nouissimus doctor. Petrus de Anchara. Laurētius de Ridolfis in tractatu de vsuris. Franciscus de Tabarellis. Nicolaus abbas de Sicilia. Antonius de Butrio. Petrus ordinis minoꝝ in directorio iuris. Lapus de Castelli. Federicus de Senis in consilijs. Bar. Bal. De historijs exempla ponuntur Hiego. in dialogo. Vincent. in Specul. Martinus in chronicis. Valerius maximus. Paulus Orosius. De vita patrum. De vita fratrum. De septem donis. Allegantur ⁊ multi alij sapientes: sed quia non ita frequenter: ipsos non curaui nominare.

¶ Finis Prologi.

Tabula Titulorum prime partis.

Incipit tabula generalis huius

prime partis summe Antonini que habet titulos viginti: quorum quilibet habz multa Capitula: que capitula habẽt plures ℔.

Titulus.I. De anima in cõmuni.

De anime similitudine ad deum. Cap̃.j.
De mira nobilitate anime. Cap̃.ij.
De beneficijs anime collatis quo ad scientias: artes et virtutes. Cap̃.iij.
De quidditate anime z proprietatibus eius. Cap̃.iiij.
De immortalitate anime. Cap̃.v.
De vnione anime ad corpus: z de multiplici acceptione huius vocabuli. Cap̃.vj.
De quidditate hominis z eius excellentia. Cap̃.vij.

Titulus.II. De potẽtijs anime.

De potentijs anime in communi. Cap̃.j.
De potentia vegetatiua z sensitiua. Cap̃.ij.
De singulis quinqz sensibus exterioribus z quomodo eis homo abutitur. Cap̃.iij.
De locutione z multiplici vitio eius. Cap̃.iiij.
De sensibus interioribus. Cap̃.v.
De phantasia seu imaginatiua. Cap̃.vj.
De somnijs quo ad varias causas z modos eorum. Cap̃.vij.
De estimatiua z cogitationibus. Cap̃.viij.
De memoria z vtili eius exercitio. Cap̃.ix.

Titulus.III. De potentia intellectiua.

De intellectu possibili z agente. Cap̃.j.
De multiplici oculo varie exercendo. Cap̃.ij.
De tribus requisitis ad bene viuendum corporaliter z spiritualiter. Cap̃.iij.
De his que impediunt visum anime vel auferunt. Cap̃.iiij.
De illuminatione seu recuperatione visus spiritualis. Cap̃.v.
De oculo dextero interiori: z de exercitio intellectus speculatiui: z ibi de multis speculis ad videndum: z de enigmatibus figurarum scripture. Cap̃.vj.
De oculo sinistro id est exercitio intellectus practici septem modis exercendi. Cap̃.vij.
De ratione superiori et inferiori z ex quibus causis cõtingit rationem ligari. Cap̃.viij.
De synteresi. Cap̃.ix.
De conscientia. Cap̃.x.
De actu intellectus quomodo videlicet anima cognoscit corporalia: spiritualia: angelos vel deum. Cap̃.xj.

Titulus.IIII. De voluntate.

De comparatione voluntatis ad intellectum. Cap̃.j.
De libero arbitrio. Cap̃.ij.
De voluntario z inuoluntario. Cap̃.iij.
De actibus voluntatis ab ipsa immediate elicitis. Et de ipso velle quod est primus eius actus. Cap̃.iiij.
De secundo actu voluntatis qui dicitur frui. Cap̃.v.
De intentione que est tertius actus voluntatis. Cap̃.vj.
De electione quarto actu voluntatis. Cap̃.vij.
De consilio quod precedit electionem. Cap̃.viij.
De consensu actu voluntatis. Cap̃.ix.
De imperio voluntatis. Cap̃.x.
De vsu octauo actu voluntatis. Cap̃.xj.
De bonitate z malitia humanorum actuum. Cap̃.xij.
De exercitio voluntatis z quomodo cor sit exercendũ. Ca.xiij.
De voluntate z opere exteriori quomodo se habent ad inuicem in merito vel demerito. Cap̃.xiiij.
Quomõ a volũtate bona non possunt procedere mala. Ca.xv.
De sensualitate id est appetitu sensitiuo. Cap̃.xvj.

Titulus.V. De separatione anime a corpore z retributione: z exercitio anime separate.

De triplici morte z nuntijs z miserijs mortis z multis alijs circa mortem. Cap̃.j.
De tribus nouissimis mortis: quantum ad anime separationẽ presentationem z sententiationem. Et ibi de ratione reddenda. de vocatione multimoda: z de iugi operatione in domini vinea. Cap̃.ij.
De sententia pene infernalis contra reprobos. z de septem penis inferni. Cap̃.iij.
De sententia saluandorum: et de ser miserijs mundi: z de bonis glorie. Cap̃.iiij.
De his qui sententiãtur ad purgatorium: z de penis atqz suffragijs purgandorum. Cap̃.v.
De cognitione anime separate. Cap̃.vj.

Titulus.VI. De causis peccatorum z anime passionibus.

De triplici causa peccati: scilicet ignorantia: fragilitate et malitia. Cap̃.j.
De prima passione amoris: z multiplici amore atqz effectibus eius. Cap̃.ij.
De secunda passione que dicitur odium. Cap̃.iij.
De tertia z quarta passionibus que dicuntur desiderium z abominatio. Cap̃.iiij.
De quinta passione que dicitur delectatio vel gaudiuz. Cap̃.v.
De sexta passione que dicitur dolor vel tristitia. Cap̃.vj.
De septima passione que dicitur spes. Cap̃.vij.
De octaua passione que dicitur desperatio. Cap̃.viij.
De noua passione que dicitur audacia. Cap̃.ix.
De decima passione que dicitur timor. Cap̃.x.
De finali passione que dicitur ira. Cap̃.xj.
De causa exteriori peccati. Cap̃.xij.
De tentatione multiplici: videlicet mundi carnis et diaboli. Cap̃.xiij.

Titulus.VII. De peccato in cõmuni.

De multiplici diffinitione peccati. Cap̃.j.
De varia diuisione peccatorum. Cap̃.ij.
De.xxiij.nocumentis peccati mortalis. Cap̃.iij.

Titulus.VIII. De peccato originali.

De causa peccati originalis z eius pena. Cap̃.j.
Utrum beata virgo fuit concepta in peccato originali. Cap̃.ij.
De conceptione beate Marie virginis per modum sermonis. Cap̃.iij.

Titulus.IX. De peccato actuali mortali.

Penes quid attenditur grauitas varia in peccato mortali: et de.xvj.regulis per quas potest cognosci quando aliquid est mortale. Cap̃.j.
De nocumento peccati mortalis in presenti vita. Cap̃.ij.
Quomodo puniuntur dãnati in alia vita z de penis dãnatorum z cognitione eorum. Cap̃.iij.

Titulus.X. De peccato veniali.

Quid dicatur venitale peccatum. Et de nocumẽtis eius. Cap̃.j.
De purgatorio z suffragijs mortuorum. Cap̃.ij.
De indulgentijs. Cap̃.iij.

Titulus.XI. De lege in cõmuni.

De septemplici lege ordinata ad charitatem. Cap̃.j.
De actibus z proprietatibus z vtilitatibus legis. Cap̃.ij.

Titulus.XII. De lege eterna.

Quod omnia subsiciuntur legi eterne. z quomodo debemus conformari voluntati diuine. Cap̃.vnicum.

Titul?.XIII. De lege naturali.

Quid sit lex naturalis: et quomodo instigat ad bonum multiplex. Cap̃.j.
De multiplici bono quod docet lex naturalis. Cap̃.ij.

Titulus.XIIII. De lege Moysaica.

De lege diuina in communi et eius excellentia respectu aliarum. Cap̃.j.

Tabula Titulorum ꝑme partis.

De conditionibus legis illius quantum ad latorem ⁊ receptorem. Cap̃.ij.
De preceptis moralibus ipsius legis in communi et superadditis. Cap̃.iij.
De decalogo ⁊ singulis preceptis eius in particulari. Cap̃.iiij.
De preceptis cerimonialibus sub quadruplici differẽtia. Ca.v.
De preceptis iudicialibus. Cap̃.vj.

Titulus.XV. De lege euangelica.

De conuenientia temporis. De comparatione ⁊ excellẽtia eius ad veterem. De gratia: sacramentis: preceptis ⁊ consilijs et de duratione eius. Capitu.vnicum.

Titulus.XVI. De lege que dicitur consuetudo.

De quidditate consuetudinis. Et quomodo faciat aut tollat legem: ⁊ de differentia triplicis consuetudinis. Cap.vnicum.

Titul⁹.XVII. De lege canõica.

De preceptis ecclesie. de rescriptis: de decretis. de decretalib⁹ epistolis. ⁊ de auctoritate doctorum. Capi.vnicum.

Titulus.XVIII. De lege ciuili.

Quo tempore ius ciuile conditum sit. Et quando ⁊ quantum liget. de legum diuersitate ⁊ eius effectu. Capi.vnicum.

Titulus.XIX. De priuilegijs in communi.

Priuilegia per quem concedi possunt: per quem impetrari: et quomodo ⁊ quando tolluntur. Cap̃.j
De priuilegijs ordinis predicatorum. Cap̃.ij.

Titulus.XX. De regulis iuris.

Et habet vnicum capitulum cum singulis regulis iuris que sunt in decretalibus: ⁊ in libro sexto.

Finitur tabula.

Incipit Prima pars Sūme ma

ionis domini Antonini archiepiscopi Florentini. In qua parte ponuntur viginti Tituli.

Titulus primus. De anima in

communi.

De ipsius anime similitudine ad deum. Capitulum.j.



Enite audite ⁊ nar

rabo oēs qui timetis deū: quanta fe cit anime mee. Ps.lxv. Inuitat Ps. nō oēs: sed timētes deū ad cōsiderā dū magnificā nobilitatē anime ratio nalis: ⁊ q̄ innumera bona ⁊ magna cōtulit ei altissimus. Qui enim nō ti mēt deū nō curāt talia cognoscere: ſz solum corporalia ⁊ mundana. Cōsi derās aūt istā nobilitatē aie deuot⁹ Bern̄. in lib. medi. O anima (inquit) insignita dei imagine: deco rata similitudine: redempta christi sanguine: desponsata fide: do tata spiritu: deputata cū angelis: capax beatitudinis: heres bo nitatis: pticeps rōnis: q̄d tibi cū carne. q.d. quō solū vacas cor pori, quidēs sibi: non tibi subijciēs te sibi: cū sis ita nobilis ⁊ ma gnifica: ⁊ ipsa ita vilis ⁊ fetida. Ei⁹ pulchritudinē ⁊ exaltationē cōgrue figurauit Hester: q̄ pulcherrima naturaliter ornata per tēpora multipliciter: peruenit tandē ad matrimoniū consummationem feliciter cum Asuero cū ipso summo monarcha conregnās. Vasthi etiā pulcherrima regno priuata: q: mādatis eius obedire cōtēpsit: vt patet in lib. Hester. ij. c. Interpretatur. Hester humilis vel electa in tpe: ⁊ signat animā q̄ a deo eligitur: ⁊ p humilitatē eius electio intimatur. Hec pulcherrima est in sui essentia: sed pulchrior adhuc redditur ⁊ amabilior ex ornatu virtutum. Peruenit aūt ad ꝑsummatū matrimoniū cū Asuero qui interpretat beatitudo: signās dn̄m Jesuz christū: cū perfecte ei vnitur in gloria superna: regnās cū eo in eternū: vbi cōsequitur omnimodā sui perfectionē. Vasthi aūt signat quālibet animam etsi pulchram in sui natura: ſz tñ q: dei mādatis obedire cōtēnit reprobat: ⁊ regno infelicissima priuatur. Ad hoc aūt opprobriū venit: q: vt ingrata ⁊ supba: dignitatē suā ⁊ a quo habuit nō intelligit: sequens instigationē carnis. Qđ innuit Salomō Cañ. j. di. Si te ignoras o pulcherrima iter mulieres: egredere ⁊ abi post vestigia gregū. i. si pro q̄ te nō cognoscis: ⁊ dignitatē ⁊ cōditionē tuā nō attēdis pulcherrima mulierū. i. creaturarū: hoc tibi sequitur. Egredere. i. egredieris de domo paterna: vt prodig⁹ filius in regionē lōginquā de domo propriē cōsciētie: abi. i. abibis post opera carnalia que sunt signa gregū. i. brutorū animalium. Homo eñ cū in honore esset nō intellexit: comparatus est iumentis insipiētibus ꝛc. Hoc aūt nō agit qui nobilitatē ⁊ anime ꝺditionē attēdit. Unde Hugo de arrha anime ipsi loquens ait. O si teipsam videres: si pulchritudinē tuā attēderes: nūq̄ aliā creaturam q̄ teipsam magis amares. Venite ergo ⁊ audite quāta fecit deus anime rationali. Nā etsi quātū ad corpus etiaz fecit multa ⁊ magna. Fecit anime magna quātū ad naturalia q̄ formauit: fecit aīe maiora quātū ad virtualia quibus decorauit: fecit aīe maxima quātū ad supernalia q̄ ei ꝑparauit. Un̄ si de ea querat illud qđ christus dixit Mat. xxij. Cuius est imago hec. Nā ⁊ dicit Ps. In imagine pertrāsit homo. Respōderi potest.

Est imago anima increate deitatis: quantū ad naturalia.

Est imago anima incarnate veritatis: quātum ad virtualia.

Est imago anima glorificate intellectualitatis: quantum ad supernalia.

§.I. Quantū ad primū Anima di

citur imago dei. Et propterea Gen̄. j. Faciamus hominem dixit deus: ad imaginē ⁊ similitudinē nostrā. Et pro hereſi ponitur. xxiij. q. iij. c. penul. dicere animā nostrā nō esse imaginē dei. Et Aug. in lib. de trini. dicit. Licet anima nostra nō sit eius nature cuius est deus: ibi tamen imago eius querenda est quo nihil est melius. Hec ergo anima nō est similitudo omnimode idētitatis cuiusmodi est filius. Unde Amb. tractans illud. Deus quis erit similis tibi: dicit. Non vtiq̄ nullus: q: imago patris est filius. de pen. di. j. si sacerdos. Sed est imago representatiōis habēs plures similitudines proportionis ad ipsum deū. Nam vt dicit extra de sum. trini. ⁊ fide catho. c. dānamus. Inter creatorē ⁊ creaturā nō potest tanta similitudo notari: quin inter eos maior dissimilitudo sit notāda. Nouē ergo similitudines sm̄ proportionē inter deū ⁊ animā quātū ad sua naturalia possunt notari. Et prima est: q: deus vnus est in essentia. Deut. vj. Deus tuus vn⁹ est: ⁊ anima nostra vna est in essentia. Licet enim corpus nostrum a principio cōceptionis habeat primo animā vegetatiuā ⁊ postea animā sensitiuā. Et in plātis alia sit anima vegetatiua qua crescunt ⁊ fructificāt: alia in brutis animalibus qua sentiunt ⁊ vegetantur: in homine tamē cū infundit anima ipsa anima rationalis essentialiter vna est: habēs perfectionē omnis anime. i. nō solū intelligēdi potentiā: sed etiā sentiendi ⁊ vegetādi. Scōa similitudo: deus trinus est in persona. iurta illud. j. Jo. v. Tres sunt qui testimoniū dāt in celo: pater: verbū: ⁊ spiritussanctus. Et anima est trina i potētia. s. memoria: intelligētia ⁊ volūtate. In hoc tamen dissimilitudo: q: tres persone diuine sunt deus: sed potētie anime nō sunt essentia anime: sed vires eius ab ea fluentes. Tertia deus est simplex omnino: ita q̄ nulla cōpositio in eo reperitur: ⁊ neq̄ ex materia ⁊ forma: neq̄ ex subiecto ⁊ accidente: nec ex esse ⁊ essentia. Et anima nostra simplex est quātū ad hoc: q: nō est cōposita ex materia ⁊ forma: prout est homo ex corpore ⁊ anima: ⁊ alia corporalia. Quarta deus est immortalis. j. Timo. j. Regi seculorū immortali ꝛc. Et anima est imortalis: iurta illud Sap̄. iij. Justorū anime in manu dei sunt ꝛc. Uisi sunt oculis insipientiū mori: illi aūt sunt in pace. Considerata eñ anima sm̄ substantiā suā: vt dicit Uincē. in Specu. histo. incorruptibilis est: q: nō est ex cōtrarijs eius substantia: nec aliquid sue nature cōtrariū hz a quo possit corrūpi. Similiter cōsiderata quantum ad formā que est potētia intelligendi: q: intellectus est capax omniū formarū intelligibiliū que per se sunt incorruptibiles. Similiter cōsiderata ad finē suum: qua data est ei virtus speculatiua ⁊ motiua per quā se pōt ordinare ad summū bonū: sm̄ hoc manet voluntate primi incorruptibilis ⁊ magnitudine pene vel premij. Ex creatione habet vt actione alterius nō possit corrūpi: nisi ex actione dei. Ex relatione vero ad finē hz q̄ velit deꝰ eam non corrūpi. Hec ille. De immortalitate tamē anime plenius infra. eo. ti. c. v. probabitur. Quinta similitudo: deus inuisibilis est. Jo. j. Deū nemo vidit vnq̄. Est enim spiritus. Jo. iiij. Deus spiritus est: ⁊ sensus corporalis nō est apprehēsiuus rei spūalis sed corporalis. Qđ aūt dixit Jacob Gen̄. xxxij. Uidi deū facie ad faciē. intelligendū est sm̄ magistrū in. ij. sen. q: vidit aliquē angelū in specie corporali apparentē: deū representantē: ita ⁊ anima inuisibilis est: q: spiritus est. Unde christus in cruce ait Luce. xxiij. In manus tuas dñe cōmendo spiritū meū. i. animā. Unde oculis corporeis videri non potest. Qđ aūt dicit Greg. in. ij. dialo. beatū Benedictū vidisse animā sororis sue: ſcz Scholastice in modū colūbe in celū ascendere: nō est intelligendū animā esse talis forme: vel cuiuscūq̄ corporalis: sed ad ostendendū puritatē illius apparuit illis tale animal ex aere formatum. Sexta deus est vbiq̄. Hiere. xxiij. Celum ⁊ terrā: ait ego impleo. Totus est in toto vniuerso nō cōclusus: ⁊ totus in qualibet parte eius: q: indiuisibilis est: ⁊ vbiq̄ influit ⁊ operatur virtus eius: etsi nō vbiq̄ manifestet gloriā eius vt in celis. Et anima nostra est tota in toto corpore: ⁊ tota in omni parte eius. Non enim viuit corpus nisi alia presente: inquit Aug. de peni. di. j. post o illi. resuscitatus. Ita etiam nō viuit nec sentit aliqua pars corporis nisi per animā: ⁊ q: anima nō est quanta dimēsiue: ideo vbi est: ibi tota est. Unde cum leditur aliqua pars minima etiam sentit quis dolorē: q: ibi est anima que viuificat illā partem. Septima deus est vnum principiū vniuersi seu mūdi a quo omnia ꝓcesserunt. Apoc. j. Ego sum alpha ⁊ o: principiū ⁊ finis. ⁊ homo est vnū principiū mūdi minoris. i. totius generis humani: q: quod processit ex eo quantū ad copulentā substantiā. Adā eñ primo solus formaꝰ est: ⁊ de eo Eua: ⁊ ex illis alij. Hec similitudo imaginis ponitur ab Aug. xxxiij. q. v. hec imago. Sed q: hic agitur de anima nō de toto homine: ideo ista similitudo Aug. dimitti potest: ⁊ ponat alia. s. q: deus est impassibilis. Malach. iij. Ego deus ⁊ nō mutor. ⁊ anima non quidē immutabilis omnino: sed per alterationē seu lesionē naturaliter. Nā q: anima dānati patiatur in inferno vel purgatorio ab igne: hoc agit ignis non naturaliter: sed vt instrumentū diuine iustitie acerbissime crucias. Octauo deus est in se gaudiosus: ⁊ anima est naturaliter gaudiosa: q: est apta naturaliter participare eius beatitudinē. Unde dicit beatus Tho. q: homo non potest diu stare in tristitia quin conuertat se ad aliquod gaudium ⁊ delectationē: ⁊ ideo si non se exercet in gaudio ⁊ delectatione spirituali: immergit se

Nouem sunt similitudines ī ter deum ⁊ animaz quantuz ad sua naturalia.

Quomō deus videtur ab homine.

Tropologia. Hester.

Ps. xxiij.

Anima ē imago increate deitatis.

delectationib⁹ mundi. Nono deus est intelligibilis et actus intelligit infinita: et est volibilis oīs boni: ⁊ aīa nostra est intellectiua et in potentia ad intelligendum infinita: ⁊ volens naturaliter bonum ⁊ infinitum bonum. Magna vtiq; sunt ista que fecit deus anime: ⁊ ideo recolenda. ⁊ tam pulchra imago conseruanda non minus q̄ pictura dei.

Aīa est imago incarnate ṽitatis.

§.II. Quantum ad secundū Anima est imago incarnate veritatis mediātibus virtutibus que si nature sunt: nō a se hz: sed infusas a deo. Unde anima rationalis est adhuc pulchrior: q; potior est gratia vnde procedūt virtutes q̄ natura ꝑm Ambro. de consec. dist. ij. reuera. Et ꝑm hoc est anima imago veritatis incarnate. i. christi. iuxta illud Roīn. viij. Quos presciuit hos ⁊ predestinauit conformes fieri imaginis filij sui. ⁊ j. Cor. xv. Portemus imaginē celestis sc̄z christi: q; fit imitando virtutes eius: ⁊ habēdo spiritualiter nouē similitudines predictas ꝑm proportionē inter deū ⁊ animā. Primo videlz sicut anima est vna: ita ⁊ tu sis totus vnū cū deo vnitus: ⁊ per cōformitatē volūtatis. j. Cor. vj. Qui adheret deo vnus spūs est cū eo: sc̄z cōcordādo se cū voluntate sua: vt christus qui dixit. Nō mea volūtas sed tua fiat. Matt. xxvj. Secundo sicut anima est trina in potētia: ⁊ tu sis trinus in dilectione. s. dei tui ⁊ proximi. ꝑm illud. Diliges dīm deum tuū ex toto corde tuo ⁊c. ⁊ proximum tuū sicut teipsum. Luc. x. Quod fecit christus Apoc. j. Dilexit nos ⁊c. Tertia aīa est simplex: ⁊ tu sis simplex nō duplex habens in omnibus rectā intentionē: q; si oculus tuus fuerit simplex: totum corpus tuum lucidū erit. Luc. xj. Petrus in prima canoīc. c. ij. de christo ait. Nec inuētus est dol⁹ in ore eius. Quarto anima est immortalis: ⁊ tu caueas tibi a peccatis: q; vt dicit Ezechiel. xviij. Anima que peccauerit ipsa morietur: nō quātū ad substantiam: sed quātum ad gratiam qua priuatur per mortale: ⁊ per venialia dispōnitur ad mortale. j. Pet. ij. de christo dicitur. Peccatū nō fecit. Quinto anima est inuisibilis ⁊ spiritualis: ⁊ tu occultes opera tua bona ne videantur: vt vites superbiam ⁊ inanem gloriā. Matth. vj. Attendite ne faciatis iustitiaz vestraz coram hominibus. Sint ipsa opera spiritualia separata a vita carnali sensuali: quia spiritus carnem ⁊ ossa non habet. Luc. xxiij. Si christus mundato leproso precepit vt nemini diceret. Matth. viij. Sexto anima est in toto corpore vbiq; ⁊ tu sis circūspectus quo ad omnes potentias interiores ⁊ exteriores: ne ex aliqua parte diabolus valeat intrare: nec per visum: nec per auditum: nec per cor ⁊ huiusmodi. Habacuch. ij. Super custodiam meam stabo. Septimo anima est impassibilis: ⁊ tu non mouearis tribulationibus ⁊ angustijs oblitus iniuriarum oīm. Leuit. xix. Nec memor eris iniurie ciuium tuorū. Exemplo christi qui semper siluit ⁊ patiens fuit. Est octauo anima gaudiosa: ⁊ tu gaudeas semper: non in mundo: sed in deo ⁊ bonis operibus. Semper peccator de peccatis doleat: ⁊ de dolore gaudeat dicit Augu. de peni. dist. ij. si apostolus. ad Phil. iiij. Gaudete in domino semper. Nono anima est intelligibilis veritatis ⁊ volibilis bonitatis: ⁊ tu ergo vaces veritati per lectionem ⁊ auditionem diuinorum: ⁊ verum bonum non falsum ⁊ apparens appetas. Nam secundum Grego. Quia ea que dei sunt sciunt: a domino sciuntur. ⁊ qui ea que dei sunt nesciunt: a domino nesciuntur. dist. xxxviij. qui ea. Semper christus mente gaudebat: ⁊ veritatem speculabatur. Quia etiam in baptismo anima per fidē efficitur sponsa christi: ipse christus confert ei nouem ornamenta virtutū que ipse habuit. Et hec notantur in auctoritate Ezechi. xvj. vbi sic dicit spōsus. Laui te aqua ⁊ mundaui sanguinē tuum ex te: vnxi te oleo: vestiui te discoloribus: calciaui te hyacintho: cinxi te bisso: induite subtilibus: ornaui te ornamēto: dedi armillas in manibus tuis: ⁊ torquem circa collum tuum: dedi inaurē super os tuum: circulos aureos in auribus tuis: ⁊ coronam decoris in capite tuo: ornata es auro ⁊ argento. hec ibi. Ubi considerandum q; anima lota est aqua baptismi: ⁊ sic munda a sanguine peccatorum. Uncta oleo chrismatis: ⁊ tunc anima intus ornatur auro gratie: ⁊ corpus argento clare fame: tūc primo induit eam subtilibus id est camisia subtili fidei: quia trāscendunt rationem ea que sunt fidei. Secundo induit eam vestitu deaurato charitatis. Tertio chlamyde discoloribus: id est diuersorum colorum id est iustitiam que dicitur omnis virtus: ⁊ sic varia, Quarto cingit cingulo bissino castitatis et abstinentie que pertinent ad temperantiam. Quinto calciat hyacintho colore ceruleo: scilicet simili celo id est se eternorum ⁊ desiderio celestium. Sexto ornat armilla in brachijs fortitudinis ⁊ exercitio bonorū operum. Septimo ornatur torque aureo circa collum scilicet prudentie. Octauo appenduntur inaures in auribus: humilitatis quidem ⁊ obedientie in aduersis: ⁊ temperantie in prosperis. Tandem nono coronatur corona decoris in capite scilicet perseuerantie. Nam vt dicit Bernar. Sola perseuerantia coronabitur. His omnibus ornamentis fuit christus ornatus. Nam quātum ad fidē habuit eam non sicut nos: quia clare deum videbat: sed quantum ad id quod est perfectionis in ea scilicet assentiendo omni veritati diuinitus reuelate. Spem vero quantum ad glorificationem corporis futuram. vt ergo portetis imaginem celestis: induimini dominum Jesum christum. Roma. xiij.

Anima in baptismo recipit a christo nouē ornamenta virtutum que ipse habuit.

Nouem modis portatur imago Christi spiritualiter.

§.III. Quantum ad tertium scilicet supernalia que anime preparata sunt: est imago glorificate intellectualitatis id est angelorum sanctorū. j. Corinth. ij. Oculus non vidit: nec auris audiuit: nec in cor hominis ascendit: que preparauit deus diligentibus se. scilicet bona glorie que angeli possident in patria: ad quam homines ascendētes equales sunt angelis dei. ait christus Matthe. xxij. Nouem autem sunt ordines ipsorum angelorum inquit Grego. de peni. dist. ij. c. principium. Angeli: archangeli: potestates: virtutes: principatus: dominationes: throni: cherubin ⁊ seraphin. Homines autem non facient ordinem decimum de per se in gloria: sed assumuntur anime sanctorum ad diuersos ordines angelorum secundum differentiam meritorum. Et quamuis quilibet ordo possideat aliquod donum excellenter vnde denominatur: vt dicit magister in. ij. senten. distinctio. ix. nihil tamen singulariter. Participat ergo quelibet anima beata cum omnibus ordinibus aliquid. Nam seraphica est per amoris ardorem. Interpretatur enim seraphin incendens. ⁊ Esa. xxxj. ca. dicitur. Dixit dominus cuius ignis est in Sion: ⁊ caminus eius in Hierusalem ⁊c. Est anima cherubica per cognitionis plenitudinem. Interpretatur enim cherubin plenitudo scientie ad Hebr. viij. Omnes scient me dicit dominus a maiori vsq; ad minorem. Grego. iiij. moral. Quid est quod nesciant qui scientem omnia sciunt. Est thronica per premij quietam ⁊ securam tentionem. Thronus dicitur sedes nobilis in qua quiescitur ⁊ firmus quis manet. Joan. xvj. Gaudium vestrum scilicet superne glorie: nemo tollet a vobis. Joan. x. Ego vitam eternam do eis scilicet ouibus meis ⁊ non peribunt in eternum. Est dominatiua per summam puritatem. Maius dominium esse non potest quam esse liber a vitijs ⁊ passionibus et miserijs corporis: qō nō fit nisi in gloria. Roīn. viij. Ipsa creatura liberabitur a seruitute corruptiōis in libertatem glorie filiorum dei. In multis hic offendimus omnes. sed ibi sine macula sunt ante thronum dei. Apocal. xiiij. Principatum habet anima summe dignitatis: nam omnes reges et principes mundi sunt. j. Regum. ij. vt sedeat cum principibus et solium glorie teneat. Fecisti nos deo nostro regnum id est reges: cantant sancti: vt dicitur in Apoca. v. Uirtutem habet in se summe vigorositatis: et quoad animam in omni virtute firmatam: mutata tamen fide in visionem ⁊ spe in possessionem. Et quo ad corpus factum in resurrectione finali immortale ⁊ impassibile. Psalm. Fluminis impetus letificat ciuitatem dei. Impetus fluminis signat perfectionem virtutum: quia ad vsum non presentis vite: sed perfectissime erunt in animalibus. Apoca. vij. Non esurient neq; sitient amplius ⁊c. Facientes etiam miracula plurima post mortem sancti: inter potestates reperitur per repressionem demonum. Nam sicut angeli sancti refrenant malitiam demonum: ne tantum noceant quantum vellent ⁊ precipue potestates: ita ⁊ sancti iuuant nos contra malitias demonum spiritualiter ⁊ corporaliter: vt patet ad corpora multorum sanctorū. Archangelorum capit propuetatem anima per altissimam claritatem ⁊ reuelationem magnorum secretorum. Angelorum autem per obedictie agilitatem parate sunt semper: ⁊ nil aliud potest in eorum appetitu cadere nisi quod deus vult: sicut ⁊ de angelis dicitur in psal. Facientes verbum eius ad audiendam vocem sermonū eius. Et sic anime per bona supernalia collata est imago totius celestis hierarchie in patria. Sed si hic viuit vitio se efficitur imago diuersarum bestiarū. Roīn. j. Mutauerūt gloriā incorruptibilis dei. i. gloriosam imaginem dei in imaginē corruptibilis hominis ⁊ volucrum ⁊ quadrupedum serpentum ⁊ ceterorum. Hinc ⁊ Boe. de phica consol. Euenit vt quē diuersis vitijs transformatum videas hominem estimare non possis. Exemplificat de diuersis vitijs varijs bestijs assimulatis.

Anima est imago glorificate intellectualitatis.

Aīa bēa pricipat aliqđ cuz oīb⁹ ordinibus angelorz.

Ps. xlvj.

Anima q̄ hic viuit vitio se efficit imago diuersarū bestiarū.

Superbia

Superbia leoni. Inanis glia pauoni. Inuidia linci. Auaritia talpe vel serpenti terram comedenti. Ira cani. Gula viso. Accidia asino. Luxuria porco. Timiditas ceruo. Instabilitas aui & hmõi. Et cõcludit Boe. Itaq; fit vt qui pbitate deserta in diuinã conditionẽ transire nõ possit vertatur in beluã. Q̃d & per figurã ostẽsum est in Nabuchodonosor: qui ppter superbiam suã est in bouẽ ex hoie cõmutatus. vt dicit Aug. xvij. q. iij. miror. Et tales pct̃ores in alia vita sumũt imagines demonũ. vñ Thren. iij. Denigrata est sup carbones facies eorũ. Demones cõmuniter pinguntur nigri ad inuendũ obscuritatẽ & horribilitatem eorũ. Pro maiori autẽ declaratione eius qd̃ est. ś. de imagine. Nota q; q̃nq; sunt que deũ diuersimode representant scz vestigiũ imago: ad imaginẽ esse: similitudo & equalitas. Primo eñ vestigiũ representat illud a quo causaliter est expressum cõfuse: sicut impressio pedis relicta in puluere: et sic̃ cinis & vestigiũ ignis & sic quelibet creatura irrationalis & vestigium dei: q; ipm aliquo modo representat per aliquã sui virtutẽ. Vñ Job. xj. Forsitã vestigia dei comprehendes: et vsq; ad perfectũ oipotentẽ reperies. Scõo imago representat illud a quo est pducta clare expresse. Et hoc duobus modis: q; vel in speciei similitudine: sicut imago regis in filio: vel in figure similitudine: vt pz de imagine regis expressa in numo. Ponit Aug. in lib. de decem chordis exẽplum dicẽs. q; sicut imago imperatoris aliter est in numo: aliter in filio: quia in filio est impressa fm cõueniẽtiã nature: in numo autẽ nõ: sic et tu numus dei es: ex hoc melior: q; cũ quadã vita & intellectu es: vt scias cui⁹ geris imaginẽ: numus autẽ nescit se habere imaginẽ imperatoris. Ponit etiam exemplum de imagine que est in filio & in speculo. In filio eñ hoie est imago patris: & ex hoc est pater eius. In speculo vero imago nõ est hoc qd̃ ipe homo: & ex hoc nõ est pater eius. In filio regis est imago fm equalitatẽ substãtie: et ex hoc rex est pater filij. In speculo añt lõge est a substãtia. Sic a simili. Filius dei est imago patris & nunq; dr esse ad imaginẽ & hoc ppter idẽtitatẽ nature expresse: quã dei filius representat. Homo vero dr imago dei ppter idẽtitatem similitudinis: & dr etiã esse ad imaginẽ ppter imperfectionẽ similitudinis. Unde dr Gen. j. Faciamus hoiem ad imaginẽ & similitudinẽ nostrã. Hã hec prepositio ad: distãtiã significat. Tertio similitudo representat eandem qualitatẽ non vt expressam ab alio: vt ouum est simile ouo: nõ tñ est imago oui: q; nõ expressũ ab ouo vñ vbi cũq; est imago est similitudo: sed nõ ecõuerso. Quarto equale representat illud a quo est expressum perfecte. Nam equalitas nõ est de ratione imaginis nisi perfecte: qualis est filius dei. Ex his elicit q; aliqua creatura est que nec imago est nec ad imaginẽ: vt creatura irrationalis: sed dicit vestigiũ dei. Aliqua res est que nũq; est ad imaginẽ: sz imago dei tãtũ: vt filius dei. Col. j. Est filius dei imago inuisibilis dei: & hoc ppter idẽtitatem nature. Aliqua creatura est q; est imago dei et ad imaginẽ dei: vt homo qui propter similitudinem non equalitatis: sed proportionis inter deũ & ipm dr imago: & ppter imperfectionẽ similitudinis dr ad imaginẽ dei: q; scz non habet idẽtitatem nature cum deo sicut dei filius. Raine. post Tho. in j. par. q. xciij.

Quinq; sunt q̃ diuersimode representant deum.

Imago vbicunq; est filiatudo est; sz nõ econuerso.

¶ De mira nobilitate anime Capñ. ij.

Benedic anima mea domino: dñe deus meus magnificatus es vehemẽter. Ps. ciij. In oibus operibus suis domin⁹ magnificatur. i. magnus efficitur non in se qui augeri nõ potest: sed in nostri cognitione. i. magnus ostenditur nobis in sua potentia: sapientia & beneuolentia. Qui facit magna et inscruptabilia & mirabilia absq; numero: vt ait Job. v. Sed inter omnia opera sua abextra: vehementer magnificatur. i. magn⁹ & mirabilis ostenditur in anime rationalis creatione & bonorũ innumerabilitũ eidẽ collatione. Et ideo benedic aia mea dño: benedic corde: ore & opere: et vt frequentius benedicat frequẽter considẽrare debet ipsius aie excellentiã nobilitatẽ & pulchritudinẽ sibi collatam. Sicut eñ principium salutis est cognitio sui: ita causa interitus est ignorãtia: siquidẽ ignorantia mater cunctorũ errorũ ab oibus vitanda est: vt dr. xxxviij. dist. ignorãtia. et permaxime ignorantia sui. Vñ et querenti cuidã vñ posset beatus effici. respõsum fuit ab Apolline Delphico: gnoti se autõ. i. nosce teipsum. quod allegat Gen. ad Eugenium scribens. Quod sub alijs verbis notat. Job. v. dicens. Visitans speciem tuam non peccabis ideſt considerans tuam essentiam ideſt teipsum: vt exponit Helinandus. Quid eñ prodest homini scire vires herbarum: virtutes celorũ: syderum cursus: hominũ mores: naturalia cuncta: sui notitia postposita? Ipsaq; autẽ anime qualitatẽ describit. Salomon dicens Cañ. j. Si te ignoras o pulchra inter mulieres &c. vt infra pz. Quãta sit anime humane pulchritudo: nobilitas: & refulgentia: & quanta sit eius circa hoc ipsum ignorantia: & quomodo possit et per q̃ media deuenire vt habeatur ipsius anime natura: et vtilis notitia et recta vita: pulchre et deuote & egregie ostendit. Joãnes Dominici cardinalis in itinerarij libro exponens dicta verba. Si te ignoras: o pulchra inter mulieres egredere & abi post vestigia gregũ: & pasce hedos tuos iuxta tabernacula pastorũ. In quibus quidem verbis sponsus anime Christus ipsam sponsam alloquens tria de ipsa ostendit.

Cañ. j.

¶ Primũ est defectio cognitiõis naturalis. ibi. Si te ignoras.

¶ Secũdum est perfectio conditionis humanalis. ibi. O pulchra inter mulieres.

Tria cõsideranda ibi.

¶ Tertium est instructio perfectionis internalis. ibi. Egrede re & abi. &c.

§. I. Inchoando a secundo cũ scz

dicitur. O pulchra inter mulieres: notatur magnitudo mirabilis excellentie anime: ex tribus ibi positis: scz.

¶ Primo ex articulo vocationis: cum dicitur. O.

¶ Secundo ex substantiuo intellecto adiectionis: cum subditur. pulchra.

¶ Tertio ex termino comparationis. ibi inter mulieres.

Ubi sciendum q; cũ sacre scripture pretiosissima verba nullum superfluum nil otiosum admittãt: iste vero articulus seu interiectio o includatur in omni vocatiuo: sequitur. q; vbi potest intelligi videtur superfluę annotari nisi debita ratio assignetur. Et ideo considerandum est q; o est nota admirationis: durationis: compassionis: affectionis: reuocationis: & perfectionis. Ex quibus concluditur: q; dño predicẽte cũ eam vocat o: anima est admirabilis: est durabilis: est interminabilis: est desiderabilis: est amabilis: et est commendabilis. Primo igitur dico q; o notat admirationem: vnde cũ de aliquo admiramur tanq; ibi deficiat spiritus noster vltimam literam proferimus ore q̃ est scientie elementum finale v et in Greco o. Unde et saluator admirans seu ad modum admirantis se habens erga Chananeam dixit. O mulier magna est fides tua. Mirabilis siquidẽ est anima: et a nobis incomprehensibilis pro statu vie: et iuxta intelligentie facultatem naturalem. Mirabilis vtiq; in essentia: mirabilis in capacitate. Nam quantũcunq; quis proficiat in scientia nihil est respectu eius quod adhuc scire potest. Apparet capacitas eius mira ex artibus adinuentis pluribus: ex scientijs varijs acquisitis: ex virtutibus descriptis: vt infra patebit. Mirabilis est in diuine imaginis confluentia: vnitatem & trinitatem super omnia distinctius representans: vt. ś. patuit. Mirabilis est in potentiarum pluralitate scil. et vegetatiua: sensitiua: intellectiua: quarũ quelibet in plures subdiuiditur vt infra ostenditur. Mirabilis in corporis coniunctione: cum res tam nobilis & magnifica vniatur cum re tam vili et infima quale est corpus. et de hoc etiam infra ca. vj. eo. titu. Mirabilis est in corporali contagione: cum munda a deo creatur: subito a corpore cui vnitur: inficiatur. Et non minus mirabilis in eius per baptismum mundatione. Mirabilis est in sui corporis exercitatione per potentias eius: de quo infra habebitur titu. v. per totum. Mirabilis est in sui separatione a corpore et operum suorum retributione. de quibus etiã tractabitur. Mirabilis demum in defuncti corporis reassumptione. Secundo o est nota durationis. Ex parte post iuxta illud Apocal. j. Ego sum alpha et o: primus et nouissimus: vbi a denotat eternam durationem ex parte ante: quia nulla litera ante eam. O vero ex parte post signat durationem: quia nulla litera sequitur secundum Grecos. Anima igitur humana non habet durationem ex parte ante: quia creata est in tempore: sed ex parte post: quia non terminatur: sed est perpetua et immortalis: & de eius immortalitate plenius infra agetur. eo. ti. c. v. Et sicut finis alphabeti est o secundũ Grecos: ita finis omnium celorũ & creaturarũ est anima rationalis. Et ideo post; omnia creata sunt demum ipsa creata fuit: et propter ipsam creata sunt omnia: finis eñ etsi sit primũ in intentione: est tamen vltimum in executione operantis. Omnia inquit August. super Gen. fecit deus propter hominem: homine autẽ propter seipsum. Tertio o est nota compassionis. secundũ illud Thren. j. O vos omnes

Mec tria o sex põt notare.

Wat. xv.

Ca. põe. §. j. et. iij. in fine. Titu. ij.

Ignorãtia ẽ mater cũctorũ errorũ

qui transitis per viam attendite et videte si est dolor similis sicut dolor meus. Consueuit enī persona afflicta de se vel alteri⁹ afflictione multū dolens: frequenter cum suspiriis emittere o: in qua oīs fere vox terminatur languentis. Nulla etiā literarū formatur pleno ore nisi o. Et nulla aptior ad clamandum q̄z o. Audi o aia deū tibi loquentē z dicentē o: z nō despicias receptū auri⁹ o. Tibi enī cōpatitur: quia in peccatis fuistis. Tibi enī cōpatit: q̄ tā nobilis et admirāda ad tātā miseriā es deducta: vt pctō sis subdita: z de regina vniuersoū sis corpis vilis ancilla effecta. Tibi cōpatit: q̄ eras celū diuinū et facta es demonū fanum. Tibi compatitur: cui seruiebant angeli: nunc imperant demones. O si tu videres tuā dignitatē per gratiā z nobilitatē: per naturā: z demū scires ad quā infelicitatem te deducit peccatū: quantum tu clamares o incessanter. Ille suspirat vt suspirare te doceat: dolorem affigit: vt de te tu perfecte doleas. Et languores z dolores ipse adhuc plangit in cruce z clamore valido: vt perpendas exinde quantum tu debes dolere q̄ commisisti peccatum. Quarto o est nota affectionis seu desiderū et dilectionis: quod exprimebat ps̄. cxvij. dicens. O domine saluum me fac: o domine bene prosperare. A pueris et turbis clamatum est in Hebraico Osanna: ex effectu eorum ad christū. Mat. xxj. Volens ergo deus insinuare quanta affectione: desiderio z amore vocet aiam: vt spem generet atq; dilectionē recipr̄ocā dicit. O pulchra: opere nanq; ostendit quicquid expresserat voce q̄z scz solerter te errantem quesiuit: perditam requisiuit. Accēdit lucernā fidei: totā domū per charitatē euertit: inueniens letatur cum angelis: et si coram hoibus vere tristatur: portat in humeris: reducit ad caulas: totam curiā gaudio z tripudio iubens per symphoniam z chorum: etiam cum vicinis locūdari: vt parabolice habetur Luc. xv. Quinto o est nota reuocationis siue secunde vocationis: experire in te rogo vsuz vocātū: si al's nō notasti: qm̄ p aliū vocat in prima voce o nō apponit. in scōa apponit. in tertia nō replicat o. in quarta ꝓ iterū dicit o. Et sic deiceps anteq̄z respōdeat ille i dispari sine o. z in pari cum o. formar clamorem. Cum itaq; audis q̄ tue vocationi preponitur o. scito te al's ab eodem vocātā: et accusa tarditatē tuā: z venerare cum gratiarum actione bonitatē et pietatē suam. Te quippe primo vocauit per creationē inserens in natura suiipsius appetitum. iuxta illud Boetij. Insita est naturaliter mentibus hoīm veri summiq; boni cupiditas. Et nūc vocat per noui luminis infusionem: vt altiora conscendas. Et si forsitan te vocauit summo mane pueritie. in tertijs. adolescentie. sexta iuuentutis. noua virilitatis. et iam venisti ad vndecimam senectutis: saltem sic pro te fatigato responde: pare vocanti: vineam intra: pro ipso labora: plus acceptura q̄z tu scires petere: vt habetur in parabola Matth. xx. Sexto o est nota perfectionis vocat enim te per o: vt pfecte sequaris quam vult facere perfectam ipse. Perfectum autem dicit cui addi nihil potest de essentialibus sine specifica mutatione ipsius cui fit additio talis: et hoc modo dicti sunt perfecti celū z terra et oīs ornat⁹ eoruz. Geñ. ij. Licet enī homo potuerit esse perfectior in accidentalibus: vt scilz non potuisse peccare si habuisset maiorem gratiam z huiusmodiin essentialibus vero non. Nam si adderet deus aliqua anime supra potentiam intellectiuam que essentialem perfectionem importarent: ipsa anima non esset eiusdem speciei cum prima. z sic de alijs. Essentia literarum est linea quedam seu linee. O autem vna linea perficitur que principium fini coniungit: et ideo perfectior ceteris. Ipsiq; o nulla potest fieri additio sine sui mutatione. Considera igitur quandam lineam quodammodo esse animam tuam: cuius punctus primus est de⁹. A pūcto enī inchoatur linea et punctus indiuisibilis est: sic z deus ex cuius manibus tu existi per formationem. Medium huius linee est figura tua ab eo: q̄ longe recedens ab ipso longissimam lineā in obliquā per transuersum duxisti ab ipso principio continue magis distando. At vbi venit plenitudo temporis: punctus primus vnitus est vltimo: quando. s. verbum caro factum est. Joan. j. Verbū: ecce pūctus primus: caro: ecce punctus vltimus: factum est: ecce vnio punctorum. Sicq; venit ad perfectum humana natura hic per o vocitata. Decimaquarta litera in alphabeto nostro est o. z in tertia tesseredecade vnio describit naturarū in christo a Matheo in. j. c. Dicit enī q̄ ab Abraam vsq; ad Dauid sunt generationes. xiij. et a Dauid vsq; ad trāsmigrationem Babylonis. xiij. et a transmigratione vsq; ad christū. xiij. vbi magnū innuitur sacramentum. Alia enim in principio antiquorum p triplex o ad dñm suspirabat. primo p o dicens. Osculetur me: suspirauit per scōm di. osculo. suspirauit per tertiuz dicens ori sui. Trinā enī pfectionē desiderat aia. Prima est vnionis: que fit per incarnationē. Scōa est operationis: que datur per perfecte gre in fusionē. Tertia est nature z cōitationis seu glorificationis: que fit per vltime beatitudinis acceptionem. Prima tessere decas incipit ab Abraā: cui incarnādi verbi facta est repromissio prima. Secunda incipit a dauid: qui tam perfectus fuit cui dñs dicere. Jnuenī hoiem ꝑm cor meuz. Tertia perfectio exoritur in transmigratiōe a Babylone ad Hierlm patriā repromissiōis iocūde z cōsummat in christo nūq̄z intermediādo. Itē nota q̄ o est litera quarta vocalis: vt cū te per o a dño sentis vocari: recorderis q̄ in patre tuo Abraam tibi promisit quarta generatione reuertentur huc. Geñ. xv. scz ad terrā promissionis supnā patriā figurantē: z de filijs Abrae facta est illa ꝓmissio qui sunt veri fideles cū ope imitantes. Generationes autē ille spūales sunt z in quolibet possunt intueri. Nā prima est per fidem. Secunda per spem. Tertia per charitatem. Quarta per adnihilationem seu humilitatem: z tunc reuerteris huc: quia huc me dignus eris: id est mei gloria. Jdeo igitur per o te vocauit: quia litera est quarta inter vocales: quia in quarta generatione virtutū supradictarum perficienda es: z o est nota perfectionis. O altitudo diuitiarum sapientie et scientie dei: q̄z incomprehensibilia sunt iudicia eius ꝛc.

Cōpassio dei super animabus,

Perfectū dicit cui addi nihil potest.

Ro. xj.

§. II. Secundo notatur excellentia et nobilitas anime: ex eo q̄ assimilatur mulieri: cum dr pulchra: pulchra. s. mulier. Ex ipso vocabulo mulieris ipsa anima.

Alia assimulatur mulieri ppt tria.

¶ Comparatur angelis.
¶ Reperitur in feminis.
¶ Commendatur in scientijs.

Hec tria ꝑm scripturas gñā rerum significantur per mulieres.

Angelos siquidē quantū ad primū reperio a summa veritate tam mulieres q̄z viros noiatos in vno eodēq̄z sermone vbi tractat parabola ouis et drachme perditarū. In inuentiōe ouis perdite vocantur amici z vicini. In inuentione vero drachme amice z vicine: vt habet Lu. xv. Sub noīe quoq; filiax Hierlz interpellat aia angelorū subsidia dum ait Cañ. j. Filie Hierlm nolite cōsiderare q̄ fusca sim. i. obscurata per pctā. Dicuntur siquidem angeli viri rōne victoue cōtra hostes nros demones: mulieres autē rōne gratissime z attrahentis venustatis. Utiq; pulchrior: est vir mulier: sed species mulieris magis allectiua q̄z species virorū. O igit aia si te ignorias: pulchritudinē tuam inter angelos quere. Est aia angelice nature persimilis: z qua si vnus ex illis. Nō q̄ sis angelus nec eiusdem speciei cum eis angelis tñ se simile puta: vt inter angelos decorem tuū cognoscas. Decē quidē drachmas ad vsum eundē creator in principio de nullo ente produxit: quarū vna aia est: quā pditā q̄siuit mulier. i. summa sapientia: accensa lucerna in mysterio incarnationis. Jbi enim materia lucerne: que est terra ꝑm vsum quorūdā locorū et lychn⁹ cū oleo z lumine: sic in mysterio incarnationis pacto a diuina sapientia que est de⁹: inuenitur testa corpus de terra lychn⁹ aie purissime cū oleo gre: et lumē diuinitatis in vno homine christo: et per hāc lucernā reperta est drachma nature humane vna ex decem. Licet autē oēs angeli cū aiabus vnius dicantur esse nature: hoc est in genere inquātū intellectiua: nō tamen vnius speciei sicut lapides pretiosi oēs dicuntur vnius nature generalis inquātū pretiosi: sunt tñ specie differētes: et pfectior vn⁹ altero: vt ia ꝑsis: smaragdus: sapphirus: carbūculus z hmōi. Sic z angeli singulari sunt specie differentes. Nam q̄ Ezechiel posuit nouē noia lapidū pretiosorū de angelis loquens. hoc refert Grego. ad ordines ipsorum qui nouem sunt: vt in Homil. exponit: nō ad spēs eorū que innumere sunt quia tot quot angeli numero secundū bea. Tho. z Alber. Animarū vero quarū vna spēs tantū est: omniū tanta perfectio est: vt cuilibet angelo in gradu z in gloria possit equari. Quinimmo aia christi excedit angelos cunctos: z mater eius virgo beatissima super oēs choros angelorum etiam exaltata laudatur. Si igitur angelorum pulchritudinem vales reperire: tuāq; inter illas cognosces. Angelorū aūt pulchritudinē admirādam predicāt cōparationes: narrationes: rōnes. Cōparantur enim luci: vñ sub noīe lucis intelliguntur creati: cum dictuz est Geñ. j. Fiat lux. ꝑm Augustī. Stellis etiam que clarissime sunt. vnde Job. xxxviij. dicit deus. Ubi eras dum me laudarent astra matutina ideſt angeli: z iubilarēt omnes filij dei ideſt angeli boni tantum

Alia desiderat tria nā perfectionem.

Vir est pulchrior mulier. mulier magis est allectiua.

j. pte. q. l. arti. iiij.

Angelorum pulchritudo ostenditur ex tribꝰ.

tantū.Stella autē differt a stella in claritate ſm apl̄m.ſ. Cor. xv.in ſpecie.ſic ⁊ angeli.Soli quoq; cōparant.Mat.xiij.Fulgebunt iuſti ſicut ſol:lapidibus quoq; pretioſis:vt ptz per Ezech. Narrationes quoq; oſtēdunt pulchritudinē angelorū.Quanteeñ venuſtatis ſunt eſtimādi:ad quorū aſpectū expauit regina celoꝝ:nam turbata eſt in ſermone archangeli. Luc.j. Tremuerunt paſtores cū eis apparuit angelus magna cū luce:vt habetur Luc.ij.Mulieres quoq; ſancte coꝝp̄s dñicuz ad ſepulcrū querētes vnguēdum.Mat.vlti.Ipſe denicq; aquila grādis que ſolē verū irreuerberatis oculis potuit intueri dicens.In principio erat verbū ⁊c.cecidit ante pedes angeli ſecū loquentis vt eum adoraret rer magnitudine fulgoris motus ⁊ gloꝛie vt habetur Apoc.vlt.Diuaciſſime demō rōnes angelos ſpecioſiſſimos ꝓteſtātur.Quales eñ ſeruitores ⁊ miniſtros debuit ſibi ꝓpſi creare pulcherrim⁹ deus oipotēs ⁊ ſapiētia tot⁹:qui fecit ſydera viua in cōuexo celoꝝ:qui tam ſplendidas ſtellas vita priuatas in cōcauo firut.Quales ſunt eſtimādi qui ſine fine abſq; medio faciē diuinā omneq; decus proſpiciūt ⁊ venuſtā- Eccli.j. tur ab eo.Quales ſunt qui oēm creaturā precellūt.iuxta illud. Primum omniuz creata eſt lux.i.angelica natura priozitate:ſcz dignitatis non tpis: vt exponit magiſt.in.ij.diſt.ij.Quales ſunt quib⁹ ſol ⁊ luna deſeruiūt:corpoꝛaq; celeſtia cūcta ꝓut iubent ad nutū:vñ et a p̄hīs motoꝛes oꝛbiuz celeſtiū dicūtur: ꝓculdubio ipſoꝝ ſpecies vernans intellectus noſtri facultatē excedit vt cōprehendamus ex eo:qm̄ anima noſtra eis aſſimilata pulchꝛioꝛ eſt q̄ noſcere poſſumus:q̄ querenda inter angelos quaſi in eis fundata veritate atteſtante que ait.Equales ſunt angePulchritudo mulieris innuit decorē ale. lis dei.Mat.xxij.Secunda via per quam ducimur ad inueniēdam veritatem decoris animarū eſt cōſiderare feminarū ſpūales pulchritudines in ſcripturis cōmendatas hui⁹ rei figuratiuas.Sicut eñ cū dixit angel⁹ ad Mariā.Benedicta tu in mulieribus.⁊ Elizabeth ad eā.Benedicta tu inter mulieres.Voluerunt illo eulogio ſignare predictarū mulierum benedictiones:virginis tantā gratiā et benedictionē copioſiſſime figurare.Sic locutio preſens poteſt exponi cum dicitur. O pulchra inter mulieres:vt ſit ſenſus.Si inter mulieres queſieris: pollutā te videbis.Harum autē fulgentem decorē demonſtrāt iſta.

¶Sanctorum verboꝝ ſtudioſa narratio.

¶Caſtoꝝ viroꝝ amoꝛoſa ſectatio.

¶Suoꝝ membꝛoꝝ copioſa paratio.

Quantū ad primum.Cum inter cetera bona moralia placita deo caſtitatis integre virtus teneat principatū:que non ſolum contactu:ſed aſpectu quoq; ⁊ memoꝛia ſexus alterius amittitur:nequaq; ſummus eius amatoꝛ ſpūſſanctus: qui etiam de mēbꝛis caſtitatis placidū ſibi cōſtruit templū:tam ſedule in ſcripturis ſanctis mulierū memoꝛiā fatetur:atq; tam crebꝛe aliquarū pulchritudinē narraret ⁊ commendaret et mirandam:niſi ſpiritualem animē nos vellet docere decoꝛem.Sicut eñ vnitatis ⁊ pacis ſingularis amatoꝛ:belloꝝ narrationi in toto veteri teſtamento principaliter videtur inſiſtere:non vt armoꝝm tradat doctrinam:ſed vt bello ſpirituali cōtra ſpirituales nequitias in celeſtibus deuotos armaret athletas fideles:vt dicit Grego.xxiij.q.j.niſi.Sic fragilioris ſexus venuſtatem commendat puritatis amicus animarum:vt cognoſcentes decorē toti in ipſarum conſpectu conuerſi: opere conſummato dicamus.Domine dilexi decoꝛem domus tue:et locum habitationis gloꝛie tue:ſcz anime.Nam quantū ad pulchritudinē coꝛporalem earum interdixit aſpectum ſaluatoꝛ dicens Matth.v. Qui viderit mulierem ad concupiſcendum eam: iam mechatus eſt eam in coꝛde ſuo.Et ad animarū notitiam et amoꝛem fere totam ſuam extendebat doctrinam.Quid enim ꝓficit homini ſi lucretur vniuerſum mundū:anime vero ſue detrimentum patiatur.Aut quam commutationē dabit homo ꝓ anima ſua.Matth.xvj.Quicquid igitur cōmendatum reperieris in pulchritudine Sare mirabilis:ſpectabilis Rebecce: concupiſcibilis Rachelis:Dine venuſte:elegantis Arſeneth:Michol amabilis:ſubuertentis animum fortis Berſabee:ſpecioſe Judith:Heſter amoꝛoſe:gratioſe Thamar ⁊ aliarum totum intellige de animabus figuratam pulchritudinem:quas ſi videres nihil poſt deum poſſes preter eas amare. Demonſtrat ſecundo hoc idem caſtoꝝm viroꝝm erga mulieres amoꝛoſa ſectatio.Quis enim credendus eſt purioꝛ Adam in ſtatu innocentie.Quis Abꝛaam caſtioꝛ:cuius matrimonium comparatur virginitati baptiſte.Quis mundioꝛ ſancto Jacob cenſendus eſt cui reuelata ſunt ſecreta celeſtia: que videri non poſſunt niſi mundo coꝛde.Nunquid dicemus impudicos.Ganſonem aut Dauid:quoꝝm primus extitit ſanctus anteq; nat⁹ alterum vero dñs dixit inuenſſe hominem ſm coꝛ ſuum:de ceteris taceo.Hi tamen tales et tanti ad mulierum cōſoꝛtiū videbant totaliter tracti:figurātiū aie pulchritudinē: vt diſcam⁹ in eoꝝ figura:quāto ad aiarū decoꝛē rapti debeam⁹ affectu. Ecce eñ prim⁹ proteſtatur.ſ.Adā ꝓpter hāc ſoluēda foꝛe iura nature:et genitoꝛes relinquendos:vt ptz Geñ.ij.c.Tam pulchꝛa eſt enim aia tua:vt ꝓpter hanc ſi cognoſceꝛetur ab homine relinqueꝛetur pater ⁊ mater:filius:frater ⁊ ſoꝛoꝛ:⁊ alij dom. ſti ci:ager ⁊ domus:⁊ quicqd poſſidetur in terra. Sic prophetauit primus Adā:ſic ꝓpter animā faciendu⁊ eſſe gloſſauit ſcōs Adam.ſ.chriſtus Mat.xix.Sic ⁊ Abꝛaam qui faciliter terram domū paternā:⁊ cognatiōnē deſeꝛit:quinimmo feſtine currit: dilectiſſimum vnigenitum ſuū immolare:⁊ tñ ab vxoꝛe ſua Sara nō videtur poſſe abſcondi.Tam ſpecioſam animā eſſe Sara viro ſuo ſub figura ſui oſtendit:q̄ vidit cum ſummo eſſe ſtudio cuſtodiēdā ⁊ nunq; relinquendā.Sub alijs verbis hec redem ꝓtoꝛ exꝓeſſit.Sint lumbi veſtri precincti.inquit Lu.xij.et lucerne ardētes i manib⁹ vr̄is:⁊ vos ſiles hoīb⁹ exꝓctāribus dominum ſuum q̄n reuertatur a nuptijs.A nuptijs eñ ad nuptias dñs reuertitur:q̄n animā tuā aſſumere ſibi venit vxoꝛem. Et iterum.Si ſciret paterfamilias qua hoꝛa fur veniret vigilaret vtiq;:⁊ non ſineret perfodi domū ſuā coꝛpis ſui infra quā abſcōditus eſt dominus theſaurus anime in vaſis fictilibus. Cuſtodi igitur aiam.Sarā pulcherrimā.i.animā tuam:q̄n hāc nō ſolum amat Abꝛaam.i.deus vel ſapiens quiq;:ſed etiam laudāt eam principes infernales apud Pharaonem regem ipſoꝝm. Amat eam Abimelech.i.ſenſualis affectus:rapitur in ei⁹ aſpectu truculentiſſimus Holofernes.i.mundus:hanc ſi poteſt gētilis Aſſuerus coniugem facit.i.p̄hs vel poeta gentilis. Multos habet amatoꝛes:⁊ ideo cuſtodi eam vt pupillam oculi tui: q̄ ſi te multo tollatur:cū te contingit vacare circa proximū:et actualē cuſtodiā de anima tua nō habere:gaude eā priuus talē feciſſe vt non conſentiat.Pharaoni vel Abimelech ſi muitare tur ad ſtupꝝm:nec Holoferni ſeculo videlz nequam. Et cum hoc oꝛa pro ipſa vt eam deus ſemper a vitijs ſeruet immunem. Amatoꝛes aie multi. Quid mihi predicat illa ſeruitus lōga Jacob ob amoꝛē vnius puelle videlz Rachelis.Geñ.xxix.niſi quia vt iſtam animā vere habeas tuā:et non ſit aliena:ſeptēnio ⁊ ſeptennio debes tuā vendere libertatem:ſtudendo ſub obediētia ſancta: deuotuz reddere famulatum:coꝛpus ſubdendo:ꝓpriam voluntatem in ſeptem operibus miſericoꝛdie coꝛporalibus et ſeptem ſpiritualibus.Amoꝛ autem Samſonis ad Dalilam docet tantam eſſe anime venuſtatē:vt ꝓpter hanc nō contriſtandam tota ſalus coꝛporis ſit relinquenda. Jta volo intelligas ſaluatoꝛem Wat.v. tibi ſalubꝛiter conſulentem ⁊ dicentem. Si quis te percuſſerit in dexteram maxillā:ꝓbe ei et ſiniſtram.Dextera quippe anima eſt coꝛpus ſiniſtra:ſit ergo coꝛpus ſcutum anime:⁊ omnia temporalia extra animam ſint ad ſui protectionem lac rata. Uenit quidam ad te:petit tuā animā vulnerare per hoc q̄ ad aliq̄ malū ipſam inclinare conatur:ſed tu prudenter cetera q̄ ſunt ſiniſtra pone inter ipſam ⁊ animā tuam.Rapiat bona fortune:filios mactet:verberet carnem:amicos auferat:⁊ omnia que poteſt mala perficiat:dummodo ad dexterā nunq; pertingat:ſicut ſanct⁹ Job predicta plene ſeruauit:vt habetur Job. j.et.ij.c.Non patitur mouꝝ prophēta Dauid niſi in ſinu puelle multum ſpecioſe Abiſach:vt intelligas quod ante expoſuit faciendum in Ps̄.q̄ id figuraliter adimpleret dicens. Anima mea in manibus meis ſemper.Jta venuſta eſt et ſpecioſa: cui a quāplurib⁹ cōcupiſcibilis anima:q̄ nunq; eſt relinquenda:⁊ vſq; ad moꝛtem colenda:et relinquenda ita:vt cum eam a coꝛpoꝛe abire contingit de manibus tuis tranſeat ad manus diuinas dicendo.In manus tu.do.cō.ſpi.meū.i.animā:⁊ ſic de ſinu tuo trāſeat ad ſinum Abꝛae:quod idē eſt.Tertio inter mulieres pulchritudo anime reperitur figuratiue:ſi conſideretur quāto ſtudio ſe ornauerunt quedā ſancte mulieres: de quibus in ſcriptura agitur:⁊ q̄ viri ſancti ⁊ pudici puellis ornamenta ſunt plurima largiti.Res pulchra mulier eſt ⁊ fortis ac dominans regi:ita vt non poſſint hoies a mulieribus ſeparari vt ꝛ ij.Eſdre.iij.Quinimmo multos feecerunt apoſtatare a deo:vn de opus non eſt ei ornari:vt viros ſeducat vel placeat bonis. Quare ergo a iuſtis ⁊ ſanctis ornamenta vt inaures dextralia ac monilia multa non antiquis: ſed iuuenculis et ſpecioſis:potius quam indecentibus traduntur. Non vtiq; vt alli-

j.Re.xiij.

Dia relinquenda ꝓ aia

ciant oculos ad incontinentiam: nō vt ipse superbiant: non vt magis ornate placeāt maritis suis: quia tūc potiꝰ darent antiquis q̄ adolescētibꝰ: z citiꝰ deformis q̄ elegātis forme. Subest igitur sensus sp̄ualis inclusus: cum dicitur. O pulchra inter mulieres. Quo em̄ pulchrior est mulier iunior: libentius se ornat ad inuiendū: q; ad hoc pulcherrima anima z adolescens q̄ nunq̄ senescit impellit: nō quidē vt caro fetida cōponat: sed vt in marcida carne sua pulchritudo aliqualiter repſ nitet. Uel melius puto dicendū q; cū aia pulcherrima virtutibꝰ affectet ornari: caro supba in semetipsam ornamenta cōuenit: z hinc est q; nouī testamenti primi pastores talia vti nō cōuenire declarāt. ſ. Pet. iij. Mulieres subdite sint viris suis ꝛc. quar sit nō extrinsecus capillatura aut circūdatio auri aut argenti: aut indumenti vestimentorū cultus: sed qui absconditus est cordis hō: in incorruptibilitate quieti et modesti spūs. Sic em̄ aliq̄n et sancte mulieres sperantes in deo ornabant se ꝛc. z. ſ. ad Tim. ij. Ornantes se. ſ. mulieres nō in tortis crinibꝰ: aut auro: aut margaritis: vel veste p̄ciosa: sed q̄d decet mulieres ꝛc. Desideratꝰ igit cultꝰ speciosus z mulieribꝰ concessus ornatꝰ mirā animarū pulchritudinē clamat cū simile suū appetat simile. Cōmendat tertio aīa sub mulieris noīe: cū dr. O pulchra scilz mulier: ex eo q; noīe mulierū z scripturarū doctrine siue sciētie intelliguntur: z maxime in libris sapiētialibꝰ. Salomō enim doctrinas z leges mulieres vocauit in puerbīs: precipue inter quas pulchra dr aīa: q; in scripturis sctis z vanis eiꝰ admirāda species a pluribus designatur. Et vna q̄dē mulier est poesis vaga et cōposita que sub noīe Psichē cuiusdā puelle de greco in latinū translato: animā importantē mirā elegantiam aīe describit. Alia mulier loquax et ornata est historia narrans aīas in diuina effigie visas fuisse floribus coronata: immo stellarū luce vestita. Adest mulier tertia astrologia nuncupata: cuiꝰ studiū est demonstrare humanas aīas de celo descendere: z per singulos orbiū per quos trāsitū factū influētiā virtutū suscipere: sicq; decoratas humana carne vestiri. Moralis aūt mulier fragrantibus rosis hincinde cooperta: hoiem fatetur constare ex celesti terrenaq; natura: vt ex parte prima speciosa celum speciosum valeat possidere: et ex alia moderetur terrenis. Garrula et litigiosa mulier dicta ciuilis: sequit dictam auro texta canonica mulier ꝛc. pulchritudinē aie cōsiderādā in toto corpore iuris: z amissam recuperandā p̄ pniam multū insudat. Currit septima mulier q̄ vbi nō est ingemiscit eger: p̄ba practica vulgato noīe medicina dicta: z aie pulchritudini veritatis testimoniū reddens. Dicit auctorē summe nature hoiem ex distātibus summe in eodē genere composuisse: ex nobilissima. ſ. anima z ignobili terra. Speculatiua aut̄ mulier naturalis lapidibꝰ pretiosis accincta: aiam vocat sydus celeste: celi portionē: radiū dei: vel aliquid esse diuine nature: nō habens quid venustius dicat. Uerū mulier fortis z sancta theologia sacrata vt aiarū innumerata testimonia preter ea: z: id dicit quo maius nō reperitur: factas aīas ad imaginē dei pulcherrimi. Ecce pulchra inter mulieres q̄ facile scire potes q; es pulchra creatura. Ūñ z Cañ. j. dicit de anima ipsa sponsus christus. Ecce tu pulchra es amica mea. ſ. naturaliter: ecce tu pulchra scilicet per gratiam adiūctam spiritualiter. Et Ezechꝫ. xvj. Decora facta es vehementer nimis.

Aīa commendat ex nomine q; mulier.

De septē mulieribus.

Aīa comparatur mulieri.

ſ. III. Quantum ad tertium sz

terminū comparationis notāt etiā pulchritudo z nobilitas aīe ex eo q; dr inter mulieres. Cōparatio em̄ eius est inter mulieres. In. j. Phyſi. dr q; materia appetit formam sicut mulier virum appetit: vñ et mulieris caput siue perfectio dr vir: nescit quidē mulier se regere nisi regatur a viro. Propter quod deficientibus masculis z integro numero mulierū perseuerante: scribit Esa. iiij. Apprehendent. vij. mulieres virum vnū in die illa dicētes. Panē nostrū comedemus: et vestimentis nostris operiemur tantūmodo inuocetur nomen tuū super nos aufer opprobriū nostrū. Cum igitur christus sit vir aīe que mulieri comparatur: cum dr inter mulieres: ostenditur ex hoc pulchritudo et nobilitas eius: q; naturaliter inclinatur ad christū deum z hominē. Inclinatur vtiq; anima etiā si est beata ad corpus suum: sed sicut perfectū ad imperfectum: vt videlz perficiat vasculum suum. Ad christū aut̄ seu deū inclinatur sicut imperfectuz ad suam perfectionem. Sed nota secūdo q; nō absolute diceris. O aīa pulchra: nec faciendo comparationem ad alia: diceris pulchra inter viros: sed etiam inter mulieres: absolute pulcher est deus: immo pulcherrimus. iuxta illud Boetij de phīca cōso. Mundū mente gerēs sibi sub imagine formās pulchrū pulcherrimus ipse. Caput mulieris vir est: caput viri christus: caput christi deus est: pulcherrimus igitur deus. vñ absolute dr. Ecce tu pulcher dilecte mi: ecce tu pulcher. Cañ. j. q; incōparabiliter super angelos z hoies pulchrior christus: inter viros: inter oēs sanctos et angelos: sed pulchra anima inter oēs alias creaturas: etiā super angelos inquātū. ſ. deificata. i. deitati vnita aīa humana in dei verbo: sed in se cōsiderata non pulchrior angelis. Ūñ tertio nota in cōparatione hac: q; nō dicit inter virgines sed inter mulieres. Mulier propue est femina corrupta: virgines vtiq; angeli sunt: nō solū q; corruptionis corporalis inexperte: sed q; nunq̄ in aliquo deliquerunt: aie vero post primā trāsgressionē excepta aīa christi oēs reperiunt corrupte originali pctō. Post deū igitur z angelos maxima reperitur pulchritudo tua inter oēs creaturas: quinimmo vt in christo est nr̄a natura: nobilior etiam angelis reperitur: vñ z p̄m apl̄m ad Heb. j. Cū introducit. ſ. deꝰ pater primogenitū in mundum dicit: scz de eo: adorent eum omnes angeli tanq̄ superiorem suū. O igitur pulchra inter mulieres. z in hoc quoad primum.

Wetro. ix. tertij. xxxiij. q. v. hec imago.

ſ. IIII. Quantum ad secūdā par

tem que pertinet ad primū membrum diuisionis principalis: notatur defectio cognitionis naturalis: ibi. site ignoras. Siquidem nescit anima q̄d sit aīa: z que cetera videt seipsam non videt lōge extra se posita speculatiue r̄mak: et intrinseca sua dicitur ignorare: sicut accidit de oculo qui cum cetera videat se nō videt. Unde em̄ disputantiū p̄bor tot de anima opiniones ponūtur: nisi q; nullus sui naturā cognouit. Mor autē vt aīa est separata pōt vniri per contactū alteri anime: z videns aliā aīam cognoscit seipsam: sicut z angeli ante confirmationē: videndo ceteros se videbāt in illis dignitatē. ppriā ex illo intuitu cōprehendentes aperte. Sed dicet aliq̄s nō inepte p̄m regulā iuris. Nemo pōt ad impossibile obligari. de reg. iur. lib. vj. c. nemo. Si igitur aīa nō pōt se cognoscere: ergo nō obligat se scire z si nō obligat nō peccat se nesciēdo nec est digna pena. Sed cum ignorātia sit pena ergo nō est dicenda se ignorare sed potiꝰ ne scire: sicut z angeli cū nō oia sciant dicūtur ea q̄ nō nouerūt nescire: nō autem ignorare. Sed ad hoc respōdet q; in scriptura aliq̄n ignorantia ponitur pro nescientia. Ūñ illud p̄s. Que ignorabā. i. nescieba. interrogabāt me. Et loquit de christo p̄m partē sensitiuā: in qua tpe passionis videt fuisse nescientia: non autem p̄m partē intellectiuā: in qua nō ignorantia neq; nescientia erat aliqua eorū que sunt fuerūt z erūt sed oia sciebat. Secūdo potest dici aliter. ſ. q; imputatur a se ignorātia: sicut z originale pctm̄ cuius est pena per propagationē deriuatū in posterosa primo parēte. Si enim Adam nō peccasset: non esset aīa corporis serua sed dña: nō obcecata tenebus pctōrū: sed illuminata luce virtutū: cū qua siquidē luce: que fuisset aīabꝰ communis omnibus se fortassis cognouisset z que modo ignorat. Tertio pōt sic r̄nderi: licet anima ex toto se non valeat cognoscere absq; luminis infusione: pōt tñ ad talē cognitionem venire: vt de se nō presumat z nō dicat quasi presumendo: osculetur me osculo oris sui ꝛc. quasi sit hmōi digna. Ignorat ergo primo.

Aīa hz defectionem cognitionis naturalis.

Tria ignorat anima.

¶ Suam iniquitatem actualem.

¶ Suam infirmitatem virtualem.

¶ Suam instabilitatem z imbecillitatem visualem.

Quantū ad primū nota q; nullus est ita alienꝰ a fide dū vera speculetur sequēdo naturā qui aperte nō cognoscat se deo obligatū et immēse ingratum. Ista em̄ tria in natura speculāti nota videntur. Primū est q; vnus est princeps a quo cuncta procedunt reguntur et conseruantur in esse. Hec conclusio seu sententia procedit ex dictis Plato. et Aristo. qui in naturali scientia potiores habentur. Scōm est q; suo benefactori quilibet est obligatus secundū proportionē beneficiorū datorum et receptorū. Hāc nō solū hoies natura docet: sz z mutata fera q̄ domestica. Ex his duobus sequitur q; homo summe deo obligatur a quo summa recepit: et recipit etiam in vnoquoq; momento. Tertium notum est omnibus quod ingratitudo est magnū peccatū: grauius tamen p̄m qualitatē dantis dati et recipientis. Hanc dilatat moralis z extra fidem Señ. per magnam partem libu de beneficijs. Hic apud oēs naturales siue gentiles mos fuit in qualibet terra vnū templū saltem habere cū sacerdote qui deum propitiaret offensum et beneficium laudaret. His presuppositis pt̄z q; homo etsi nil aliud malitie gesserit: deo est ingratus: z ingratum debet maxime se reputare: nisi

Hō sum me deo obligat.

pſ. xxxiij.

nisi in diuinas laudes sit semper diffusus dicēs. Semp laus eius in ore meo. Vel nisi p ipso sit semper parat⁹ se impēdere totum illud frequētans. Quid retribuā dño p oīb⁹ q̄ retribuit mihi ꝛc. De q̄bus tñ paucissimi reperiunt: ꝛ fere nulli vt decet: ꝛ tamē aīa habens aliquid bone voluntatis audet dicere. Oscule⁊ me ꝛc. quasi sit digna diuino osculo cū fuerit multipliciter adulterata: ꝛ os habeat fetidū ꝛ spurcissimum. Scōm q̄ ēs ignorat q̄ tñ per viā nature scire pōt: est sua infirmitas ꝛ potētiarū suarū debilis valitudo aut nulla. Si em̄ speculata fuerit sub cursu nature suā defectionē tēporalē: qua continue tendit ad mortē suā: appropēdit infectionalē cōuersionē: quia quicquid in suo vsu capit corrumpit: ꝛ carnē suā fetidā etiā vitēs linit in vermes suā principalē operationē fm quā potius transmutat que deus facit: q̄ ipsa aliquid producat: sicut considerari potest in qualibet arte dicet p certo suū facere esse deficere: ꝛ suum posse impotentiā nominabit. Vis o aīa dē te gloriari: aut te extollere de potētia vel ope tuo. Audi dicētem tibi pſ. lj. Quid gloriaris in malitia. qui potēs es in iniq̄tate? Ecce tota gl̄ia tua. Subuertisti regna homines occidisti: igne consumpsisti multa que de⁹ creauerat. Sic fecerunt Nabuchodonosor. Alexander magnus. Cyrus. Cesar. Octauianus et alij. Forte libros composuisti: vt Aristo. ꝛ Plato. ꝛ Pli. ꝛ Augu. et Huge. Iero. ꝛ huiusmodi. et vt dicis aliquid fecisti: ordinasti eos partibus catenasti connexis, veritatib⁹ repleti: adornasti floribus: sanctorū rationib⁹ colligasti: vt be. Tho. Alber. Bonauen. Richar. Egidius de Roma ꝛ hmōi. nouitatibus decorasti: q̄bus letātur moderni: sy lua mulcētiū aures secularium literarum adumbrasti: ꝛ colorasti figuris: ꝛ dulci cursu sermonis: vt Lactātius. Alanus. Dātes. Frācisc⁹ Petrarcha ꝛ alij. Erras si hoc dicis te fecisse: nā quicq̄d habēt veritatis affabilitatis vel ordinis: totum est alienum: tua conscientia teste. Si quid autē in eis extat falsitatis vanitatis et defectus: totum illud egit ignorātia tua p̄sumptio tua: vtinā non aliq̄n malitia tua. Si dicis o aīa: edificia magna cōstruxi: erexi turres: ꝛ menibus altis ciuitates plurimas auxi. vt Arphaxat. Salomon. Diocletianus. Nemroth. Sed respondeat tibi veritas tua ꝛ dicat. Stabiles montes fodisti et ex lapidibus inde sublatis ruituras domos fecisti. Ecce quia defecisti ꝛ non p̄prie fecisti. Be uertere igitur ad cor Hiere. lim: et scias te nō posse nisi mori: peccare destruere: ꝛ corrumpere. Cum autē tibi aliq̄d attribuitur vel estimas ex te aliq̄d esse cum nihil sis: et aliquid posse cū sine deo nihil possis: te ignoras. Quantum ad tertium ignorat aīa suā instabilitatē ꝛ imbecillitatē visualē seu intellectualē: q̄ tñ ex via nature scire potest. Nouit vnusq̄sq⁹ se labilissimā hr̄e memoriā: intelligētiā valde mutabilē: vt cū vni cōclusioni ostē se adhereat: audita aliqua ratione in contrariū ad illud assentit. Volitiuā pl⁹ variabilē q̄s dies. xij. horaruz varietur per eas. Ignorat si sapiēs fuerit: vel si insipiēs sit bon⁹ vel mal⁹: si odio vel amore sit dign⁹: nec sibi quisq̄s vitā eternā potest polliceri: quanti enim casus humana rotāt. Sed ꝛ quāta sit intellectus imbecillitas potest quis videre si consideret ex quātis premissis tanq̄ causis essentialiter ordinatis: ad vnius conclusionis intellectum opz eū deuenire. Vnūquodq̄ em̄ tunc arbitramur scire: cum causas ei⁹ scim⁹: et principia prima vsq̄ ad elementa vt fm doctrinā traditam a naturali: vir de aliquo ente habeat intellectus conclusionem per se notā aut demonstratiuā. Consideret etiam q̄ duo simul non valet distincte actualiter intelligere: sed vnū post aliud: nisi plurima simul sub vno conspecule tur non diuisim sed coniunctim. Sicut multos simul angelos cogito sub isto communi conceptu angel⁹. Gabrielem ꝛ Michaelem prout duo sunt intueri non potest se determinans ad vtrunq̄. Consideret tertio anima quo magistro regat vel doceatur. s. sensu corporeo: ꝛ ex hoc fit vt q̄ caret vno sensu careat ꝛ scientia illius obiecti. In eternum em̄ cecus nō syllogizabit de coloribus. Cum ergo prosperit homo se habere oculos vespertilionis vel noctue: quomodo pōt adlympidissimi solis audere oculis irreuerberatis lucem inspicere. Disce ergo te frequenter inuestigare: vt excludatur p̄sumptio qua te ignoras: multa cogitas: facis ꝛ dicis incongrua: et ideo egredere et pasce ꝛc. quod tertio loco positum restat declarare.

Anima ignorat suā infirmitatez.

Anima ignorat suā instabilitatez ꝛ imbecillitatē visualē vel intellectualem.

i. Phys.

Docetur aīa quō possit venire ad

§. V. Quantum ad tertium principale dicebatur: q̄ data instructio pfectionis internalis. i. docetur aīa quō possit venire ad perfectionē: vnūquodq̄ em̄ naturaliter appetit suā pfectionē; docetur autē aīa in verbis que sequūtur dum dicitur. Egredere et abi post vestigia gregum: et pasce hedos tuos iuxta tabernacula pastorū. In q̄bus verbis tres questiones sunt vidende ꝛ declarande.

pfectionē internalem.

¶ Et prima quis sit terminus desirēdus. ibi. Egredere.

¶ Secunda q̄s sit terminus requirēdus. ibi. Tibi post vesti.

¶ Tertia quis sit iste locus colēdus. ibi. pasce hedos tuos.

Quantum ad primā questionē rñdet: q̄ a loco in quo quis est potest egredi ꝛ non de alio: ꝛ ideo non fuit op⁹ q̄ breuiloquijs magna loquens exprimeret: sed diceret egredere. Restat ergo o aīa vt tu statū videas tuū ꝛ non parui pendas vbi es: q̄n tibi loquitur electus tuus doctor tuus dicēs. Egredere ꝛ inde exi si vis obedire mandato: et ad supnos ascēdere gradus. Tunē da est valde illa dñi vox: de qua ōr Apoc. iij. Utinā frigidus esses aut calidus: sed q̄ tepidus es: et nec frigidus nec calid⁹: incipiā te euomere ex ore meo. Et q̄d sit ista tepiditas quasi declarās subdit dicis in corde tuo q̄ diues sum ꝛ locupletat⁹ et nulli⁹ egeo: ꝛ nescis q̄ miser es ꝛ miserabilis: pauper: cecus ꝛ nudus. O mala tepiditas q̄ vere spem cōuersionis abscindit: sed illā dico malā q̄ calore sequitur: nō aūt que p̄cedit: q̄ ad remissionē tēdit feruoris: nō que ad feruorē disponit. Aqua em̄ que debet calefieri p̄ius tepet q̄n caleat: ꝛ ista tepiditas nō est mala q̄ tēdit ad bonū. Demū post q̄n est calida effecta aqua si igni nō adhereat iterū ad tepore descendit: hec tepiditas mala est q̄ tēdit ad frigidū: ꝛ citi⁹ cōgelat in glacie q̄n si calida nūq̄n antea fuisset. Natura em̄ fortiꝰ agit vbi maiore resistētiam sentit. Qui em̄ aliquādo fuit bon⁹ igni diuino applicat⁹ ꝛ paulatim inde recedens: calorem illū nō nutrit sz remittit: ad talē obstinationē descendit: q̄ in stomacho diuine digestionis: vbi separatur preciosa a vili: bonum a malo stare nō pōt. Hoc aūt accidit oīb⁹ spūalib⁹ qui manū suā posuerūt ad aratrū: ꝛ postea se retro verterunt: in inchoata penitētia vel religione nō se cōseruātes. Quib⁹ timendū est ne tāgātur illo apli fulmine quo dicit. Impossibile est eos qui semel illuminati sunt: gustauerunt etiā donū celeste: ꝛ participes facti sunt spūssancti: gustauerūt nihilomin⁹ bonū dei verbū: virtutes q̄ seculi vēturi: ꝛ prolapsi sunt rursus renouari ad pniam: rursum crucifigētes sibimet ipsis filiū dei. ad Heb. vj. Impossibile intelligit. i. valde difficile. Caue tibi qui legis: caue et tu tibi q̄ scribis. Alia vero proficiens: et deū suū gradatim querens: sc̄da hac tepiditate nō teneꝛ sed prima: ideo q̄ nō solū meretꝛ venia: sed etiā inuari: vt p̄ficiat ꝛ calefiat perfecte. Hinc est q̄ docet quō crescat incipiēs a p̄ria cognitione ad quā hec est via et. s. egrediat a suis. Jux ta illud dictū Abrae. Egredere de terra tua ꝛ de cognatione tua ꝛ de domo patris tui: et veni in terrā quā mōstrauero tibi: faciamq̄ te in gentem magnā. Egredere inquit de terra tua. i. de affectionib⁹ terrenis: quib⁹ queris que tua sunt nō que Jesu christi: de amore diuitiarū honorū deliciarū cōsanguineorū ꝛ hmōi. Egredere de cognatione tua. s. singularis excusatiōis in mēte tua: vel etiā coram alijs tuorū defectuū per verba malitie ad excusandas excusatiōes in pctis. cum tamē iustus vt ait Sap. in principio sermonis: accusator est sui. Hanc autem diuerim tam cognationē quā. s. traxisti a primis parentibus tuis: qui culpā suā excusantes in auctorem retorserūt. Sed site excusas ait August. deus accusat. Egredere de domo patris tui. s. ali qualis p̄sumptiōis: que tibi bona aliqualiter adscribis: ꝛ maiora q̄n sint de te credis: vel tuis exercitijs: cum nō sis sufficiēs aliquid ex te vt ex te boni cogitare. Pater tuus primus in mūdi ingressu ex vtero diabolus est natura filius ire propter originale. Domus eius in qua ab initio inhabitauit p̄sumptio fuit qua sua virtute ad gloriam voluit aspirare. O p̄sumptio nequissima: inquit Sap. Eccl. xxxvij. vñ in hoib⁹ nata es: cum sez vndecunq̄ habeant occasiones se humiliandi. Egredere igit̄ o anima de predictis: ꝛ veni in terrā quā mōstrauero tibi scilicet vere humiliationis: quā verbo ꝛ exēplo mōstrauit incarnatus ipse dicens. Mat. xj. Discite a me quia mitis sum ꝛ humilis corde: faciāq̄ te in gentem magnam angelicam p concessum tibi lumen cōtemplationis ꝛ multiplicationis sanctarū cogitationū estuantiū dei desiderioꝝ: ignitorū eloquioꝝ: redolentium exemplorum: magnarū actionum. Egredere a proprio amore: ex quo p̄cedit ꝛ p̄sumptio ꝛ sui excusatio et terrena affectio. Ipse em̄ amor propius iudiciuz peruertit; obfuscat rationem: intellectū obtenebrat: inficit voluntatem: viam salutis obstruit ignorat deum: primū nescit: exultat virtutes: peccata accumulat suscitat rixas: honores querit: delectat in hoīm cede: rapinam exercet; negligit diuina mandata: corporeos sensus effre-

Fomis dolosa cōmina tio.

Gen. xij.

Prouer. xviij.

nat:querit voluptates:paradisum claudit portas inferni:et ciuitatem Babilonis aiabus repletdānatis.Qui sic amat aiam suā:perdit eam:et qui odit eā sic.s.quantū ad amorē proprium in vitā eternam custodit eā.Joā.xij.Egredere ergo de presumptione:z discе humilitatem.Et hoc est qđ subditur. Abi post vestigia gregum:z hoc est qđ scđo querebatur. Secūdo ergo querebatur.Quis sit terminus requirendus.Respondetur q̄ humilitatis actus.Cū dicit. Abi post vestigia gregū.i. sequere alios.s.probos:qui sc̄z sunt agni per innocentiam:oues per patientiam:boues p maturitatē:aselli per simplicitatē.elephātes per castitatē:cerui per cursum feruoris z huiusmodi.Et ne inuitaris prudētie tue vt te instruit Salomō Prouer.iij.sc̄z operans scām tuū sensum:sed alios cōsule:alios imitare. Uel sic. Abi post vestigia gregū.i.cōsidera in te quib⁹ passionibus vel occupationibus brutalibus peccati es dedita. Uestigia enim sunt signa relicta ex quib⁹ homo discernit a brutis:et hec sunt opera ex quibus cognoscitur si homo viuit vt homo aut vt brutū:et sic pōt se cognoscere.Ubi sciendū qđ post p̄ gen⁹ humanū cōparatū est iumētis insipiētibus p petrū:vocat⁹ est hō leo per superbiā:equus p furorē:vulpes ,ppter malitiā:syrena p decptionē:lupus propter crudelitatem:hedus ,ppter dissolutionē: capra ,ppter ambitionē:puler ,ppter importunitatē.Anus aūt si reuertitur a vitijs:ouis si psequitur per patientiam z obedientiam:z demū homo si perficitur per beneuolentiam. Grex eñ nomen est brutorū collectiuū non angelorū vel hominū.hoies igit cōsequi.i.imitari habeas:considera quia greges dicūtur vt discas discernere quos sequaris:qđ infra declarabitur.Hic autem primo nota q̄ primus homo secit simulem iumentis insipientibus per peccatum:per decem signa que cognouit.

¶Per carnis rebellionem. ¶Per primā operationem.
¶Per domini trepidationē. ¶Per perditā speculationē.
¶Per insulsam locutionē. ¶Per mutatā nutritionē.
¶Per nouā inhabitationē. ¶Per diuinā separationem.
¶Per mortis incursionem. ¶Per pellitū traditionem.

Quāplures fuissent differentie inter genus humanū z bruta si nō peccasset:sz istorū decē per pctm̄ per experientiā sensit simulē se brutis.Quantum ad primum ante pctm̄ corpus voluntati et voluntas deo erat subiecta:sed cōsummato delicto:caro volūtati z volūtas deo rebellauit:hinc est qđ sentiēs rebellionē mēbrorū genitaliū vterq⁹ erubuit:vt bruta aialia non valētes membris carnalibus imperare:vt ptz Geñ.iij.Scđo texturā lanificū et huiusmodi que propria sunt aranearū ante peccatum homo nō exercuit:nec exercuisset:post qđ cōmissum folia ficus collegit intexuit vt sciuit:z fecerūt sibi pertzonata verminū artes imitantes.Geñ.iij.Quoad tertiū absq⁹ pctō homo diuinū querebat aspectum:sicut fidelis seruus remunerantē patronū libēter expectat.Nō enim trepidauit imperantis aspectum vel cuncta animalia ad se afferentis.At vbi factus est reus:iudicis timet aduentum.Sic Adā a facie sua se abscondit in ligno:vestigia z vocem ambulantis expauēs.Hoc autē brutorū est ad vocē sc̄z et sonū dñi sui abscondere se z cū tremore latere:vt ptz in pluribus aialib⁹.Quātū ad quartū nota q̄ eo tpe q̄uis paruo.s.spatio horarū.v.et non vltra quo sine peccato steterat in illo loco ameno assuetus erat celica contēplari:sed per peccatū se totum in sensuales affectiones z difficultatē intellect⁹ sensit redactū. Unde non dubitauit se similē brutis effectum quibus ante nomina imposuerat iuxta vnuscuiusq⁹ ppietatem nature:que fortasse ad ip̄m per deū fuerunt adducta.Geñ.ij.vt per cognitionem ip̄sorū se demum cognosceret in eorū gregē trāsisse.Quātum ad quintum aduerte q̄ expertus fuerat homo primus linguam serpentinā pariter z humanā optimeq⁹ nouerat earū distantiā.Erat enim vox hoīs simplex:veritate:modulatione et deo plena.Ex abūdātia eñ cordis os loquit:ait christus Mat. xij.Linguā vero serpentinā versutā:fallaceq⁹ fuisse non ignorabat cum se iam sciret deceptū.Demum cōscientia teste loquēdo cum domino mētiri z suū infamare auctorē:sicut ille serpens fecerat se videbat.Geñ.iij.z sic per insulsam locutionē se similem serpenti ostendit.Quātum ad sextum attēde qđ distinxerat dominus cibū hoīs a pabulo bruti sicut eorum specificū esse. Arborū enim fructum homini:fenuz parauerat iumentis:sic erant vtriusq⁹ mēse diuise.At vbi ad vitiū est deuētū ad brutorū mensam mutatus est homo atq⁹ locat⁹ cū dictū fuit p veritatē eternā:comedes herbas terre.Geñ.iij.Quantum ad septimū scias qđ sicut sequestrauerat dominus mēsas:ita z inhabitatiōes cōstituerat diuersas. Loc⁹ eñ hominis erat fuisset⁹ in Eden terrestris paradisus in quo creatū de⁹ posuit ip̄m: z pars reliqua habitabilis terre ceteris animalibus erat concessa. Illa erat ciuitas:ista rus:illa paradisus:iste plus securum:ista vero demonum sylua plena timoris.Cum igitur cōsummata preuaricatio foret:olim celestis ad villā mittitur:ad ouile pecus:seruus demonis ad dominum suū:adq⁹ ad portā paradisi: ne sit facilis spes redeūdi cherubin custos collocatur cū ℣ flatili gladio.

Quoad octauū.O quā clare sensit se in brutū mutatū nisi ratio in totū fuisset amissa:qñ est separat⁹ a dño cū primo sub angelis eius exteriter comes et nūc est datus bestijs in socium: cum sciret similia bene cū similibus conuenire z loca pportionari locatis nō solū scām quātitatē:sed etiā scām dignitatem.

Quantū ad nonū.Cōsidera q̄ hō prim⁹ vite immortalis audus erat hāc ,pmiserat dñs nō peccāti:z sub dulcedine huius tradidit serpens pomū gustādū dicens.Nequaq̄ morieminī: sed eritis sicut dij.Geñ.iij.quos ille nō ignorabat esse alienos a morte:sciebat enim bruta cūcta mortalia fore.Quis dubitet proinde se sensit esse mortalem:cū abscondit se in medio ligni paradisi:qđ vocabitur lignum vite.Ne autē potuisset credere falsum esse illud iudiciū mortis qđ menti erat impressum:summa veritas dixit eidē.Geñ.iij.Donec reuertaris in terram de qua sumptus es:q̄ terra es z in terrā ibis. Ultimo tandem ne a mēte periret q̄ bestijs similis esset pelle indutus est bestiali. Primo nanq̄ erat vestitus sua nobilissima cute innocentie:cū que se aut sodalem aspiceret hominem intuebatur:q̄ hō erat quē videbat.Modo autē oculis eius insipientibus se et generis sui obiecit pellis brutorū:aut lana ipsorū: nō nisi q̄ similis factus est illis.Cultus eñ exterior maxime ordinatur a deo vt interiorē hoiem pādat:pene vnicū signū remansit:quo nō se totaliter cōuersū in brutū estimaret.s.q̄ corpus eis remā sit erectū.Nā dicit Ouid.Pronaq⁹ cū spectēt aialia cetera terrā.Os hoi sublime dedit celūq⁹ videre Jussit:z erectos ad sydera tollere vult⁹.Abi etiā post vestigia gregū:considerando opera sanctorū:qui aliq̄n effecti sunt brutales p casus vitiorū varios:z noli altū sapere:sz time.aut apls:vt ptz in Adā z alijs. Ecce vidisti quorū gregū vestigia sequi tuberis:sed antequā gradiaris post bestialium hoīm dorsa ne capiaris per prauа exempla:tertie questionis solutionē expecta.Demū quātū ad tertium querebat quis sit locus colēdus.i.vbi debeat quis habitare ad pascēdū.Respōdet aspūsancto q̄ iuxta tabernacula pastorū:dum dicitur,pasce hedos tuos iuxta tabernacula pastorum.Pro horū declaratione plenius tria sunt videnda.

¶Primo qui pastores hic dicūtur.
¶Secudo que per tabernacula exprimuntur.
¶Tertio qualiter hedi hic pascuntur.

Quantum ad primū ex dictis in precedēti facile hoc declaratur.Nā si greges dicunt homines post pctm̄:illi sunt recte pastores vocati quib⁹ cura tradita est generis humani:z officiū pastorale exercuerunt.Et illi quidē prelati qui p ostiū sc̄z debite electionis nō intrauerūt ad officiū pastorale cuiuscū p̄z prelature:sz ascēderūt aliūde.s.p ambitionē:intrusionē:simoniā z hm̄oi.hi sunt fures z latrōes nō pastores:vt Jason.Caiphas. Simō Magus z hm̄oi.qui ℣o intrauerūt per ostiū canonice assumpti:z videntes lupū venientē.s.diabolū tētantē:vel tyrānū subditos depredātē:vel hereticū aut publicū peccatorē doctrina falsa z perniciosis exēplis incedentē ad interitum z non clamāt:nō fugāt:nō sequūtur reprehensionibus:cēsuris z alijs modis cū possunt sz fugiūt tacēdo:hi mercenarij sunt querentes de ouibus suis lanam z lac:z non salutē earū quib⁹ conuenit̄ que dicit dñs Ezech.xxxiij. Ue pastoribus Jsrael qui pascebant semetipsos:nonne greges a pastoribus pascunt̄ Lac comedebatis z lanis cooperiebamini:qđ crassum erat occidebatis:gregem aūt meū non pascebatis:z cetera q̄ ibi sequunt. Ad quod etiā facit qđ ait Hiero.ad Helioð.ij.q.vij. non oēs. Non omnes epi sc̄z nomine sunt epi:sed re z opere.Attēde petrū.Judā cōsidera.Stephanū suscipe als suspice. Nicolaum respice:nō facit ecclesiastica dignitas christianū.Corneli⁹ Lēturio adhuc etnicus dono spūssancti mundatur:presbyteros puer Daniel iudicat. Non est facile stare in loco Petri et Pauli:scilicet tenere locum iā cū christo regnantiū. Infatuatū sal ad nihilū ,pdest nisi vt foras proiciatur z a porcis cōculcetur. Hec ille.Qui aūt ponūt aiam suā p ouib⁹ suis:hi sunt veri et boni pastores:quibus dicit prim⁹ pastor Petrus.Pascite eum qui in vobis est gregē:non quasi dominātes in clero:sz forma facti gregis ex animo.Memineris sibi a dño dictum, Pasce oues

Homo iumentis assimilat̄

Hō fit̄ est brutis decē modis.

Quis sit termin⁹ requirendus.

Hō post ruinaz sociat⁹ est bestijs.

In principio.j.metamor.

Ad Roma.xj.

Aia vbi pascitur.

Qui dicūtur pastores.

Pastores veri qui sunt.

oues meas. Joan. vlti. Non dixit tō de vel mulge: qđ faciūt que rentes honores ꝛ diuitias: mō soliciti de animabus: sed de decimis ꝛ oblationibus ꝛ tēporalibus habēdis: sed dixit pasce tēporali cibo si potes. Nā gloria ēpi est pauperū opibus prouidere. i. necessitatibus. xij. q. ij. gloria. Pasce doctrina ꝛ exemplo. Iuxta igitur pastorū nō furū vel mercenariorū tabernacula tubek anima pascere hedos suos. Secundū extat videdū que sint ista tabernacula. Gene. iiij. Jahel fuit pater habitantiū in tentoriis atq; pastorum. Et quibus verbis colligitur q; ipse Jahel fuit primus qui tabernaculū seu tentorium fixit pastorum. Pro eodem sumitur hic tētorium et tabernaculū. Interpretatur enim Jahel scientia seu principiū: ꝛ hic pater habitātiū in tabernaculis. Scientia enim sanctorū pastorū vocat tabernaculū eorum. hic ergo pascēdi sunt hedi anime. s. iuxta scientiā sanctorū: regē de enim sunt passiones ꝛ affectiones. ꝛ si forte nō valeamus per tantā perfectionē quātam ipsi habuerunt: ꝛ ipsorū tabernacula introire: saltem stemus iuxta: ꝛ eorū scientia sit nobis vita ꝛ doctrina. Sic eñ iustus deduxit dominus per vias rectas: ꝛ ostendit illi regnū dei: ꝛ dedit illi scientiā sanctorū. Sunt aūt scientie sanctorū: Abel innocētia conseruata: Enoch orationis sublimitas: Noe cōfidentia roborata: Abrae visionis integritas: Loth constātia preseruata: Jsaac toleratiōis animositas: ꝛ sic discurre per aliorū exempla sanctorū vtriusq; testamenti: ꝛ iuxta horum tabernacula: id est scientiā pasce hedos tuos. Sed iam tertio videndum est qui sint isti hedi. Hedos siquidē dicit ab edēdo: ꝛ principaliter valet ad edēdum: cuius carnes sunt delectabiles: satis temperate complexionis necnō ꝛ bone digestionis infirmis concesse. Et si nō occidatur hedus crescit in fetidū hircū: cuius carnes infirmis sunt nociue: sanis infeste. Per hedos ergo accipimus filios passionū anime posī naturā corruptam imitātes ꝛ lasciuientes dissolute ꝛ flebiles voces. Ubi notandum q; si natura humana nō fuisset per culpā corrupta: vir vnus qui dicitur liberum arbitrium ex tribus vtroubus scilicet rationabili: ꝛ irascibili ꝛ cōcupiscibili: ꝛ filios procreasset: filios vtiq; honoris ꝛ honestatis. Ait vbi prostituta est vxor. Prima filia scilz ratio que erat gloria viri: id est liberi arbitrij: vir ipsam sequens in seruitutem extat redactus: ꝛ loco liberorum legitimorum generat filios fornicationis: quos merito propter causas dictas hedos nuncupamus. Genuisset siquidem rationalis per liberam speculationem veritates in eternum fundatas. Genuisset concupiscibilis odium: quo vir iustus sine odio odit iniquos. Tristitia seu tedium vite presentis genuisset amorem ordinatum eorum que ad deum videndum admūicula parāt: gaudium boni moralis ꝛ spiritualis. Genuisset irascibilis fiduciam perseuranti in bono ꝛ protectionis diuine: seu spem audacie ad bonum. Timor est qui permanet in seculum seculi. Corrupta proinde natura anima affectiōes gignit que nominibus virtutum nūcupentur scilicet spe timore amore: ꝛ hnōi: sed non sunt eiusdem nature. Et propter hoc doctor veritatis quasi capram animam vocans: filios suos qui dicti fuissent liberi hedos appellat. Hedi sunt multi errores ꝛ falce intelligentie quas intellectus propria speculatione ꝛ presumptione formar ꝛ gignit. Hedi sunt odia et difficultates virtutum. Hedi sunt timores: seruilis: mundanus: et vanus: carnalis ꝛ profanus. Hedi sunt tristitie amissionis diuitiarum: consanguineorum honorum et aliorum bonorum. Isti namq; hedi mutant naturam. Nam paruuli qui dicuntur primi motus ꝛ affectiones: que non sunt in nostra potestate: ꝛ si occidātur vtiles sunt ad esum spiritualiū: ꝛ nutrimentū vite spiritualis. Laudabilis est enim anima que fortiter vincit suas passiōes: ꝛ paruulos suos. i. primos motus passionum allidit ad petram fidei ꝛ cōstantiam resistentie. Si vero in primo limine nō occidātur vt hedi sed crescūt: incipiūt fetorē emittere: qi imputātur ad peccata: producūt quoq; cornua vt hirci: efficiūtur fortes: ꝛ tandē impugnantes homines superāt. Lanime vires: qi assueta anima passionibus vinci: passiones nequit vincere ꝛ merito: qi vsus conuertitur in naturam. Ecce quomodo hedi facti sunt hirci: ꝛ qi noluisti hedū occidere. i. primi motibus resistere: hircū habes peccatorū te coribus ventilantē. Uerū si anima tua facta est hircus capiarū: potes etiā eā per penitētiā magnā ꝛ obedientiā humilē deo sacrificare qui propter hoc hircum pro peccatis sibi iussit offerri. Isti sunt hedi vagi ꝛ nimū dissoluti. Nepe motus primi opinionum falsarum constituunt intelligentiam vagam vt hinc inde discurrat: quia legere tentant in sapientia sua: et sic infirmam ad omnem scripturam se ponit ꝛ nihil acquirit: quia lāguentis stomachi est plurima degustare: ꝛ in nullo delectari: vt ait Sen. Similiter ꝛ ceteri hedi passionum irascibilis et concupiscibilis instabilem reddūt naturā humanā vnde est in cōmotionibus tota. Hic enim querit diuitias per inordinatum amorē concupiscibilis: alius delicias: alter honores: ꝛ per irascibilem querit vnus vindictas ꝛ huiusmodi. Jā aūt de ad predictaruq; passionum que hedi dicuntur vocem seu balatum. Uox vtiq; agni est be. vox hedi est me. Prima vox est laudantis: ꝛ scōa que sua sunt querentis: quia nescit nisi se me dicens: et est vox perturbātis: qi me sic prolatum aduerbiū videt dolentis. Homo eñ cū lamentatur in lingua vulgari dicit ome vel oime. omnis hic homo q̄ sunt sua querit: non que Jesu christi. Isti igit hedi pascendi sunt iuxta tabernacula pastorum. i. motus passionū dirigendi sunt scōm scientiam ꝛ doctrinam sanctorū prelatorū qui sunt veri pastores: ꝛ per ista media segrediendo a presumptiōe: et progrediendo in humiliatione cum itur per vestigia gregū dirigendo ꝛ corrigendo affectus suos in sanctorū mutationem anima cognoscit pulchritudinem ꝛ nobilitatē suam: ꝛ hoc cum nouit omnia parui pendit terrena: et ad perfectionem sui tendit quousq; in deo in gloria requiescat. Hec omnia sunt extracta ex ipso itinerarij libro Joan. Dominici: abbreuiata tamen et aliquantulum aliquando immutata.

Alia nō scens seipsaz parui pendit terrena.

Qui sūt hedi ꝛ si dicēt hedus.

¶ De beneficijs anime collatis quo ad scientias artes ꝛ virtutes. Cap. iij.

Benedic anima mea domino: et noli obliuisci omnes retributiones eius. ps. ciij. Retributiones dei sunt beneficia: vel quātū ad infusionē: vel quātū ad naturalē inclinationem vel quantū ad acquisitionē: que cōtulit nobis cōtra mala que incurrimus ꝓpter peccatū: de quibus malis ait ipse ps. Fiant vie illorū tenebre et lubricum: ꝛ angelus dñi persequens eos. Dō exponit Uin. in. j. lib. ipsius speculi historialis de malis secutis in homine ꝓ peccatum: ponens consequēter remedia ꝛ magna bona data a deo cōtra dicta mala. Dederat deus homini primo in sui creatione tria bona sibi originaliter inserta. Primum q; fecit eum ad suam imaginem. Scōm q; fecit eū ad suā similitudinem. Tertium q; dederat corporis immortalitatē si mandatum seruaret. Hec tria bona corrupta sunt per tria mala seqūetia. Nā diuina imago corrupta est per ignorantiam: similitudo diuina per cōcupiscentiā: immortalitas per corporis miseriā ꝛ infirmitatē. Homine nāq; recedente a deo per peccatū iuxta illud ps. Facta est via eius tenebre per ignorantiā: ꝛ lubricū per concupiscentiā: et angelus dñi. i. defectus et infirmitas corporis ad vindictam immissa persequens eū ꝙ mortalitatē donec reuertat interram de qua sumptus est. Per angelū enim dñi fuit data sua vt a ministro dei vt expelleret de paradiso. Et propter hec tria incōmoda repellēda: data sunt ei diuinitus tria remedia: scz sapientia cōtra ignorātiā: virtus contra concupiscentiam: necessitas vite ꝓpter infirmitatem: propter que tria inuēta est omnis ꝑgilosophia vel artis disciplina: scilz propter sapientiam theorica: propter virtutē practica: propter necessitatem mechanica: et vt de his omnibus rectius et veracius ꝛ honestius disseratur inuenta est logica.

Tria bona dedit deus homini in sui creatione.

§. I. Theorica diuidit in theologi cā: phyſicā: ꝛ mathematicā. Theologia tractat de inuisibilib⁹ essentijs inuisibilū: vt de deo ꝛ creaturis spiritualibus vt angelis. Rom. j. inuisibilia dei per ea que facta sunt a creatura mūdi intellecta conspiciuntur: sempiterna quoq; virtus eius ꝛ diuinitas. Opus autē factum est duplex: scz cōditionis vt creatio mūdi: et restaurationis. i. incarnationis verbi cum sacramentis institutis vt cognoscatur idem esse creator et redēptor. De diuinis pertinentibus ad theologiā dixerunt antiqui ꝓphete ꝛ Sibille. et Aristo. cōclusit suam metaphysicam in probando vnū deum gubernatorem mundi. Plato multa dixit de deo. Marcus vero gentilis posuit triplicem theologiam: vt refert Aug. in fine. vj. lib. de ciui. dei: scz theatricam seu fabulosam: qua scz recitabantur ꝛ representabant per mimos facta deorū in theatris cū multis turpitudinibus. Ciuilē qua scz colebant dij ꝛ innumeri in templis: qui tamen homines fuerant vel alique alie creature. Et naturalem qua scilicet ea que dicebātur de dijs exponebantur de rebus naturalibus ꝛ proprietatibus earū: sed omnia mixta erant ꝛ plena fatuitatibus et erroribus: vt probat ibidem Augu. sed vera hec theologia plenissime habetur in

Specula tiua vel theorica diuidit.

biblia a spiritusancto reuelata: ideo verissima. Etiã de his agitur in lib. sen. Nam in primo de diuinis: vt de trinitate personarum vnitate essentie ⁊ perfectionibus eius vt eternitate: omnipotentia: sapientia: volũtate et hmõi. In secundo de creatione angelorũ ⁊ lapsu aliquorũ: ⁊ cõfirmatione bonorum cũ perfectione. De creatiõe hoĩs ⁊ lapsu ei⁹: ⁊ pctõ originali inde secuto. De opere sex primorũ dierũ. De gratia ⁊ libero arbitrio. De peccato actuali breuissime tamen. In tertio de mysterio incarnationis: de virtutibus theologicis: de donis et virtutib⁹ cardinalibus multum breuiter: deinde agit de decem preceptis. In quarto de sacramentis: demum de finali iudicio et vltima resurrectione: et gloria beatorum et pena reproborum. Super hoc lib. sen. sunt facta scripta innumera a doctorib⁹. huic videtur subaltenari scientia iuris canonici precipue quãtum ad ea que sunt fidei et sacramenta ⁊ declaratio articulorum ⁊ dubio rum. Physica idest naturalis scientia tractat de inuisibilibus visibilium causis. Nam corpus et ea que sunt corporis principaliter considerat. Corpus autem cõsideratur in generali cũ partibus suis: aut in speciali. Si in generali sic determinat de illo Aristo. in lib. Physicẽ. Si in speciali consideratur corpus: ⁊ tũc dupl⁹: qz aut est incorruptibile: ⁊ sic tractat Aristo. de illo in lib. de celo ⁊ mundo. Dicit enim ibi qꝫ celum est corpus nõ generatum: nec fabricatum: nec recipiens aliquas impressiones. Aut corpus est corruptibile: ⁊ tũc aut est simplex aut cõpositũ. Si simplex: tunc tractat de eo Aristo. in lib. de generatione et corruptione. Et loquor de simplicitate illa que opponitur compositioni naturali ex quatuor elementis. Si compositum: aut igitur est aiatũ aut nõ. Si nõ est aiatũ sic tractat de eo in libro Meteororꝫ. vbi Aristo. determinat de impressionibbus aeris: ⁊ grandinis generatione: et niuis ⁊ corporum mineralium et consimilium. Si vero corpus sit compositum animatum: tunc aut illud est anima vegetatiua animatũ. et de tali determinat in lib. de vegetabilib⁹. Aut anima sensitiua. ⁊ de tali agitur in lib. de animalibus. Aut aia intellectiua. et de eo agitur in lib. de anima. Ceteri vero libri: vt de somno et vigilia: de morte et vita: de sensu ⁊ sensato: de differentia spiritus et aie ⁊c. supponũ tur lib. de anima. et lib. de animalibus. Huic subalternatur seu ad eam scitz naturalem philosophiam reducitur ars medicine Mathematica vero quantitatem abstractam a materia considerat: ⁊ sic tractat de inuisibilibus inuisibilium formis. Quantitatum aut alia discreta q̃ multitudo dr: alia cõtinua que magnitudo dicit. Et discrete. alia quidẽ discreta p se: vt duo: tria: quatuor. ⁊ hec est materia arithmetice. Alia discreta ad alterũ: vt sexquater: ⁊ sexquitertium. et hec est materia musice. Magnitudo vero alia est immobilis: vt sphera terre et hec est materia geometrie. Alia est materia mobilis: vt sphera firmamenti et hec est materia astronomie. Hec igitur sunt quatuor species mathematice: scilicet. Arithmetica de numeris: Musica de proportione: Geometria de spatio. Astronomia de motu. Elementum arithmetice est vnitas musice est vnisonum: geometrie punctum: astronomie instans.

Physica quid tractat.

Mathematica quid considerat.

§. II. Practica que dicitur a praxis quod est opus: est agibilium secundum rationem in ordine ad felicitatẽ ciuilẽ ⁊ supernã. i. de operib⁹ virtuosis: per que cõcupiscẽtia. i. inclinatio ad malũ regulatur ⁊ vincitur: et hec deo assimilatur. Diuiditur ergo practica in ethicã: oeconomicã: et politicã: ⁊ ad hãc moralẽ philosophiã reducitur scientia iuris. Ethica est que sui curam gerens cunctis se erigit: ⁊ exornat ac getqꝫ virtutibus nihil inuite admittens quo non gaudeat: nihil faciens penitendum. Oeconomica est que familiaris officij curam mediocri dispositione componẽs distribuit. Politica est que reipublice curam suscipiẽs: cunctorum saluti sua prudẽtia solertia iustitiaqꝫ libera et fortitudinis stabilitate ac temperantie patientia medetur. Hec Uim. Ex quibus verbis habetur qꝫ nõ potest quis seipm bene gubernare: vel familiam: vel ciuitatem. ⁊ recte operari nisi habeat virtutes. Et cardinales quidẽ necessarie sunt ad ciuilitatem humanã bene gerendam. Theologice autez ⁊ dona ⁊ spiritus sancti ad ciuilitatem futuram consequendã. Prudẽtia quidẽ que est recta ratio agibilium: et habet regulare rationẽ in seipsa: ſm Señ. hz tres partes integrales: ad quas reducuntur alie plures: que ponũtur a pho in lib. Ethi. scilz recogitatio seu memoratio preteritorum: ordinatio presentium agendorũ: ⁊ prouidentia futurorũ. Habet aũt quasi annexas ⁊ vt partes potentiales ſm phm in lib. Ethi. eubolia que est bene consiliatiua: ⁊ synesim que est bene iudicatiua: et gnomin que est bene iudicatiua in his que occurrunt extra communẽ legẽ. Synesis aũt in his que sunt scõm cões leges bene iudicat: pertinet eã ad prudentem primo bene consiliari infra se circa agendum diuersa inquirendo ⁊ discutiendo. scõo bene iudicare. i. ex consiliatis quod melius est eligere: et tertio qõ est principale opus prudentie imperare. i. executioni mandare quod bene iudicatum est. Prudentia diuiditur.

Justitia diffinitur et habet duas partes.

Justitia est constãs ⁊ perpetua voluntas reddens vnicuiqꝫ qõ suum est. l. iustitia. ff. de iusti. et iure. et habet regulare voluntatem in ordine ad alium: et partes eius integrales sunt due. s. declinare a malo: ⁊ facere bonũ erga alios. Partes essentiales sunt distributiua: que est circa iudicia et officia et onera et penas ⁊ premia alijs impendenda per eum qui habet curam aliorum. Et commutatiua que circa contractus et alia pertinentia ad conuersationem cum hominibus: vt scilicet recte nõ nociue quis se habeat ad primũ in verbis ⁊ rebus ⁊ personis. Partes vero potentiales sunt religio: q̃ est circa cultum diuinum. Pietas que est circa honorem parentum. Obseruãtia que est circa reuerentiam ⁊ honorẽ superiorũ. Obedientia que est circa impletionẽ preceptorum suorũ prelatorũ. Gratia que est circa recognitionem beneficiorum debitã. Uindicatio que est punitio recta delictorum p eũ qui habet auctoritatẽ. Ueritas que est in dictis ⁊ factis fallacie exclusio. Liberalitas que est debitus vsus rerum in mediocribus sumptibus erga se: familiã: ⁊ indigentes pauperes. Amicitia seu affabilitas que consistit inhumaniter se habendo et benigne cum alijs in verbis ⁊ gestis. Epyheya seu equitas que consistit in interpretando leges ⁊ mandata maiorũ magis scõm intentionem que verisimiliter creditur legislatoris: q̃ secundũ verba in casu dubio. Fortitudo est aggressio debita arduorum vbi etiã sunt pericula mortis ⁊ firma perpessio eorum. Hec regulat potentiam irascibilem circa audaciã ⁊ timores. Partes eius integrales sunt due. s. aggredi ardua ⁊ difficilia proportionata sibi et firmiter in eis permanere: sed partes potentiales sunt. Magnanimitas que est circa honores magnos: scilicet recte se habere ad eos: non ambire nec vitare cum expedit nec de eis superbire. Magnificentia que est circa magnos sumptus debite facto: vt propter honorem dei edificare ecclesias ⁊ hmõi: vel propter bonũ reipublice. Patientia que consistit in equanimiter ferendo aduersa communia vbi est periculum mortis absqꝫ animi dejectiõe ⁊ tristitia inordinata. Circa pericula mortis est fortitudo ⁊ perseuerantia que consistit in firmiter proponendo pati aspera ⁊ difficilia quãtocunqꝫ tempore sint duratura. Temperantia consistit in moderando delectationes corporeas ⁊ repellendo eas que sunt contra rationem: ⁊ habet regulare concupiscibilẽ contra delectationes ciborũ ⁊ venereorum. Partes eius integrales sunt verecundia ⁊ honestas: partes subiectiue sunt abstinentia quo ad cibos sobrietas vero quo ad potus: castitas quo ad venerea: que castitas habet triplicem gradũ scilz coniugalẽ: vidualẽ: ⁊ virginalẽ. Partes eius potentiales seu annexe sunt mansuetudo que moderatur iras. Clementia que est diminutiua penarum debitarũ cogruo tamen modo. Modestia que habet cõponere hominẽ in vestitu incessu ⁊ vsu sensuũ. Studiositas que habet animum refrenare ab inordinato appetitu ⁊ exercitio cognoscendi intellectualia vel sensitiua. Humilitas que facit hominem vera sua cognitione vilescere ⁊ superbiam fugat. Eutropolia seu vrbanitas que facit hominem in dictis vel factis ludicris seu locosis congruenter se habere vt nõ sit nimis agrestis ⁊ rigidus: neqꝫ nimis leuis ⁊ locosus. Magnanimitas ⁊ magnificẽtie differentie.

Virtutes theologice ẽ. s.

Virtutes theologice autem sunt: fides: spes: ⁊ charitas: que ordinãt hominẽ ad felicitatem eternam: ⁊ habent deum pro obiecto immediato: sed diuersimode. Nam fides respicit deum vt summam ⁊ infallibilem veritatem: cui innititur assentiendo mente his que sunt ab eo reuelata in scripturis. Spes respicit deum omnipotentem valentem in omnibus suffragari: innititur enim ei expectando ab eo eterno premio coronari: ⁊ gratiam ⁊ veniam penitendo sibi impartiri sua liberalitate. Charitas respicit deũ vt summum bonum: proximum autem diligit propter deum: quia deus hoc vult: ⁊ quia factus est propter eundem finem scilicet ad fruẽdum deo. Dona spiritus sancti sunt quedam virtutes perfectiores virtutibus cardinalibus: sed excellentiores eis sunt theologice: que habent hominem reddere de facili mobilem ad sequẽdum instinctus ⁊ monitiones ipsius spiritus sancti. Et sunt septẽ excludentia per quandam adaptationem septem vitia scilicet timor excludens superbiam: pietas inuidiã: scientia irã: fortitudo

acidiam:cõsiliũ auaritiã:intellectus gulam:sapientiã luxuriã.

Mechanica diuidit.

§. III. Mechanica autẽ ars dicitur a mechor.aris:q; quasi intellectus ibi adulterat:cũ principaliter sit creatus ad spũalia intelligenda:ꝛ in tpis mechanicis circa factibilia versẽ.Et hꝫ septem species.s. lanificiũ:armaturã: nauigationẽ:agriculturam:venationẽ:medicinã.ꝛ theatricam. Ad hãc.s.mechanicã oĩm rerũ fabrica cõcurrere videt:que humanis necessitatibus inuenitur grata: cõmoda et necessaria. Lanificiũ est prima eius species:ad quã ptinet ois operatio:nẽdi:retor:quẽdi:cõsuẽdi quicquid fit instrumento:colo:fuso:acu: pectine:calamistro:girgillo:alabro:i materia lani: lane:canapi. Et sub eis ois vsus floccorũ:filtrorũ:sagorũ:saginarũ. sportarũ ꝛc.Armatura duas habet spẽs.s. architectonicã ꝛ fabrilẽ Architectonica diuidit in cemẽtariã ꝛ carpẽtariã.Fabrilis in malleatoriã ꝛ fusoriã.Edificiorũ tres sunt ptes: dispositio: constructio:ꝛ venustas.Porro fabrilis ꝛ ferraria duabus rebus cõstat. s.ventis ꝛ flamma.Agricultura quatuor habet spẽs.s.arũ seu agrũ qui sationibus deputatur:consitũ qui nemoribus cõstat.vt sunt vineta:olineta: pomerũ: pascuum qui pascuis constat vt prata:floridum vt hortus ꝛ rosarij. Cultura igit multiplex est. Cinis.i.incendium per qõ ager inutilem humorem exudat:deinde arationis intermissio:stipularum incensio:stercoratio: satio:occatio:rũcatio.Bene colendi agri ratio quatuor rebus cõstat.s. aere:aqua:terra ꝛ industria. Oportet enim vt eis locis quos colere destinabis aer sit salutaris ꝛ clemẽs:aqua salubris et facilis:vel ibi nascẽs vel ad vota vel imbre collecta:terra vero fecunda etsi incommoda.In vitibus putandis tria considranda sunt.s.fructuum spes successura:materies:locus qui seruet ac nutriat.Venatio tres habet species.s.ferinam:aucupium ꝛ piscariam.Ferina fit multis modis.s.retib⁹:pedicis. laqueis: precipitijs:arcu.iaculis:cuspide:indagine:pẽnarum odore: canibus:accipitribus.Aucupium fit retibus:laqueis:pedicis: precipitijs:arcu:visco:hamo.Piscatura fit retibus:sageni : gurgustijs:hamis:iaculis.Nauigatio quoq; est mechanice species secũdũ predicta:ad quã pertinet ois industria emẽdi ꝛ vendẽdi. Hec vniuersa littora addit:pacem ꝛ familiaritatem cũ exteris nationibus cõponit:ꝛ pauata bona communia facit.Medicina corporis vel tuetur vel restaurat salutem.Hec continet occasiones et operationes.Occasiones sunt sex.Aer circũdans nos:cibus ꝛ potus:somn⁹ ꝛ vigilia:motus et quies.exinanitio ꝛ repletio.et accidentia anime.i.passiones insurgentes./Operationes sunt intus ꝛ foris.Intus vt ea que intromittuntur p nares:per os:per anũ:ad exercitandas sternutationes: vomitationes et purgationes.Foris vt sunt emplastra:incisio ꝛ vstio.Theatrica continet ludos diuersi generis.Nam ludus aut est gymnicus: aut agon:aut circensis:aut scenicus:aut gladiatorius.Gymnicus est qui in gymnasio exercetur:cuius quinq; sunt genera.s. saltus:cursus:luctus:virt⁹ atq; luctatio.dicit autem hic virtus immensitas virium in labore ꝛ pondere corporis. Agonum genera fuerunt cursus celeritas:sagittandi peritia:standi patientia:ad citharam quoq; ꝛ tibias incedendi gestus:decãtãdi modulatio:terrestris quoq; ꝛ naualis perpetẽdorũq; supplicior certamina.Circenses ludi dicti a circũeũdo.Scena locus est intra theatrum in modũ domus instrata cũ pulpito vbi cantabãt comici ꝛ tragedi:saltabant histriones et mimi.Gladiatores pugnabant in amphitheatro:illic iuuenes vsum armorũ diuerso modo discebãt.ꝛ modo inter se pugnis aut gladijs:mõ circa bestias intendebant.Est ꝛ ludus alee.choree:palle.Alea taxillis luditur:ab hac fraus ꝛ mendacium ꝛ piurij nũq; abest:postremo ꝛ dãna rex.Et propter hec scelera aliquando sunt hec legibus interdicta.hec Uincen.

Occasiones medicine.

Logica diuidit. Grãmatica.

Logica diuiditur in grãmaticã et rationem disserendi.Grammatica autẽ est scientia recte loquẽdi:recte scribendi oũgo:ꝛ fundamentũ oĩm liberalium artium. Et diuidit in literã:syllabã:dictionem et orationem.Litere grece ꝛ latine ab Hebreis videtur exorte.Apud illos enim primo dictum est elaph.inde tractum est a Grecis alpha.et a Latinis a omnes autẽ litere apud Grecos et verba componunt ꝛ numeros faciunt.Nam.a.significat vnum.b. duo.c.tria. ꝛ sic de ceteris.Ratio disserẽdi diuiditur in dialecticam ꝛ rhetoricam.Dialectica ipsa est que ꝓprie dicitur logica. i. rationalis diffiniẽdi querendi disserendi potens.Itaque dicibile aliud incomplexũ aliud cõplexum.Et incõplexorum aliud inherẽs extra:ꝛ de hoc agitur in lib.Predicamentorum:aliud inherens intra.de hoc agitur in lib.Principiorũ.Cõplexorũ aliud absolutũ:et de hoc in lib.Perihermenias:vbi agitur de enuntiatione sine respectu:aliud ordinatum ad alterũ:ꝛ hoc vel ad oẽm materiam indifferenter.ꝛ de hoc in lib.Priorum:vel ad materiam determinatã contractum.ꝛ hoc tripliciter:q; vel ad materiam necessariã:ꝛ de hoc agit in lib.Posteriorũ:vel ad phabilẽ:ꝛ de hoc in lib.Topicorũ:vel ad sophisticã:et de hoc in li.Elencorũ. Rhetorica est bñ dicendi scientia ad psuadendum iusta ꝛ bona in rerũ personarũq; et negotiorũ causa.Rhetor est vir bonus dicendi perit⁹.Uir bon⁹ cõsistit natura vita moribus ꝛ actib⁹. Dicẽdi peritus cõsistit artificiosa eloquẽtia:q; cõstat partib⁹ quinq; s.inuẽtione:dispositione:memoria:pronũtiatione et fine officij: qõ est aliq̃d psuadere.Iste aũt dicẽdi peritia cõsistit in tribus. s.natura:doctrina ꝛ vsu.Causarũ genera tria sunt. Deliberatiuum.in quo quid debeat vel non debeat tractar.Demonstratiuum in quo psona laudabilis aut reprehẽsibilis ostẽdit.Judiciale in quo de ipsius facto pene aut premij snia dat.Deliberatiuum gen⁹ duplex est.s.suasio et dissuasio.Suasorũ aũt trib⁹ diuidit.s.vtili possibili ꝛ honesto.Demõstratiuũ hꝫ duas ptes.s. laudem ꝛ vituperũ.Partes oronis rhetorice quatuor sunt scz. exordium:narratio:argumentatio:ꝛ conclusio.Hec vincen.

De rhetorica et eiꝰ partibus.

§. IIII. Et nota quod inuentores artium liberaliũ ꝛ mechanicarũ et pḧie et auctores librorũ ipso cõiter fuerũt gentiles et reprobi homines. In grãmaticalib⁹ principalis ponitur Priscia.in rhetoricis Tullius Lice.qui et ethnicus de diuina prouidentia mala sensit.scõm beatũ Tho.j. par.q.xxij.quẽ etiam malorũ morũ fuisse ostẽdit Sallustius: hꝫ ꝛ ipe Sallu.cũ Demosthene Greco oratore permarimo infideles fuerũt.Lactã.aũt vt omittã Titum Liuiũ lacteo fonte manãtẽ sed errãtẽ:christicola fuit.Sz errorẽ.Millenia strarũ secutus est:ꝛ de spũsancto min⁹ bene sensit:vt ptz in li.suo Institutionũ.Inter poetas magnus fuit Homerus apud Grecos:sed apud latinos maior Virgilius:qui vltra infidelitatem turpissimus in moribus fuit:nec minus eo Naso seu Ouidius ꝛ precipue in sua doctrina lasciuijs plena.Inter historiographos precipui:Valerius maxim⁹ in ꝓsa.Lucan⁹ in metro. Suetonius incircũciso corde ꝛ corpore.Josephus Judeus post christi aduentum iudaismũ secutus est.In logicalib⁹ Aristo.effulsit: et totius pḧie monarcha:cuius parti morali Socrates se totum dedit:Pythagoras naturali:sed vtriusque discipulus. Plato vtrũq; complexus est.vt dicit Augu.de ciui dei.Hic super oẽs theologus fuit cuius doctrina antiqui sancti doctores imbuti sunt.vt Amb.Origẽ.Augu.Hiero.Basi.Errores tamen eius plurimos abijcientes Origenẽ dimittẽdo.Moderni vero Aristo.sequũtur propter amorẽ doctrine ordinem ꝛ munus errãtẽ. Oẽs hi cũ suis sectis epicoreis:stoicis ꝛ peripatheticis cũ alijs nõ excludendo Senecã moralissimũ:sed cũ vulgo idololatrãtem abextra scõm btũ Tho.Principes illi sunt qui ẽm aplm. s.Corin.ij.dei sapientiam minime cognouerũt.Et dñantes super bestias.i.bestiales hoies ꝛ rudes.Hi principes gẽtiũ et ludentes in auibus celi.i.demonijs sua curiositate ꝛ plurima falsitate suggesta illudentes hoies:ꝛ illusi ab ipsis spiritibus malignis cõgregãtes sibi aurũ sapientie ꝛ argentum eloquentie sine fine Demũ exterminati sunt ꝛ ad inferos descenderũt:vt dicitur Baruch.iij. Arithmeticam dicitur de primoribus Pythagoram inuenisse:qui et sine fide fuit. Tubalcain Musicam. Astrologiam Athlas:ꝛ Ptolemeus multa addit. Geometriã Euclides et Hermenides. Ethnici omnes et inter reprobos computati.Medicinam Esculapius primus docuisse refertur: quem indocte plebes in deũ retulerũt:sed auxit copiose Hippocrates et Galenus:necnon et Auicẽna:qui omnes etsi deũ cognouerunt:non sicut deum glorificauerunt:sed euanuerunt in cogitationib⁹ suis.Jura ciuilia gẽtiles primi instituerũt diuersi diuersis vtilib⁹:ꝛ a Lacedemonijs leges Rom̃.mutuati sunt:vt patet in decre.dist.vij.Moyses.Artes plures mechanicas instituisse ex Cain progenitos insinuat Geneseos liber. in iiij.c.Qui communiter criminosum parentem in moribus imitati sunt:ꝛ ciuitatem in mundo ipse primus cõstruxit:quasi innuens ad illam non pertinere que sursum est Hierusalez.Sed et monarche omnes siue Assyriorum:siue Medorum et Persarum:siue Grecorum:siue Romanorum vsq; ad tpa Constantini Philippo excepto imperatore a Decio interempto:oẽs in sua cecitate mentis mortui sunt et moribus intemperatissimi. Et ille qui videtur fuisse felicior Octauianus.s.ꝛ mundi sapientie nõ ignarus:lasciuissimus describit.Hec igit scripta sunt vt

Inuẽtor grãmatice et rhetorice: et aliarum sciẽtiarũ vel artiũ liberaliũ.

lib.viij.c. iiij.

Jura vnde emanarunt.

non gloiet sapiēs in sapiētia sua: quantūcūq; his repletus nec potēs in potētia sua: sed agnoscat verum esse qđ dicit Sap.xiij. Vani sunt oēs hoies in quibus nō subest sciētia dei. Vere vani. id est frustra cū nō cōsequētur finē suū qui est fm magrm in .ij. dist.J. vt summū bonū intelligāt: intelligēdo amēt: ipsoq; fruantur. Sed nec se deijciant z contēnant quibus tales scientie de sunt: aut potētia vel diuitie subtrahuntur: q; sine his plenissime salus propria ꝓcurari pōt: ac etiā primoū nō modice sicut ex peritia docet. Verū doctrine tales quo ad vera z vtilia q̄ ibi sunt cōtēti nō debēt: ex eo q; auctores fuissent vitiosi. nā veritas scōm Ambo a quocūq; dicatur a spūsancto est: etsi ipi nō habuerunt eū quantum ad gratiā gratū faciētē. in cuius figurā precepit dñs vasa aurea z argentea Egyptioū asportari ab Hebreis vnde tabernaculū dñi construeretur ad significandum fm venerabilem Gratia. dist.xxvij. legimus: sed ecōtrario. q; aurū sapientie et argētū eloquētie licet accipere ab infidelibus quasi iniustis possessoibus ex suis doctrinis: z conuertere in vtilem vsum ecclesie. Unde ap's ad Titū allegat dictum cuiusdā phi. Cretenses male bestie ꝛc. Et hoc etiā dicit Aug. J.q.J. dñs declarauit. Verū in sermonib⁹ ad populū: nec videt honestū nec piū eos implere doctrinis z allegationibus infidelium: quasi sacra scriptura que est vera domina oīm facultatum ancillari videatur tāq; insufficiens: et ille vere ancille dominari. Inde eñ vilescit scriptura: augetur curiositas magis quā deuotio in auditoribus: et vanitas in loquentibus. Sed sufficit aliquando ancillaꝝ vocare vt sancti fecerunt ad magis confirmandū ea que sunt fidei per testimonia inimicorum eius.

¶ De quidditate anime z ꝓprietatibus eius. Capitu.iij.

DE quidditate animeratio nalis z ꝓprietatib⁹ eius. Dñs Jo. dīci sup Eccle siastē. xxxvj. lectiōe tractās illud Eccleſiastes. Cuncta fecit deus bona in tpe suo: z mundū tradidit disputationi eoū: vt non inueniāt hō opus qđ operatus est deus ab initio vsq; ad finē. i. animā que ꝑmanet in eternum: sic dicit. Nam etsi phi aliquā veritatē cognouerūt de mūdo isto: non tñ animā plene aliquis nouit nisi p reuelationē spūsancti. Vñ Aristo. in J. de aīa. dicit difficillimū esse accipere qđ sit aia z multas habet dubitationes. Duodecim autē dubitationes de ea ponē tur scōm diuersos sapientes: z ly phi nesciuerint quid dicerēt: diuersimode tñ descripserunt eam: victi a veritate scōm duodecim eius cōditiones. Plato dixit aiam esse essentiā vel numerum se mouentē: que cōponebat ex quatuor numeris scz vnitate: dualitate: ternario: et quaternario. Vocabat vnitatem intellectū: dualitatē scientiā: opinionē ternariū: sensum quaternariū. Sic ergo intelligit aiam habere intellectum: scientiā: opinionē: z sensum: z ideo per se mouet cum vult. Sed spūssanctus aliter intellexit: nam aia est vna essentia z sic rñdet vnitati: est cōpōsita ex esse et essentia: vt dicit sanctus Tho J. parte. z hoc respōdet dualitati. est ad imaginem dei per triplicem potētiā. i. mem oriā: voluntatem z intellectum: vt ait diuꝰ doctor Augu. de trini. et sic rñdet ternario. z creata est vt informet corꝑ cōpōsitū ex quatuor elemētis: z sic respōdet quaternario. Democritꝰ dixit qđ aia est ex atomis sphericis que vident in aere in radijs solis. Hic fuit victus sic dicere q; atomi semper sunt in aere: sed non vident nisi sole aduentēte: sic aia est in nobis: sed cognosci non pōt nisi aduentiente lumine diuine gratie: z sic nobilissima est vt suum intellectū z qualibet humanā notitiā trāscendat. Magna res inquit Bern. Ad Raymonez est aia q̄ christi sanguine est redempta. Empedocles dixit eā ex igne aere aqua z terra: lite z amicitia. hic recepit ꝓ anima totū hominem: sicut frequenter facit sacra scriptura: corpus aūt cōponitur ex quatuor elementis: z anima restabit scōm eum ex lite z amicitia. z hoc dicere cogitur ex inclinatione quā habet ad corpus ex fuga z odio. Nam anima iusta suum diligit habitaculum: z dānata odit suum. vt dicit diuus Aug. iij. super Gen. ad literā. c. xvij. Heraclitus tenebrosus physicus dixit animam esse scintillam stellaris essentie. hic eius originem tangit: q; de celo est solum a deo infusa. Alius Heraclitus cognomento Ponticus dixit animam esse lucem. hic eius essentiam dixit. Nā anima scōm Augu. de essentia est angelorū vt sit decimus ordo. nam angeli per lucem intelligūtur. Gen. j. Dixit deus fiat lux: z facta est lux. i. multitudo angelorum. vt ait doc. glo. communis. Qđ tetigit Saluator in parabola de muliere perdente decimam drachmā. Luc. xv. Non eñ per didit aliquem ordinē angelorū: sed de quolibet aliquos: hominem autē perdidit totū quē totū saluū fecit in sabbato magno in ara crucis. Jo. vij. Seneca dixit animā esse spiritū intellectualē ad beatitudinē in se z in corpore ordinatū. Hic tetigit finē eius: vt scilz bene operās beatificaretur in morte: z corpus in quo bene gessit in vltimo beatificaretur in iudicio. Aristo. dixit q; anima est endelechia. i. actus primus corporis organici potētia vitam habētis. Hic tāgit eius immortalitatē q; est vitā dans alteri z alūnde nō habēs: aliter esset in infinitū procedere. hoc diffusius deo dante dicetur infra in hoc eodē. c. Pythagoras dixit animam esse harmoniā. hic tetigit officiū qđ habet in corpore. s. eū regere z mouere sine tedio z sine labore: imo regit cū consonātia: vt patet in cūctis tēperatis motibus corporis: z maxime lingue que melos cōmuniter gratos facit. Isto modo dicebat diuus doctor Aug. lib. de spiritu z anima. Anima est substātia quedā rationis participeps corporis regenda accommodata. Et Remigius. Anima est substātia incorporea regēs corpus. Diogenes dixit animā esse aerem: z sic a se fuit motus eo q; homo nec per momentum sine aere viuere potest. Quō etiā dicit Isido. lib. J. Etymol. c. j. q; gētes dicebāt aiam quasi ventū aere attractū: vt ventū videt hoibus dare vitā: tamē spiritus sanctꝰ coegit sic dicere ex anime summa puritate: sicut dixit Aristo. iij. de aīa: q; aia est sicut tabula rasa in q̄ nihil est depictū. Hyparchus dixit. Alia est igneus vigor. Et Virgil. Igneus est illis vigor z celestis origo seminib⁹. hic tetigit eius effectū. s. semper amare. Ait eñ venerabilis Hugo de scto Victore in pūn. de arrha anime. Scio q; anima q; vita tua dilectio est: z scio q; sine dilectione esse nō potes. Hippocrates dixit aiam esse spiritū tenuē per omne corpus dispersum. hic tangit eius incorporalitatē z modū existēdi in corpore: quia est tota in toto: z tota in qualibet parte. Itaq; nō est in vno loco corporis solū: sed vbiq;. Et anima vndecūq; sentit sicut in parte. Exemplū ponit Calcidius super Timeū. de aranea que sedēs in medio sue tele quantulūcūq; motū est vndecūq; sentit z etiā existens extra mediū. Papilonius dixit animā esse ideā. hic tāgit anime capacitatē: q; scz anima cognoscere apta est: z ex hoc cōuincitur in se habere omniū rerū similitudines: vt Aristo. deducit in. iij. de anima. vñ diuus Augu. in de spiritu z anima inquit. Anima est omniū rerū similitudo. Et iterū. Alia ad similitudinē totius sapiētie facta in se omniū rerū gerit similitudinē: q; similis est terre per sensum: aq̄ per imaginationē: aeri per rōnem: firmamēto per intellectū: celi celoꝝ per intelligētiā: lapidibus p essentiā: arboꝝ⁹ per vitā: aialib⁹ per sensum z imaginationem: angelis per intellectū: deo per intelligentiā. Ex his patet q; philosophi nondū inuenerūt qđ est qđ deus operatus est ab initio vsq; ad finē: sed solus spiritus sanctus docet q; est facta ad imaginem z similitudinem dei. Gen. j. hec Jo. dominici.

Duodecim opi. antiquoꝝ de essentia anime,

q. lxxvj. ar. v. ad quartuz.

Cōmēta antiquorum. de anima.

Liber hic nō est Augustini.

§. I. Diffinitur ergo vel describi

sic posset anima rationalis fm theologos a spiritusancto illustratos. Anima est substantia incorporea immortalis a deo de nihilo creata cū infunditur corpori suo ad ipsum informandum essentialiter z per se ad perfectā beatitudinē obtinendā per gratiā z bona opera. Incorporea dicitur cōtra ꝑdictos phos q̄ dixerūt eaz esse corpus vt aerē vel ignē qđ ꝓ hereſi reprobatur. xxiij. q. iij. c. peñ. Immortalis dicitur cōtra illos qui eā dixerūt cū corpore mori. In persona quoꝝ dicitur Eccls. iij. Unꝰ est interitus hominis z iumētoꝝ: z equa vtriusq; conditio. Iz hoc vt hereticū ab ecclesia cōdēnatur. vt ptz Creata dicit cōtra Gnosticos hereticos qui dixerūt aiam esse naturā dei: z per cōsequens nō creaturā: quoꝝ errorꝝ reprobat in. d. c. xxiij. q. iij. A deo creata contra Simoniacos z Menādrianos inter hereticos computatos: dicētes animas z alias creaturas ab angelis factas. De nihilo dicitur contra eos qui dixerunt factam ex substantia stellari: vt Heraclitꝰ vel ex traduce. i. anima generati ex anima generātis cū generat corpus: sicut z corpus generat ex corpore. Cū corpori infunditur: cōtra Origenianos qui dixerūt oēs animas abinitio mūdi creatas fuisse z peccasse: z fm varietatez peccatoꝝ in diuersa corpora infundi: qđ hereticū ponitur in. d. c. xxiij. q. iij. Ad informādū corpus dicitur cōtra eos q̄ dixerūt animā corpori vniri nō vt forma substātialis: sed vt motor mobili: qđ reprobatur de sum. trini. z fide catho. c. vnico. in cle. vbi determinatur q; anima intellectiua per se z essentialiter est forma corporis humani: z cōtrarium asserere hereticū. Rationes ibi assignat glo. In qs accepit a beato Tho. in J. par. sum. q. lxxvj. Ad beatitudinē cōsequendam dicitur contra eos qui dixerunt aīas cōuerti in demones vel quecūq; animalia. qđ reprobatur

Diffinitio aīe.

Vbi. s.

xxiij. c.

xxiiij.q.iij.c.peñ.circa fi. Et p gratiam dicit cõtra Pelagianos hereticos: qui dicũt per liberũ arbitriũ pricipaliter cõsequi pos se beatitudinem. xxiiij.q.iij.c.peñ. et quia gratia cum nullo mortali pctõ põt inuenire: ideo decedentes in mortali cõseq̃ nõ põt batitudinẽ: sz eternã dãnationẽ. di. xxv. ſ. als autẽ ea. Mat. xxv. Ibunt hi in suppliciũ eternum: iusti autem in vitam eternam.

quadruplex est finis aie.

§. II. Et pro maiori dictorum declaratiõe sciendum q̃ finis ꝓpter quẽ aia rõnalis est creata est quadruplex.

Primꝰ est adimpletio volũtatis diuine. Illud em̃ qõ deus vult oportet impleri. sz scõm Pẽ. Oia quecũq; voluit deus fecit. Et quia sic voluit ita factum est. ait Amb. et apls. j. Tim. ij. deus vult oẽs hoies saluos fieri. Cũ ergo voluerit creaturã rõnalẽ facere: quia fecit qõ voluit: ergo facere oportebat: vt impleretur volũtas sua. Scõa rõ finalis est reparatio ruine angelice. Venit enim chꝰtus ſm apm reparare que in celis z que in terris sunt. Et in Pẽ. Judicabit in nationibus. s. dñs implebit ruinas. Etiã q̃uis angeli malt reparari, nõ possint in se: z boni angeli nõ egeant reparatione in se: tñ dũ loco lapsorũ angelorũ hoies creati assumũtur: crescit gaudiũ eorũ ex numero fruẽtium: z sic dicũtur reparari. Tertia ratio q̃ incidit cũ scõa est congratulatio vel delectatio societatis mutue. s. in multitudine consortij angelorũ: sicut enim minuebatur numerus fruẽtium per numerũ lapsorũ angelorũ: ita augeꝫ delectatio per numerũ hoim saluãdorũ. Vñ z gaudiũ est in celis super vno peccatore penitentiam agẽte. Luc. xv. Quantus em̃ sit numerꝰ predestinatorũ est circa hoc triplex opinio. Quidã em̃ dicunt qõ tot homines saluabuntur quot angeli ceciderũt. Alij qõ tot saluabuntur quot angeli creati sunt z boni z mali: sed melius z verius dicit q̃ soli deo est cognitꝰ numerus electorũ in superna felicitate locandus scõm Grego. in collecta. hec btũs Tho. in. j. par. q. xxiij. Quarta ratio creationis aie est p̃miatio ipsius. Vñ magr in. ij. sen. dicit: q̃ deus fecit rõnalẽ creaturã vt summũ bonum intelligeret: intelligendo amaret: amãdo possideret: z possidendo frueret. Et Augu. dicit: q̃ aia rõnalis creata est vt deũ videret: amaret: laudaret: z ei seruiret. Ita quod videre pertinet ad actum rationis: amare ad actum volũtatis: laudare ad actũ sermonis: seruire ad actum opis exteriorꝰ: vt istis oĩbus fiat ꝓtestatio prime veritatis: summe bonitatis: immense magnitudinis: eterne felicitatis. Hec Alex. ij. p. z post eum Rayne.

soli deo numerꝰ saluandorũ est cognitus.

De immortalitate anime. Capitulum. v.

De immortalitate anime

Quia quidam rationalis: quã qui negãt asserentes cum corpore mori heretici declarantur esse. xxiiij. q̃. iij. ca. peñ. Horũ errorem ponit sapiens Sap. ij. recitans dicta eorũ vt illud. Ex nihilo nati sumꝰ: z post hoc erimꝰ quasi nõ fuerimꝰ &c. postea in inferno afflicti fatenr̃ se errasse. Sed aiam nostrã esse immortalẽ multiplici ratione: innumerabiliũ attestatione exẽplorũ: z reuelatione: ostẽsione: efficacissime cõprobat.

Aiam eẽ immortalẽ ptz ex multiplici rõne.

§. I. Quantum ad primum sciendum ꝑ rõnes Rober. holcot super lib. Sap. inducit tres rationes: quarũ prima est ex ratione diuine libertatis. Amicus enim prouidet amico suo oĩe bonum q̃ potest: vt ẽdit pẽs in lib. Ethi. Deus ergo cũ oĩpotens sit: z seruos suos amicos vocet. Vos amici mei estis si feceritis &c. Jo. xv. ca. ergo prouidet eis de vita felici z perpetua quod facere potest: et hoc est maximũ bonum. Secundo probat ex dei equitate. Cũ enim deꝰ sit iustissimus: nec patiatur aliquod bonum irremuneratũ: sicut nec aliquod malum impunitum: q̃ dictat iustitia: hic vt videt ad sensum mali frequenter prosperantur: vel non puniunr̃ ad sufficiẽtiam: boni vero deprimunr̃: vt in pluribus: vel non remunerant ad sufficientiam: ergo oportet aiam esse immortalem: vt in alia vita remunerẽt: vel puniat ad plenũ scõm ea q̃ gessit in corpore. et hoc tãgit de pe. dist. iij. quid ergo turbamur. Tertio hoc declaratur ex dei infallibili veritate. Cum em̃ verax sit mẽtiri non potest: ꝓmittit aũt seruis suis vitã eternam dicens. Ego vitam eternam do eis. s. oibus meis. Jo. x. Luz ergo corpus corrũpatur: vt patet: necesse est aiam esse immortalẽ q̃ recipiat vitã eternam. Btũs Thom̃. in. j. par. q. lxxv. ponit duas rõnes. Et prima est: q̃ corruptio non inuenitur nisi vbi inuenitur contrarietas. Generationes em̃ ex contrarijs in contraria sunt. Unde corpora celestia q̃ non habẽt materiã cõtrarietati subiectam incorruptibilia sunt. In aia aũt intellectiua nõ põt esse aliqua ꝓtrarietas. Recipit enim ſm modũ sui esse: ea vero q̃ in ipa recipiunr̃ sunt absq; cõtrarietate: q̃ etiã rõnes cõtrariorũ in intellectu nõ sunt cõtrarie: sz vna est scia cõtrariorũ. Impossibile est ergo q̃ aia humana vel intellectiua sit corruptibilis. Alia rõ est: q̃ vnũq̃q; ꝓ suo nõ esse desiderat. Desiderũ aũt in rebꝰ cognoscentibus sequit cognitionẽ. Sẽsus aũt nõ cognoscit esse nisi sub hoc z nũc. Sed intellectꝰ appẽhendit esse absolute z ſm oẽ tẽs. Vñ omne hñs intellectũ naturaliter desiderat esse semp: naturale aũt desiderium nõ põt esse vane. Dis igit intellectualis substãtia est incorruptibilis. Et si dicat q̃ omne q̃ est ex nihilo est ꝛtibile in nihil: q̃ finis dz rñdere ꝓncipio: sed aia creata est ex nihilo: ergo ꝛi corruptibilis. Rñdet. b. Tho. q̃ cũ dicit aliq̃d ꝛtibile in nihil nõ importat in creatura ad nõ esse potẽtia: sz in creatore potẽtia ad hoc q̃ esse nõ influat. Dicit aũt aliquid corruptibile ꝓ hoc q̃ iest et potẽtia ad nõ esse: z sic nõ est in aia hec potẽtia: vñ nõ corruptibilis sz incorruptibilis est. Dñs Jo. Dñici super Ecclesiastẽ. inducit plures alias rõnes ad hoc ꝓbãdũ: z exinde auctoritates. Et prima est: q̃ nihil est q̃ nos discernat a brutis et mutis: nisi religio z cognitio summi dei. Igit ad fruendũ summo aia nra creata est: hec rõ demõstrat inductiue: qm̃ omne aial id cognoscit z solum quod ad eius vsum spectat. asinus autẽ nõ cognoscit aurũ nec margaritas: q̃ ad eius vsum fctã nõ sunt: z sic discurrendũ p̃ singula. Igit si deũ cognoscere in hac vita continue laboramꝰ: natura nos docet ad hũc finẽ factos esse. Ex hoc argumento Lactan. li. vij. instr. de vita brã plures elicit rõnes. Scõo nihil est q̃ vrat elemẽto celesti nisi hõ: igit hõ ad celestia tẽdit: z nõ corpꝰ q̃ in terra reuertitur p mortẽ: immortalis est ergo aia q̃ illuc aspirat. Ista ꝓsequẽtia videtur satis bona in materia induct. cũ cũcta aialia sibi similibꝰ nutriãtur z vtanr̃ vt etiã in li. de nutrimẽto z nutrito dr. Antecedens satis ptz: q̃ nullũ animal igne vtit nisi hõ. Et si dicis cõtra q̃ canis z cata comedũt cocta. Rñ. q̃ hoc agũt ꝓter suã naturã: q̃ ita bñ comederẽt cruda: z comedũt z libentius q̃s cocta: sed sunt insatiabilia aialia: z capiũt que sibi dãtur cũ aliũde habere non possint. Hõ vero ex opposito libentius q̃ igne cocta sunt comedit: imo nobis videt impossibile sine igne viuere. Licet Pliñ. iunior lib. vj. c. xiij. dicat q̃ in parte orientali quibusdã gentibus vsus ignis fuerit ignot̃ vsq; ad tps Ptolemei regis Egypti tũc em̃ primo ignẽ habuerũt. Verũ est q̃ ex dictis in illo. c. credo illos nõ esse hoies. Cũ igit locus ignis sit in celo: vt ptz: oĩm consensu et experimento q̃ solus hõ vtit igne: cõstat sic nos natura docẽte vt ꝓ celo facti sim̃. Vide de hoc etiã Lactã. vbi. s. Tertio sic ꝓbatur. aut aia est immortalis: aut hõ infelicior est cũctis creaturis. Scõa pars nõ est vera vt cõstat manifeste: ergo aia est immortalis. ꝓbo cõsequẽtiã. Nã ois res facta est ad aliquẽ finẽ: z cũ adipiscitur quiescit in eo. Hoc ptz inductiue. Ignis factꝰ est vt sit in loco superiori: nõ inferi⁹ existẽs mouetur sui sum vt illuc ascẽdat: cũ autem est vbi esse dz: quiescit. Lapidis locus est z finis petere cẽtrum: z tãdiu laborat q̃ possit accedere: et cum ibi est quiescit: z nullum motũ hz z alibi nõ quiescat nisi violenter teneatur. Hoc idem considera in brutis animalibus. Canis bene pastus quiescit: z nil vltra queritꝰ: q̃ eius finis est viuere: z sic de omnibus aliis. Dia igitur aialia z alia nõ rõnabilia suum finem querũt: z tũc quiescũt quãdo in sua perfectione consistunt. Hõis aũt animꝰ in hac vita nũq̃ quiescit: licet corpus quiescat in somnis bene patrum: aia tñ intus existens est semper in motu: q̃ declarant cõtinua somnia. Igitur cũ nũquã aia sit quieta z cõtenta: sed opz q̃ vlteri⁹ querat: necesse sequit q̃ vel ad aliũ finẽ facta est: z sic est immortalis: vel miserrima est: q̃ nunquam suũ assequitur finem: q̃ fuit scõa pars antecedentis. Hec ratio fundatur ex dictis deuoti Bernñ. lib. de contemptu mundi. vbi ait. Alia rõnalis ad imaginẽ dei facta ceteris omnib⁹ occupari potest: repleri oĩno nõ põt. Capacẽ enim dei quicquid mundus deus est non implebit. Hinc est q̃ naturali desiderio omnes quidem summum bonum appetere ꝓbantur: nullam nisi eo adepto requiẽ habituri. Quarto z vltimo deus et natura nihil frustra operantur: cũ igitur videamus nos aliqua summe amare que ad corpus nõ põt aliquo modo spectare nec prodesse. sequitur quod alia est vita q̃s corporis: et ad aliud facti sumus quã ꝓ corpore tm̃: hoc patet. Nam nos desideramus scire z sapere: q̃potius afflictionem dant corpori q̃s delectationẽ. Nos desideramus famã que corpori nihil prodest: imo naturaliter nos commendamus hoies virtuosos: qui refrenãt corporales motus et delectatiões: atq; naturaliter approbamus meliorẽ vitã esse quã sit corporalis: z hec vnusquisq; potest in se intueri cum

anime desideria cogitabit. Hec rō fundat ex dictis Torquati Boe.iij.de cōsol.psa.ij.vbi ait. Inserta est mētib⁹ hoīm natura liter vēri summiq; boni cupiditas. Et de h̄ Lactā. diffuse vbi.s. vbi ad hāc materiā plures psuasorias rōnes facit. Pōt induci ꝛ quinta rō talis. Oīne qđ est corruptibile quāto magis inueterascit tāto magis deficit in virtute et robore suo: vt patet in corpore humano qđ cū antiquatur est magis debile q̄; puus: q; tē dit ad mortem. Sic et potentie sensitiue que sunt affixe organis corporis: vt visus: auditus: memoria: ꝛ huiusmodi deficiūt paulatim: ꝛ tanto magis quāto quis plus senescit. Si ergo an ma esset mortalis similiter etiam diminueretur virtus eius in potētijs: que non sunt affixe organis corporis: vt intellectus et volūtas: sed hoc non est imo contrarium: quia tanto quis perfectiꝰ intelligit quanto plus viuit: propter qđ dicitur Job.xij. In antiquis est sapientia: et in multo tempore prudentia.

Probat testimonijs antiquoꝝ aīe immortalitas ꝛ primo ppoetas.

hõ: et hoc quantũ ad corporis originez. Et ad hoc respondet Salomõ dicẽs q̃ est grauitate cõfirmatus vanitati. Et sic respondet vt bonus moralis ꝛ ethicus. sicut respondebat pf̃ suus qui dicebat. Hõ vanitati similis factus est. Facta prius interrogatione Dñe q̃d est hõ: quasi puluis qui vento flãte trãsferẽ quasi limus in terrã liquidẽ resolutꝰ: qui habere nõ põt firmitatẽ. Quapropter q̃d est hõ sub interrogatiõe ꝛ despectiue pnũtãdum est. Vbi nota q̃d ait Priscianus. in. iij. li. q̃ hõ q̃ntuplicẽ habuit diminutionẽ vsq; ad hãc diẽ. Naz antiq̃tus declinabãt hic homo homonis. sicut vtebãt Ennius q̃ dicebat. Vulturis in syluis miserũ mãdebat homonẽ. Prima ergo sua diminutio fuit hic hõ. inis. Scõa est homunculus. tertia homũtio. quarta est homulus. quinta homusculus. Prima diminutio est tantũ in obliquo ꝛ non in recto: alie quatuor sunt in obliquo: et in recto: q̃ procul dubio natura humana tã primo fuit diminuta in obliquo: sed nõ in recto: q̃ primo obliqua mulier fuit creata: que nõ est pfecta sicut vir: nulliã tamẽ imperfectionẽ ex hac creatione acquisiuit Adã: sz ipsa natura fuit imperfectio: cũ sua impfectio que latebat ad extra patuit. Scõa diminutio fuit in recto in primo pctõ Eue. Nã tũc recte humana natura acquisiuit mortẽ corporalẽ: sed nõ spiritualẽ. Tertia diminutio fuit etiã in recto quãdo. s. ipse Adã peccauit: q̃ tunc fuit ipsa mors corporis ꝛ aie. Quarta diminutio fuit q̃ habuit maledictionẽ et dictũ ei fuit. In sudore vultus tui vesceris pane tuo. Quinta diminutio fuit q̃ expulsus est de paradiso. Igit̃ si queris q̃d est hõ: respice factorem: vt recorderis te factũ fuisse: ꝛ tũc cognosces in ipso esse breui tpe tue factionis: ꝛ quantã diminutionẽ habuisti. Vel prima diminutio fuit i peccato Eue. scõa in pctõ Adã. tertia in pctõ legis nature. quarta i peccato legis scripture: quinta fuit in pctõ habito cõtracto cõtra legẽ gratie. Et prima non fuit in recto: quia non damnauit naturam humanam: sed omnes alie damnant: maxime contrahentes. Vel prima diminutio fuit quando de Adã fuit costa extracta: q̃ tunc diminutus est homo. Alie .iij. quatuor fuerũt quãdo per peccatũ quatuor elemẽta ex quibus cõponit homo facta sunt alterabilia inter se ꝛ ex eorũ actiuitate totus corrumpitur: ꝛ venit ab esse ad nõ esse p̃ mortẽ corporis. Igitur si vis scire q̃d est homo: factorẽ sequere ꝛ cõsiderabis factionẽ q̃ de aliqua materia sis creatꝰ vel factus: ꝛ videbis esse tunc vanũ. Vñ Bernardus in suis cõtẽplatiõibus sic ait. Attẽde pomo q̃d fuisti ante ortũ: et quis es ab ortu vsq; ad occasum: ꝛ q̃d eris post hãc vitã: profecto fuisti q̃ nõ eras ex vili materia postea factus ꝛ vilissimo panno inuolutus: menstruali sanguine in vtero materno fuisti nutritus: tunica tua fuit pellis secũdina: sic indutus et ornatus ad nos venisti ꝛc. multa ibi. Et be. Amb. in hexa. de opere sexte diei ait. Nõne hec omnia sicut vmbra pretereunt? Nonne domus tua hec puluis est ꝛ ruina? Nonne hec omnia fabula? Nonne seculi thesaurus vanitas est? Nonne tuipse vermis? Respice in pulueremhominum: et vide quid de te nisi cinis ꝛ ossa remanebunt: hoc est ex corpore tuo. Respice inquam: dic mihi quis ibi diues: q̃s ibi pauper sit: discerne inopes ac potentes: nudi omnes nascimur: nudi morimur: nulla discretio inter cadauera mortuorum: nisi q̃ grauius fetent diutius corpora dedita gule et luxurie: q̃ pauperis quem audisti crudeliter defunctum: scilicet Lazarus. Si ergo considerabis te factum: videbis quid est homo: q̃ q̃d vanum. hec omnia ibi. Macrobius etiam de somno Scipionis dicit. Anime inclusę corporibus ipsum corpus velut carcerem fetidum: tenebris horridum: sordibus ꝛ cruore inquinatum patiuntur. Et .xiij. q. ij. in Ecclesiastico dicitur. Terram geris: terrã teris: ꝛ in terrã reuerteris: q̃ de terra sumeris. s̃m aũt Augu. nihil informi terra. Hinc ꝛ Virgi. in. vj. Enei. Non mihi si lingue sint centum: oraq; centum. Ferrea vox: omnes sceleris de. prẽdere formas. Quia penarũ percurrere genera possim. psal. Vniuersa vanitas omis hõ viuẽs. Caro insuper ait apls concupiscit aduersus spiritũ: ꝛ spiritus aduersus carnem: et sic continuum bellum intestinum: q̃ bellum representatur in motibus celorũ sibi contrarijs. Sicut enim sunt duo motus celorũ. s. motus primi mobilis q̃ theologi appellant celum crystallinum: alij firmamentum: qui est ab oriente in occidentem vniformis et continuus. Alius est motus planetarum ad oppositũ. s. de occidente in orientem per signa zodiaci. Ita in homine est duplex motus in appetẽdo. s. motus sensualitatis: et motus rationis et spiritu qui sunt oppositi. Vnde ꝛ Alanus de complanctu nature. Sicut contra raptam firmamenti volubilitatem motu cõtrario exercitus militat planetarum: sic in homine sensualitatis rationiq; hostilitas contraria reperitur. Ratiõis enim motus ab ortu celestiũ orientis: occasum pertransiens: terrena considerando regyrat in celũ. Contrario motus sensualitatis planetarum cõtra rationis firmamentum in terrestria occidens aliquando labuntur. Et nota q̃ hõ vltra propriam acceptionẽ aliq̃n sumitur p̃ parte rõnali ꝛ vt hõ interior. Aliq̃n pro parte sensuali seu corpore ꝛ vt exterior hõ: ꝛ de vtroq; .ij. Cor. iij. Licet is qui foris est noster homo corrumpatur: tñ is qui intus est renouatur de die in diem. Item de primo. Homines ꝛ iumenta saluabis dñe. i. rationabiliter viuẽtes. ꝛ bestialiter salute naturali: et saluti spirituali cum bestie conuertuntur in hoies: sicut Nabuchodonosor per penitentiam. De secundo. i. Cor. iij. Cum sint inter vos zelus et contentio nonne fm hoiem ambulatis? Aliquando sumitur homo pro diabolo: ꝛ dicitur malus homo. Psal. Non timebo quid faciat mihi homo. Et alibi. Eripe me domine ab homine malo. i. diabolo: vel meipso fm Bernardũ.

Homo sumit diuersimode.

Titulus. II. De potẽtijs anime.

De potentijs anime in communi. Cap̃. j.

IN homine non sunt plures aie per essentiã differẽtes: scilicet nutritiua: sensitiua: et intellectiua: sed vna tantũ: scz intellectiua cõtinens in se illã triplicem virtutem: scilicet nutritiuũ: sensituũ: ꝛ intellectiuũ. Vnde in lib. de ecclesia. dogmatibus dicitur. Neq; duas aias dicimus esse in vno hoie: sicut Jacobus ꝛ alij Syrorũ scribũt: vnã animalẽ qua animatur corpus et que immixta sit sanguini: alteram spiritualem que rationem administrat: sed dicimus vnaz ꝛ eandem esse animã in homine que ꝛ corpus sua societate viuificat: ꝛ seipsam sua ratione disponit. Pro huius maiori declaratione dicit beatus Tho. in. j. parte. q. lxxvj. ar. iij. q̃ Plato posuit diuersas animas esse in corpore vno: etiam fm organa distinctas quibus diuersa vite opera attribuebat dicens. Aiam nutritiuam esse in epate: concupiscibilis in corde: cogitatiuam alias cognitiuam in cerebro: quã opinionem Arist. reprobat in lib. de anima. Apparet autẽ hoc esse impossibile. s. plures animas in vno corpore esse differentes per essentiam per istud: quia vna operatio anime cum fuerint intensa impedit aliam: quod nullo modo contingeret: nisi principiũ actionũ esset per essentiam vnum. Ponit ꝛ alias duas rationes quas ibi potes videre. Dicendum est ergo q̃ eadem numero est anima in homine nutritiua: sensitiua: ꝛ intellectiua. Quo autem hoc contingat de facili considerari potest: si quis differentias specierũ ꝛ formarum attendat. Inueniuntur enim species rerum ꝛ forme differre abinuicem: sicut perfectum ꝛ minus perfectũ: sicut in rerum ordine animata sunt perfectiora inanimatis: ꝛ aialia plantis: ꝛ homines brutis: ꝛ in singulis horum generum sunt gradus diuersi. Ideo Aristo. in. viij. Meta. assimilat rerum species numeris: qui differunt specie fm additionem vel subtractionem vnitatis. Et in. ij. de anima comparat diuersas animas speciebus figurarum quarum vna continet aliam. Pentagon̄ continet tetragonum et excedit: sic anima intellectiua continet in se sua virtute quicquid habet aia sensitiua brutorum: et nutritiua plantarum. Sicut superficies que habet figuram pentagonam nõ per aliã figuram est tetragona: ꝛ per aliam pentagona: q̃ superfiueret tetragona ex quo in pentagona continetur. Sic non per aliam animã sortes est homo: ꝛ per aliaz sortes est aial sed per vnã ꝛ eandẽ. Et licet embrio prius habeat animã sensitiuam: tñ hec abijcitur adueniente perfectiori scilicet rationali que est intellectiua et sensitiua simul. Hec Tho. Quamuis autem in homine nutritiua ꝛ sensitiua cõmunis ꝛ p̃ prius dicantur potentie q̃ anime: tamen aliquando anime dicũtur. Et de anima nutritiua potest intelligi illud quod dixit Petrus christo. Animam meam pro te ponam id est vitam: que pertinere videtur ad nutritiuam. Alienatus enim ab intellectu actu presen-

In hoie est tantuz vna aia.

ad gal. v.

Spẽs rerũ numeris comparãtur..

De diuersa diminutione huius nois homo.

Bern. iij.

Quid sit homo.

ti:ꝛab omni sensatione adhuc põt viuere vt fuit in Paulo: sed nõ alienatus a nutritiua. De anima sensitiua dicitur Joan xij. Qui amat animam suam perdet eam: ibi ea est relatio simpler: et est sensus. Qui amat aiam suã rationalẽ: vere perdit. i. mortificat aiam sensualẽ suã: sc̃z quoad illicita ad que inclinat vta visu: auditu: ab appetitu illicitorũ venereorũ ꝛ hmõi. De aia intellectiua intelligitur illud Job. xvij. Animã meã in ma me. ponto. Et pſ. Aia mea in manibus meis semper. i. discussio rationis que pertinet ad animã intellectiuã: in manibus. i. operibus meis: ad considerandum si licita sint vel illicita. Et de hac triplici simul potest exponi illud Jo. x. Bonus pastor animã suã ponit pro ouibus suis: siue illud intelligatur de prelato quoad subditos: siue moraliter de quocunq; virtuoso quoad greges cogitationum: affectionũ: ꝛ operationũ: vt tãq; oues sint cogitationes ꝛ actiones innocentie ꝛ obedientie mansuetudinis ꝛ pãtientie ac beneficientie ꝛ hmõi. Talis enim si est bonus ponit si expedit pro conseruatione ouiũ ꝛ animã nutritiuã. i. vitã sensitiuã aiam respicĩdo: audiẽdo: admonẽdo: discurrendo p salute eorũ animã intellectiuã orando: meditãdo: studẽdo: predicãdo et hmõi. Figura in Jacob qui virgas populeas ꝛ amygdalinas ponebat partim decorticatas in aquis ante oues quarũ erat pastor dũ bibebant: que ſm Greg. in moralibus signãt exẽpla patrũ partim secundũ hystoriã: partim ſm sensum spũalem aiabus proponẽda: vt ex horũ aspectu cõcipiant proposita variarũ actionũ virtutis. Beñ. xxx. Figura in Dauid q̃ pugnabat cõtra leones ꝛ vrsos p ouibus suis: ꝛ sic morti se exponẽs. j. Reg. xvij. In Moyse etiã qui minauit gregẽ ouiũ ad interiora deserti: vbi vidit rubũ ardentẽ nõ cõsumi. Exo. iij. Sic prelatus suis orationibus ꝛ exemplis debet oues subditas ad visionẽ superiorum perducere. Sc̃m hoc etiã potest exponi illud. Magnificat anima mea dñm. Nã quantũ ad animã vegetatiuã magnificauit realiter dñm Jesum augmentando paulatim in vtero ꝛ nutriendo: ꝛ sic fecit magnum corporaliter. Vel etiam magnificauit generando ipsum sine humano opere: ꝛ sic ostendendo in se magnam dei potẽtiam: ꝛ sic cũ Maria sorore Maroũ inuitat nos ad idem dicens. Cantemus domino gloriose enim magnificatus est ꝛc. Exo. xv. Magnificat quantũ ad sensitiuã dominum exemplariter proponendo sensus suos: ꝛ vincendo omnes passiones concupiscibiles ꝛ irascibiles: vt dicere posset illud apostoli. Magnificabitur christus in corpore meo. Tertio magnificauit quantum ad intellectiuam animam: videlicet affectu in diuinis exultando. ibi. Et exultauit spiritus meꝰ. Intellectu se paruam cognoscendo. ibi. Quia respexit humilitatẽ ancille sue ꝛc. Memoria recolendo beneficia sibi collata. Quia fecit mihi magna ꝛc. Et sacra eloquia. Sicut locutus est ꝛc. Et ad idem inuitat nos ps. dicens. Magnificate dominũ mecum: ꝛ sic magnificauit virtualiter.

Exẽpla moralia.

Luce. j.

Phil. j.

§. I. Vnitur autem anima rationalis corpori non mediante aliquo corpore: nec mediante aliqua dispositione accidentali: sed per seipsaz. Pro cuius declaratione dicit be. Tho. in. j. par. q. lxxvj. ar. j. q̃ cum aia vniatur corpori vt forma: est impossibile q̃ vniatur aliquo corpore mediante. Cuiꝰ ratio est: q̃ sic dicit aliquid esse vnum quõ et ens. forma autẽ per seipsam facit rem esse in actu: cum per essentiam suam sit actus nec dat esse per aliquod mediũ. Vñ vnitas rei composita ex materia ꝛ forma est per ipsam formã: q̃ ſm seipsam vnitur materie vt actus eius: nec est aliq̃d aliud vniens nisi agens qõ facit materiaz esse in actu. vt dr̃ in. xiij. Metaphy si. Unde patet falsas esse opiniones illorũ qui dixerunt aliqua corpora esse media inter animam et corpus hominis. Quorum quidã vt Platonici dixerunt q̃ anima intellectiua habet corpus incorruptibile sibi vnitum naturaliter a quo nunq̃ separatur: ꝛ eo mediãte vnitur corpori corruptibili hominis. Quidam alij dixerũtq̃ vnitur corpori mediante quodã spiritu corporeo. Alij dixerũt q̃ vnitur corpori mediante luce: quam dicũt esse corpus et de quinte essentie natura: ita q̃ aia vegetabilis vnitur corpori mediante luce celi fy derei. Anima sensibilis mediãte luce celi crystallini. Anima intellectiua mediante luce celi empyrei. Quod fictitium ꝛ derisibile apparet: tum quia lux nõ est corpus: tum quia essentia non venit materialiter in compositionem corporis mixti cum sit inalterabilis: sed tantum: virtualiter: tũ etiã quia anima vnitur immediate corpori vt forma materie. Cuiꝰ autem subtracto seu deficiente spiritu: qui est quoddam corpus subtile anima separatur a corpore: ꝛ sic deficiat vnio anime ad corpus: hoc nõ est ideo: q̃ ille spũs sit mediũ ad causandũ illã vnionẽ: ſz q̃ tollit dispositio p quaz corpus est dispositũ ad talẽ vnionẽ. Est tñ predictus spũs mediũ in mouendo: sicut primũ instrumentũ motus: q̃ partes grossiores corpis mouet alias partes subtiliores: vt p ignẽ ꝛ aerẽ id est p cholerã ꝛ sanguinẽ. Sed nec mediante aliquo accidẽte vnit aia corpori. Rõ est ſm Tho. xvi. ſ. q̃ cũ accidẽs posterius sit subsistãtia ꝛ tpe ꝛ rõne. vt dr̃. vij. Meta. nõ põt intelligi aliqua forma accidentalis in materia ante animã que est forma substantialis. Preter istã vnionẽ aie cũ corpore põt aia nostra vniri cũ deo p charitatẽ ꝛ feruens desiderĩũ. Psal. Adhesit aia mea post te. ſ. p charitatẽ. ꝛ. j. Cor. vj. Qui adheret deo vnꝰ spiritus est cũ eo. Põt vniri cũ primo per volũtatis cõformitatẽ: vel in bono: vt illi de qbus dr̃ Actuũ iiij. Multitudinis credentiũ erat cor vnuz ꝛ aia vna in dño: vel in malo: vt Judei de qbꝰ dr̃ pſ. ij. Principes cõuenerũt in vnũ aduer. do. Põt etiã vniri aia cũ corpore suo. i. appetito sensitiuo iuxta illud pſal. Sitiuit in te aia mea. ſ. cupiendo dissolui: tibi summe placere: volũtatẽ tuaz in oibus cõplere: q̃s multipliciter tibi caro mea. i. appetitꝰ sensitiuus ꝛ oia mẽbra corporis ad idẽ subijciunt spiritui ꝛ in vnũ cõuenirũt cũ aia ad operandũ virtuosa. Solus tamẽ christus etiam viator habuit perfecte et omnimode hanc vnionẽ vnde animã suam appellat vnicam.

Vnit corpori sine aliq̃ medio.

Errores de aia.

§. II. Anima scõm Augu. in. vj. de trinit. in vnoquoq; corpore ꝛ in toto est tota ꝛ in qualibet parte corporis est tota. Huius rationem assignat beatus Thom. in. j. par. q. lxxvj. di. cũ aia vniatur corpori non vt motor tantum: sed vt forma eius: necesse est q̃ sit in toto tota ꝛ in qualibet parte tota non enim est forma corporis accidentalis sed substãtialis: forma autem substantialis non solum est perfectio totius: sed cuiuslibet partis cum totuz consistat ex partibus: forma totius que non dat esse singulis partibus corporis: est forma que est compositio ꝛ ordo sicut forma domus: et talis forma est accidẽs talis. Aia vero est forma substãtialis. Unde oportet q̃ sit forma ꝛ actus non solum totius: sed cuiuslibet partis: et ideo recedente anima sicut non dr̃ animal ꝛ homo: nisi equiuoce: quẽadmodũ animal pictũ ꝛ lapideum: ita est de manu et oculo et carne ꝛ osse: vt pbs dicit. Cuius signũ est quod nulla pars corporis habet propium opus anima recedente. cuz tñ omne quod retinet speciem retineat operationem speciei. Actus autem est in eo cuius actus est. Unde oportet animã esse in toto corpore ꝛ in qualibet parte eius. Hoc autem intelligendum non est ſm quantitatiuã totalitatez q̃ hanc non habet: q̃ aia non est quanta. Nec etiam ſm totalitatem virtutis: q̃ nõ ſm quãlibet suã potentiaz est in qualibet parte corporis: sed ſm visum in oculo: ſm auditũ in aure: ꝛ sic de alijs. Sed est tota in qualibet parte ſm totalitatem perfectionis ꝛ essentie: sicut in superficie alba tota albedo est in superficie: ꝛ in qualibet parte supficiei ſm totalitatẽ perfectionis ꝛ essentie. Potentiarum autem anime q̃ quedam sunt in ea ſm q̃ excedunt totã corporis capacitatem. ſ. intellectus ꝛ voluntas: hmõi potentie in nulla parte corporis esse dicũtur. Alie vero sunt cões anime ꝛ corpori: vñ non oportet q̃ talium potentiarum quelibet sit in qualibet parte corporis: sed in illa corporis parte ꝓportionata ad talis potentie operationem.

Aia est tota in toto ꝛ qualibet parte tota.

De qua totalitate intelligit animã esse in toto ꝛc.

Essentia aie non cognoscitur eius potentia.

§. III. Sciendũ autẽ q̃ ipsa essentia aie non est eius potentie. Si enim vt dicit Dio. v. c. angelice hierarchie: celestes spũs. i. angeli diuiduntur in essentiam virtutem ꝛ operationem: multo magis dicendum de anima que est inferioris gradus in ordine intellectuorum: aliud esse essentiã: aliud virtutem ꝛ potentiam. Pro cuius declaratione dicit beatus Thom. in. j. par. q. lxxvij. arti. j. q̃ est impossibile dicere q̃ essentia anime sit eius potentia licet quidam posuerunt. Et ratio est: q̃ cum potentia ꝛ actus diuidant ens: ꝛ quodlibet genus entis: oportet q̃ ad idem genus entis referatur actus ꝛ potentia: ꝛ ideo si actus non est in genere substantie potentia que est ad illũ actum non põt esse in genere substantie. Operatio autẽ aie non est in genere substantie: sed in solo deo cuius operatio est eius substantia. Unde potentia que est operationis principiũ est ipsa dei essentia: q̃ esse nõ potest nec in anima nec in angelo vel alia creatura. Unde sequitur q̃ nec aie potentia est in genere substantie. Essentia autem aie est in genere substantie: ergo essentia eius non põt esse potentia eius. Alia ratio: q̃ anima ſm essentiã suã est actus: si ergo ipsa essentia anime esset immediatum operationis principium semper habens animam actu

habere ꝛ

habere opera vite: sicut semp habẽs aiam actu est viuũ: sed inuenit habẽs aiaz nõ semp habere in actu opa vite vt cũ dormit z hmõi. Si autẽ querat qd sit potentia aie ex quo nõ est eius essentia. Respõdet be. Tho. vbi. s. q est accidẽs ꝓut accidẽs diuidit cõtra substantiã. Sic eñ nihil est mediũ inter substantiaz z accidẽs: qz diuidunt ꝑm affirmationẽ z negationẽ. s. esse i subiecto vel nõ esse in subiecto. Et sic cũ nõ sit substãtia ipsa aie: opz qõ sit accidẽs quelibet potẽtia eius: z est in scõa spẽ qualitatis. Sed ꝓut accidens accipit ꝑm q ponit vnũ ex qnqz vniuersalibus: sic nõ est accidẽs potẽtia aie. Nã ꝑm hunc modũ aliqd est mediũ inter substãtiã. z accidẽs: qz ad substantiã ptinet quicqd est essentiale rei. Nõ tñ qcqd est extra essentiã rei: põt sic dici accidens: sed solũ qõ nõ causat ex principijs essentialibus speciei: ꝓpriũ eñ nõ est de essentia rei: sed ex principijs essentialibꝫ speciei causat. vñ mediũ est inter substantiã z accidẽs: z hoc modo potentie aie ꝓnt dici medie inter substantiã z accidẽs: quasi ꝓprietates aie naturales: sicut risibile õr ꝓpriũ hois: z calor ꝓpriũ ignis z hmõi. Qõ autẽ Aug. dicit q notitia z amor nõ sunt in aia sicut accidentia in subiecto: intelligit ꝓut cõparantur ad aiam: nõ sicut ad amantẽ z cognoscentẽ: sz vt cõparant ad eã sicut ad amatã z cognitã: qz ipsa substãtialis essentia aie cognoscit et amat. Et sic etiã intelligendũ cũ idẽ dicit: q memoria: intelligẽtia: z volũtas sunt vna essentia. Vel etiã ꝑm aliquos põt dici: q hec locutio verificat ꝑm modũ quo totũ potentiale predicat de suis partibus: qz eñ tale totũ adest singulis partibus ꝑm totã essentiã: sed nõ ꝑm totã virtutẽ: ideo predicatur de qualibet parte eius: sed non ita proprie sicut totum vniuersale. Qõ etiam ꝓbs dicit in. ij. de aia. q illud quo primo sentimus et intelligimus est anima nõ ex hoc sequitur qõ essentie anime sit eius potentia: sed qz hoc ipsum qõ forma accidentalis: cuiusmodi est potentia anime est actionis principiũ habet a forma substantiali. Et ideo forma substantialis est primum actionis principium sed non proximum.

Potẽtia aie est accidens.

Potentie aie qualia bona sunt.

§.III. ponuntur autem he potẽtie aie esse bona media magister eñ sen. lib. ij. dis. xxvj. post Aug. ponit triplicẽ differentiã bonorũ. s. minima: media: z magna: videlicet bona tpalia: naturalia: et virtualia. Et qz oia a deo accepisti ꝑm ap̃lm. Recordare qz recepisti bona in vita tua dixit Abraã. Luce. xvj. Tẽporalia quidẽ ad recte distribuendũ. Naturalia ad bene exercẽdũ. Virtualia ad cõtinue augendũ. Tpalia vt diuitie bona sunt: qz organice deseruiũt felicitati ꝑm ꝓbm. i. sunt instrumenta ad vitã virtuosam. Qui eñ sibi thesaurizat et tpalia nõ distribuit ꝑm rectitudinẽ dãnationẽ incurrit. Vñ cui dã diuiti qui sibi ipsi dicebat. Dia mea habes multa bona posita in annos plurimos comede: quiesce z c. dictũ fuit a deo. Stulte aiam tuã hac nocte repetẽt a te. Luc. xij. Super quo euangelio dicit Amb. Tu. s. diues susceptis dei muneribus: z in sinũ tuũ redactis nihil te reputas facere iniquũ: si tã multorũ vite subsidia solus obtineas z c. dist. xlvij. sicut hi. Bona naturalia sunt potẽtie aie interiores quibus operamur: qbus põt aia bñ z male vti: sicut z bonis tẽporalibus. Et de his põt illud exponi psal. Bonorũ meorũ nõ indiges dñe id est operũ nostrorũ que ꝓcedũt a potẽtijs. Exercere autẽ debet quis hmõi bona z bñ: als ea in vanũ accepit. psal. Qui nõ accepit in vanũ aiam suã. hic. s. habitabit in tabernaculo tuo. Bene autez exercet hmõi bona cũ penitet et se mortificat. ꝑm illud psal. Tabescere feciſti sicut araneaz animã eius. i. ꝑm glo. feciſti tu deus vt aia conuersa sit tabida. i. humilitate infirmata sicut aranea que etiam leui tactu manus tabescit. i. deficit a virtute sua z vigore. Sic anima correpta z penitẽs a contactu manus diuine inspirationis deficit a vigore superbie z morũ vite pristine. Aranea est subtile corpus terrena deserit: alta querit: emissione viscerum telas texit. Sic conuersus z correptus ꝓ penitentiam corpus extenuat: mundi infima contemnit: celestem conuersationẽ appetit: subtiles operationes ex timore dñi facit. Bene exercet anima potentias dum intellectũ z affectuz ad supna erigit. vnde Psal. Anima mea exultabit in domino delectabitur in deo salutari suo: oia ossa mea dicent dñe quis similis tibi. Exultatio z delectatio aie est ipsa maxima complacentia quã hz volũtas ex cognitione z cõsideratione intellectuali: diuine ꝓuidentie z beneuolentie magne ad ipsam animam. Prouidentia vero in dño qui si bonus est prouidet seruis suis. Beneuolentia in salutari qui sic õr: qz nos saluat. Ossa aie sunt potentie: qz sicut ossa inseparabiliter inherent carni et dant ei robur ad operandum: ita potentie inseparabiliter sunt in anima: z ex his est virtus homini ad operandum. Omnes ergo potentie admiratione quadam cuiusdam reuerentie debent experimentali gustu intelligere nullum esse similez deo. Bonis virtualibus nõ põt quis male vti. De quibus põt illud intelligi Prouer. xj. In bonis iustorũ. s. operibus virtutũ: exaltabitur ciuitas. Esa. lviij. Implebit splendoribus aiaz tuã. Virtutes sunt vt quidã radij quibus aia illustrat in baptismo qui bona debet augere. iuxta illud Psal. Ibũt de virtute in virtutem. Nã qui accepit bonũ vnius talenti designantis aliquã gratiam: qz nõ auxit sed conseruauit: fuit eo priuatus z confusus. Matt. xxv. Recordare ergo qz recepisti z ad quid recepisti. z sic ꝑm ps. Anima mea in bonis demorabitur. s. ad recordandum.

Aie mẽbra tropologice.

§.V. ꝓtentias anime esse plures ponit ꝓbs in. ij. de celo. z magister sen. j. li. dis. iij. qõ necesse est ponere ꝑm bea. Tho. in. j. par. q. lxxvij. ar. ij. Naz sicut infirme est dispositus ad sanitatem que est quedam perfectio corporis aialis qui nõ potest cõsequi pfectam sanitatem: sed aliquã modicam consequitur paucis remedijs. Melius autez dispositus qui põt cõsequi perfectam sanitatẽ: sed remedijs multis. Et adhuc melius qui remedijs paucis perfectaz consequi potest. Optime autem qui absqz remedio perfectam habet sanitatez. Ita dicendum de bonitate z perfectione rerum: videlicet q ille res que sunt infra hoiem vt aialia z sensibilia: quedam particularia bona consequuntur: nõ aũt perfectam bonitatem z vniuersalem qualis est deus: z ideo quasdam paucas z determinatas virtutes z operationes habent quibus illam assequantur. Homo autẽ põt cõsequi perfectam z vniuersalem bonitatem: quia potest adipisci beatitudinem. Sed tñ qz est in vltimo gradu ꝑm naturam eorũ qnibus cõpetit beatitudo: ideo multis z diuersis operationibus ac virtutibus seu potentijs indiget aia humana ad consequendam hmõi pfectam bonitatem: angelis vero minor diuersitas potentiarum competit. In deo autem non est aliqua potentia vel actio ꝓter eius essentiam. Est etiã alia ratio quare aia humana est in diuersitate potentiarũ vcz qz est in cõfinio corporalitũ z spũalitũ creaturarũ: z ideo concurrũt in ipsa virtutes vtrarunqz creaturarum. Sciendũ etiam ꝑm bea. Tho. vbi. s. q quedã operationes anime sunt que exercentur sine organo corporali vt intelligere z velle. Unde potentie q̃ sunt harum operationũ principia: sunt in animavt in subiecto. Quedam vero actiones sunt aie que exercentur per organa corporalia: sicut visio ꝓ oculũ: z auditus per aurẽ. Et simile de oibus alijs operationibus sensitiue z nutritiue partis. Et potẽtie que sunt haruz opationũ principia sunt in coniuncto vt in subiecto: z nõ in aia sola. Vñ ꝓbs in lib. de som. z vigi. dicit q sentire non est ꝓpriũ aie neqz corporis sed coniuncti. Dicuntur autem oẽs potẽtie esse aie nõ sicut subiecti: sed sicut principij: qz ꝓ aiam cõiunctum hz q tales operatiões possit operari. Fluunt ergo omnes potentie etiaz sensitiue z vegetatiue ab essentia anime sicut a principio. Sunt eñ quedaz ꝓprietates naturales eius: sed subiectum est causa ꝓpriorũ accidentium: vñ z ponitur subiectũ diffinitione accidentis. Notandũ etiam in qõ ois actio procedit ab aliqua potentia: et est circa aliqõ obiectum seu materiã. Potentia eñ ꝑm id qõ est potentia ordinatur ad actũ z diuersificatur ꝑm diuersam rationez actus: et actus diuersificatur ꝑm diuersam rõnẽ obiecti. Qz enim aliud est color inquantum obiectum visus: aliud sonus inquantum obiectum auditus: ideo diuersa oino actio est videre ab audire. Et quia diuersa ratio actionis vtriusqz: ideo etiam potentie diuerse inde procedunt illi actus. Potẽtia aũt aut est actiua aut passiua. Actio autẽ ꝓcedens a potentia actiua alio mõ se hz q̃ꝑ procedens a passiua erga suũ obiectum. Cõparat eñ obiectum ad actum potentie passiue sicut principium et causa mouens. Color enim inquantum mouet visum est principiũ visionis. sic z intelligentia est potentia passiua. Ad actũ aũt potẽtie actiue comparatur obiectuz vt terminus z finis: sicut augmentatiue virtutis obiectũ est quãtum ad pfectũ qõ est finis augmenti: et ex his duobus actio recipit speciẽ. s. ex principio vel fine seu termino: et sic est necesse q potentie diuersificentur ꝑm actus z obiecta.

Plures sunt potẽtie anime

§.VI. Quinqz sunt genera potẽtiarum ꝑm ꝓbm in. ij. de anima. videlicet vegetatiuũ: sensitiuũ: appetitiuum: ꝑm locum motiuũ: z intellectiuuz. Pro cuius declaratione dicit be. Thom. in. j. par. q. lxxviij. ar. j. quod genera potentiarum distinguuntur ꝑm obiecta actuum ipsarum: quãto

Quinqz sunt genera potentiarum.

Omnes potentie qõo dicũtur eẽ anime.

eñ potentia est altior tanto obiectū vniuersalius respicit. Obiectū aūt operationis aīe triplici ordine potest considerari. Alicuius eñ potentie aīe obiectū est solū corpus aīe vnitū. Et hoc genº potētiarū vocat vegetatiuum: non eñ vegetatiua agit nisi in corpº cui vnitur aīa. Est aliud genº potentiarū qđ respicit vniuersaliº obiectū. s. oē corpº sensibile: et nō solū corpº cui aīa vnitur. Est alterū genus potētiarū quod adhuc respicit vniuersaliº obiectū. s. nō solū corpº sensibile: sed etiam oē ens. Et ex hoc ptz q̄ ista duo genera potētiarū habēt operationē nō solum respectu rei coniuncte: sed etiā respectu rei extrinsece. Cum autē operās oporteat aliquo modo cōiungi suo obiecto: necesse est rem extrinsecam que est obiectū operationis aīe fm duplicem rōnē ad aīam cōparari. Uno modo fm q̄ nata est coniungi aīe et in anima esse per suam similitudinē. Et quātum ad hoc sunt duo genera potentiarum: sensituū respectu obiecti minº cōis quod est corpus sensibile: et intellectiuum respectu obiecti communissimi qđ est ens vniuersale. Alio modo res extrinseca que est obiectū opationis cōparatur ad aīam fm quod ipsa anima inclinatur et tēdit in ipsam rē exteriorē. Et fm hanc operationē sunt duo genera potētiarū: vnū. s. appetitiuū fm qđ anima cōparatur ad rem extrinsecā vt ad finē qui est primū in intētione. Et hic appetitus q̄dā appetitus aīalis distinguitur ab appetitu naturali. Appetitº eñ naturalis est inclinatio cuiuslibet rei ad aliquod ex natura sua: et sic naturali appetitu quelibet potētia desiderat sibi cōuenīes. Sed appetitus animalis sequitur formā apprehensiuā: et ad hmōi appetitum requiritur specialis potentia aie: et non sufficit sola apprehensio. Visus enim naturaliter appetit visibile solū ad suū actū. i. ad videndū. Animal aūt appetit rem visam p appetitum: nō solū ad videndū: sed etiā ad alios vsus. Aliud genus potentiarum est motiuum fm locum prout scz aīa cōparatur ad rē exteriorē sicut ad terminū operationis et motus. Ad consequēdū enim aliquid desideratū et intentū oīe animal mouetur. Et q̄tuis sensus et appetitº sint principalia mouentia in aīalibus pfectis: nō tñ sensus et appetitus inquantum hmōi etiā sunt sufficientia admouendū: nisi superadderetur eis aliqua virtus. Nam in immobilibus animalibº est sensus et appetitus: non tñ habent vim motiuā: hec aūtē vis motiua est non solum in appetitu et sensu vt in operante motum: sed in ipsis partibus corporis vt sint habilia ad obediendum appetitui anime mouentis. hec beatus Tho.

Appetitº naturalis distinguit ab appetitu animali.

§. VII. Potentiarum autem aie

rationalis cū quinq̄ sint genera fm pħm in. ij. de aīa. et omnis actio humana ab his pcedens: tūc bene agitur et meritorie q̄n et gīa in aīa agit. xi pº. xij. Vita mea illi vivet. scz vita gre: et semē meū seruet ipsi. Semē spūale seu generatio aie est q̄ntuplex genº potētiarū q̄ fluūt et sic generantur ab aīa. Que tūc seruiūt deo: cū anima vivit ei. s. ex gīa. Possunt et iste figurari p quinq̄ talēta tradita a dño seruo suo. Mat. xxv. que tūc duplicantur. vñ talis intrat in gaudiū dñi: cū scz q̄s exercet nō solū instinctu humane rōnis vt pħs: sed etiā diuina illustratiōe gre: vt sancti. Nec pōt ista expositio incōgrua reputari: q̄ diffusa est ab his q̄ sequuntur in illa parabola. i. non correspōdet eis: nā subditur de duobus talētis aut vno tantū alius datis. Certū est autē q̄ oēs hoies habēt predictas oēs potentias. Dicit enī be. Tho. super Lañ. in prologo. q̄ illud habet locū in expositione lr̄ali scripture. s. q̄ oportet q̄ nō dissuta: sed respondeat precedentibus et sequētibus: hoc aūt nō requiritur in expositiōe morali scripture: vt ptz in expositionibº doctorū. Debet ergo quis operari scōm potentiā motiuā ex gīa eundo ad tēplum vt christus et apostoli Act. v. Nō autē ad theatrū vel spectaculū: tales eñ debent puniri. de cōse. dis. j. qui die. Debet mouere ad indulgentias et laudes diuinas. pō. Lauda anima mea dominū etc. Qui propitiatur oibº iniq̄tatibus tuis: p indulgētias quoad penā. per laudē confessionis quoad culpā. Nō autem debet ire ad choreas: ibi eñ amputatur figurate caput Joannis bap. Mar. vj. qui interpretatur in quo est gīa. Debet moueri et operari ad iuuandum proximos vt Tobias: qui discurrebat per ciuitates visitando confortādo captiuos: vestiendo nudos: sepeliendo et hmōi. Et vt Paulus qui laborabat manibus suis ad puidendum sibi et suis: nō autē discurrendo cūmalis ad iniquitatē. De quibus Salomon Prouer. j. Pedes eorū ad malum currunt: et festinant ad effundendum sanguinem. Et sic aīal laborantis laborat sibi. Vegetatiua bene vti debet: videl. cibis et potibus qui deseruiunt nutritiue et augmentatiue viendo ad necessitatem non voluptatem. Nam et Helias carnes comedit: et Dauid aquā male cōcupitā. s. de cisterna Bethleē effudit. s. nō bibēdo. dist. xij. delicie. Venereis aūt actibus qui deseruiūt generatiue precise cū cōiuge sua: et nō aliter ad prolē procreandā: vel debiti redditionē nō ad libidinez explendā. xxxiij. q. iiij. vir cū ppria. ibi cū eñ. cū glo. sua. Cū sensitiua bene quis cōmercat cū sensus exteriores visuz auditū et alios sub disciplina custodit rationis: nō eos exercens ad curiositatē vt ille qui dixit. Juga boū emi q̄nq̄: et eo ꝓbare illa. Lu. xiiij. scz p curiositatē: passiones insup appetitº sensitiui mortificare vitijs. Talētū intellectiui duplicat: cū quis ipm applicat ad cōsiderāda spiritualia et diuina ad intelligēdū sacra eloquia: q̄ vt dicit dist. xxxvij. sicut. Sicut stellas celi nō extinguit noctis mētes fidelū inherentes sacre scripture firmamēto nō obscurat mūdana iniq̄tas. Qđ faciebat btā virgo Maria cui dixit Symeon. Tuā ipsius aīam pertransibit gladius. Luc. ij. qđ exponit Amb. de gladio spūali. qđ fm apm est verbū dei: qđ in scripturis positū valide trāsiuit p animā. i. intellectū et mentē fidelis cōfert ad scripturas adinuicē dedeo. Talentū aūt appetitiue augetur dū q̄s affectū hz ad deū exēplo Esa. di. Via mea desiderauit te in nocte: sed et spū meo in precordijs meis: vel vera amicitia charitatis afficit ad primū. Unī de Dauid et Jonatha dr. j. Reg. xviij. q̄ aīa Jonathe cōglutinata est eū aīa Dauid: scz affectu amicitie et charitatis. Diligere eñ et desiderare deū et salutem primi est actus voluntatis: et vt passiones appetitus sensitiui refrenat rōne. Si q̄s aūt vellet totam istam parabolam exponere de bonis nobis a deo traditis. Tunc pōt dici qđ quinq̄ talenta sunt quinq̄ genera bonorū circa q̄ versantur operationes nostre: q̄ omnes pcedunt a potentijs ipsius aīe. Et primū talentū est bonum nature datū ad exercendū. Mat. xx. Quid hic statis tota die otiosi: ite et vos in vineam meam. i. animam ad laborandum: et figuratur per talentum eneū. Scōm est bonum gratie collatum ad augendū. ij. Lor. vj. Hortamur vos ne in vacuū gratiā dei recipiatis. Prouer. iiij. Justorum semita quasi lux splendēs procedit et crescit etc. Et figuratur per talentum aureum: q̄ sicut aurum excedit omnia metalla: ita gratia omnia humana. Tertium est bonum scientie datum ad docendum. Mat. vlti. Docete oēs gentes. Sap. vij. dicitur de ea. Sine inuidia cōmunico: et honestatem illius non abscondo. Et figuratur per talentū argenteum. De quo psal. Eloquia dñi eloquia casta argentum etc. Quartū est bonum potentie datum ad defendendū se et alios. Esa. j. Subuenite oppresso: iudicate pupillo: defendite viduā. xxiij. q. iij. c. iij. qui potest obuiare. et in ca. seq. Et figuratur p talentum ferreum: quia ferrum sua potentia et vigore domat alia metalla efficaciter. Quintum est bonum opulentie datum ad subueniendum. Luc. xj. Quod superest date eleemosynā et omnia munda sunt vobis. Et figuratur per talentum plumbeum. de quo zacha. v. quia plumbum vilius est et grauius aliis metallis: ita temporalia sunt vilia et grauia. Aliqui vero ex predictis tantum duo talenta habuerunt: scilicet bonum nature et gratie: alij tantum vnū. s. bonum nature: nec talis excusatur si nō exerceat. Hec in Catholicon.

De vsu et exercitio bono potētiarum anime.

De potētia motiua.

Vegetatiua.

De sensitiua.

De intellectiua.

De appetitiua.

Quinq̄ sunt bona nobis a deo tradita.

§. VIII. De ordine ipsarū poten

tiarum adinuicem dicit be. Tho. in. j. par. q. lxxvij. ar. iiij. qđ cum vna sit aīa: potentia autez plures: ordine vero quodam ab vno in multitudinē procedatur: necesse est inter potentias ordinem ponere et fm dependentiam vnius ab altera. Quantum ad ordinē nature prout perfecta naturaliter priora sunt imperfectis: sic potētie intellectiue sunt priores sensitiuis: vñ dirigūt eas et imperāt eis. Et similiter potētie sensitiue sunt priores potētijs nutritiue anime. Scōm vero generationis ordinē et temporis econuerso se habent. Nam potentie anime nutritiue sunt priores potentijs aie sensitiue in via generationis: et ad earum actiōes corpus preparāt. Similiter etiā de potentijs intellectiuis respectu sensitiuarum. Cum autē potentie cognoscantur per actus: sicut actus vnius potentie causatur ab alio vt actus phantasie ab actu sensus: sic vna potētia causatur ab alia: quātus enim omnes potentie fluunt seu procedunt ab essentia anime: ordine tñ quodam vt vna pcedat ab aīa immediate: alia mediante alia et huiusmodi. Et sic dicat q̄ potentia quelibet aie est accidens: si vna potentia pcederet ab alia: tunc accidentis subiectum esset accidēs: qđ esse nō pōt. Nñ. bea. Tho. q̄ accidens per se non potest esse subiectū accidētis: sed vnū accidens per prius recipitur in substātia q̄m aliud: sicut pº quātitas q̄m qualitas. Et hoc modo dr accidēs vnū esse subiectū alterius vt superficies coloris inquantū

De ordine potentiarū adinuicem.

De subiecto potentiarum.

quãtũ substãtia vno accidente mediante recipit aliud: et sic de potentijs anime. De his aũt q̃nq; generibus potentiarũ q̃uis oẽs habeãt principiũ ab aĩa: tñ quedã sunt que solũ sunt in aĩa vt in subiecto: vt intellectus ⁊ volũtas. Et has necesse est remanere etiã destructo corpore: cũ subiectũ earũ. i. aĩa remaneat immortalis. Quedã sunt in cõiuncto vt in subiecto: sicut oẽs potẽtie nutritiue: sensitiue: ⁊ motiue. Et q; destructo subiecto nõ potest accidens remanere: ideo corrupto cõiũcto. i. hoĩe nõ remanẽt ille potentie actu: sed tantũ virtute sicut in principio vel radice. Et si obijciatur q̃ in lib. de spũ ⁊ aĩa dr: q̃ aĩa recedit a corpore trahẽs secũ sensuz: ⁊ imaginationẽ: rationẽ: ⁊ intellectum: trascibilitatẽ: ⁊ cõcupiscibilitatẽ. Rñ. bea. Tho. q̃ liber ille non habet auctoritatẽ: vñ q̃ ibi scriptũ est: ea facilitate ꝓtenniẽ quabatur. Uel põt dici q̃ aĩa trahat secũ has potentias nõ actu: sed virtute. Si etiã obijciatur q; Luc. xvj. fuit dictũ diuiti. Recordare q; recepisti ⁊c. memoria aũt est potentia sensitiua. Rñdet bea. Tho. q̃ memoria ibi accipitur eo modo quo Aug. ponit memoriã in mente ꝓout. s. est pars intellectiue: nõ ꝓout est potentia partis sensitiue.

¶ De potentia vegetatiua ⁊ sensitiua. Cap. ij.

Vegetatiua distinguit in tres partes siue potẽtias. s. nutritiũ: augmẽtatiuũ: et generatiuũ. Ũñ in. ij. de aĩa dicit pħs. q̃ opa huiꝰ aie sunt generare: alimẽto uti: ⁊ augere. Pro huius declaratiõe dicit be. Tho. in. j. par. q. lxxviij. ar. ij. q̃ vegetatiuũ hz ꝑ obiecto corꝑ ipm viuens ꝑ aiaz. Ad q̃d tripler opatio aie est necessaria. Una ꝑ quã esse acquirat ⁊ ad hoc ordinat potentia generatiua. Alia ꝑ quã corpus viuẽs acq̃rat debitam quãtitatẽ: ⁊ ad hoc ordinat vis augmẽtatiua. Alia ꝑ quã corꝑ viuẽtis saluat ⁊ in esse ⁊ in debita quãtitate: ⁊ ad hoc ordinatur vis nutritiua. Est tñ quedã differentia attendẽda inter has potentias: nã nutritiua ⁊ augmentatiua habẽt suũ effectũ in eo in quo sunt: q; ipm corpus viuẽtũ aĩe augeẽ ⁊ cõseruaẽ per vim augmentatiuã ⁊ nutritiuã in eadẽ aĩa existentẽ. Sed vis generatiua hz effectũ suũ: nõ in eodẽ corpore: sz in alio: q; nil est generatiuũ suiipsiꝰ: ⁊ ideo vis generatiua appropinquat quodãmodo ad dignitatẽ aĩe sensitiue q̃ hz operationẽ in res exteriores: ⁊ sic in his pfectior est gñatiua. Est eñ rei pfecte facere alteram qualis est ipsa: et aũt deseruiunt nutritiua ⁊ augmentatiua: augmentatiue ꝙo nutritiua. Dicit aũt nutritiua deseruire generatiue potẽtie. Ꝟm be. Tho. in. j. par. q. vlti. q; illud q̃d est cõseruz ꝑ virtutẽ nutritiuã ex alimẽto anteq̃z cõuertaẽ in substãtiã mẽbrorũ accipit a virtute generatiua vt semẽ. Et huiꝰ signũ ponit pħs: q; aialia magni corporis q̃ indigẽt multo nutrimẽto sunt pauci seminis Ꝟm quãtitatẽ corpis sui ⁊ pauce generationis: vt ptz in elephãte. Silr hoies pingues sunt pauci seminis ꝓpter eandẽ causaz. Et ꝓpter hãc causaz in pueris nõ est semẽ: q; superfluũ nutrimẽti in augmẽtũ cõuertiẽ: ⁊ ideo nõ põt gñare: ⁊ sic superfluũ alimẽti est semẽ Ꝟm pħm in li. de gña. aialiũ. Sciendum etiã Ꝟm be. Tho. vbi. s. q̃ alimentũ ex cibo ⁊ potu vere cõuertiẽ in speciẽ humane nature inquantum accipit vere speciez carnis ⁊ ossis: et huiusmodi partiũ: et hoc est q̃d pħs dicit in. ij. de aĩa. q̃d alimentũ nutrit inquantũ est potentia caro. Q̃d autem dñs dicit Mat. xv. Omne q̃d intrat in os in ventrem vadit ⁊ in secessum emittitur: nõ sic intelligendũ est q̃ omne. i. totũ q̃d intrat in os emittatur ꝑ secessum: sed q; de omni cibo aliquid impurum ꝑ secessum emittit. Et q; virtus omnis in corpore passibili ꝑ cõtinuã actionẽ debilitatur: q; hmõi agentia etiã patiuntur: ideo virtus cõseruiua alimẽti in naturã corpis animalis in principio q̃dẽ est tã fortis vt possit cõuertere nõ solũ q̃d sufficit ad restaurationẽ deperditi: sed etiã ad augmentũ. Postea vero nõ põt cõuertere: nisi quantũ sufficit ad restaurationẽ deperditi ⁊ tũc cessat augmẽtũ. Demũ nec hoc põt: ⁊ tunc fit diminutio deinde deficiente hac virtute totaliter deficit animal: sicut virtus vini cõuertentis aquam mixtam paulatim per admixtionẽ aque debilitatur vt tandẽ totum fiat aquosum. vt pħs exemplificat. Q̃d autẽ aliq̃ dicũt q̃ alimentũ nõ cõuertitur in virtutẽ humane nature: sz accipitur alimẽtũ vt quoddã fomẽtũ. s. vt resistat actioni coloris naturalis: ne cõsumat humidũ naturale: sicut plumbuz vel stannũ adiungit argento ne cõsumatur ꝑ ignẽ. Sed illa materia q̃ in primo hoie forme hũane fuit subiecta in seipsa multiplicatur: ⁊ hoc mõ multitudo hũanorũ corporũ a corpore primi hois derivat. Totũ hoc reprobat bea. Tho. ibi ꝑ multas rõnes probans q̃ vere conuertitur alimentum in naturam hominis.

Animalia magni corporis indigent multo nutrimento

§. I. De potentia sensitiua hec est

dupler: videlz exterior ⁊ interior. Exterior dr q̃ hz organa in quibus est affixa exterius visibilia. Ista aũt subdistinguit in q̃nq; sensus exteriores. s. visum: auditũ: odoratũ gustum: et tactuz: vt ponit pħs in. ij. de aĩa. Pro cuius declaratiõe dicit be. Tho. in. j. par. q. lxxviij. ar. iij. q̃ ratio numeri ⁊ distinctiõis exteriorũ sensuũ accipienda est Ꝟm id q̃d ꝓprie ꝑ se ad sensum ptinet. Est autez sensus potentia passiua q̃ nata est imutari ab exteriori sensibili: exterius ergo imutatiuũ est q̃d ꝓprie ꝑ se a sensu pcipit: ⁊ Ꝟm eius diuersitatẽ potẽtie distinguunt. Est aũtẽ dupler imutatio. Una naturalis ⁊ alia spũalis. Naturalis quidẽ Ꝟm q̃ forma immutantis recipit in mutato Ꝟm esse naturale: sicut calor in calefacto. Spũalis aũtẽ Ꝟm q̃ forma imutãtis recipitur in mutato Ꝟm esse spũale: vt forma coloris in pupilla: que nõ fit per hoc colorata. Ad opationẽ aũtẽ sensus req̃ritur immutatio spiritualis: ꝑ quã intentio forme sensibilis fiat in organo sensus. Sed in q̃busdã sensibus inuenit imutatio spiritualis tantuz: sicut in visu. In quibusdã aũtẽ cũ immutatiõe spirituali etiã imutatio naturalis. Et hoc vel ex parte obiecti tãtuz. vel etiã ex parte organi. Ex parte aũtẽ obiecti inuenit imutatio naturalis Ꝟm locum vt in sono qui est obiectũ auditus. Nã sonus ex percussione causat ⁊ aeris cõmotione. Scõm alterationẽ vero in odore qui est obiectum olfactus. Oꝑz eñ ꝑ caliduz aliquo mõ alterari corpus ad hoc q̃ spiret odorẽ. Ex parte autẽ organi est immutatio naturalis in tactu ⁊ gustu. Nã ⁊ manus tangens calida calescit ⁊ lingua humectatur ꝑ humiditatẽ saporum. Organum vero olfactus ⁊ auditus nulla naturali immutatione immutat in sentiendo nisi ꝑ accidens. Usus autẽ est maxime spiritualis: q; est absq; aliqua imutatiõe naturali organi vel obiecti. ⁊ perfectior inter oẽs sensus ⁊ cõmunior. ⁊ post hunc auditus: deinde olfactus: tactus autem et gustus sunt maxime materiales. Et inde est q̃ aliq; tres sensus non fiunt per medium coniunctum: ne aliqua naturalis transmutatio ptingat ad organum: vt accidit in his in duobus sensibus. Est autem triplex sensibile obiectum. s. ꝓprium: cõe: ⁊ per accidens. Sensibile ꝓprium est: q̃d primo ⁊ per se immutat sensum: vt color visum: sonus auditus: ⁊ hmõi. Sensibile cõe est q̃d nõ primo ⁊ per se mouet sensum: sed ratione sensibilis qualitatis existentis in eo: vt superficies ratiõe coloris: ⁊ huiusmodi. Sensibile vero per accidens est quod nõ facit aliquam diuersitatem in mutatione sensus.


De q̃nq; sensibus exterioribus.

Duplex est immutatio.

Triplex est sensibile.

¶ De singulis quinq; sensibus. Cap. iij.

De visione corporali qũo



fiat. Plato et Empedocles opinati sunt q̃ modus videndi fieret extramittendo radios ab oculis: nõ intus suscipiẽdo sicut est veritas. Q̃d ꝓbabãt hac rõne. Si visio perficeret suscipiendo intus: tunc nõ esset necesse vt q̃ aliquis acute vellet videre: nisi q̃d aperiret oculos: ⁊ quãto magis aperiret: tanto magis videret formam. Sed cõtrarium apparet: ⁊ hoc tenet Aristo. quia quando aliquis vult acute videre magis constringit palpebras ⁊ arctat oculos ita quod ille conatus designat aliquid a se ejicere ⁊ emittere ⁊ non recipere. Sed q̃d ista opinio sit falsa ⁊ ipossibilis. s. quod visio fit extramittendo: ita q̃ lux piramidalis egrediatur a visione vt dicunt illi: ostenditur per hoc q̃d lux non potest egredi a visu nisi quatuor modis. Primo q; aut lux erit continuata cum vidente ⁊ cũ tota re visa coniuncta. Secundo aut lux in visione coniungitur cum tota re visa et separatur tota a vidente. Tertio aut lux egrediens nõ est cõiuncta cum tota re visa: sed cũ aliqua parte eius. Quarto aut lux perficiens visionẽ separatur ab vtroq; s. re visa ⁊ vidente. Et primum quidẽ esse nõ põt. s. q̃ lux egrediens cõtinuetur cũ tota re visa ⁊ vidente. Huius ratio est. q; cum videamus astra celi sequeret q̃ lux egrediens extenderetur vsq; ad astra celi: q̃d est impossibile: cum egredi nõ sit nisi corporum: lux autẽ nõ est corpus. Scõm etiã. s. q̃d tota lux separetur a videnti ⁊ cõiungaẽ cum re visa q̃d esse nõ põt: q; q̃d non contingit videntẽ nõ videtur: vñ hoc simile esset ac si quis sentiendo tangat manu abscissa. Tertium. s. q̃ lux coniugatur cũ aliqua parte rei vise hoc nõ põt esse: q; tunc nulla res videretur Ꝟm se totam: sed ꝑ parte q̃ a luce tangit. Quartum sz q̃ lux egrediens nõ continuet nec cum re visa nec cum vidente: sed ab vtroq; separetur: hoc etiã nõ põt esse: q; si lux nõ cõtinuatur cum vidente nõ videbit. Si nõ cõtinuatur cum re visa: nõ videbitur. Sic ergo in vanũ ponitur lucẽ egredi a visu. Ad rationem autem predicte opi

nionis cū sex ꝺ; q; volens videre acute non aperit oculos: sed potius constringit. Respondeꝫ q; hoc nō fit q; lux exprimatur vel emittatur a visu sed potius vt crystallinus humor vniatur ac virtus visiua z adiuuetur z cōfortetur: q; virt⁹ vnita est fortior diuisa. Ñ natura ordinauit cilia eminētia z grossa z nigra vt adiuuent visum: ne confundatur disgregatus a luce vel lumine exteriori. Cui⁹ signū est q; cū aliquis vult videre subtiliter z acute obumbrat visum: vt per vmbram virtus visiua congregetur. Alber. z Tho. in commen. super lib. de anima.

Quatuor req; rūtur ad visionē corporalem.

§. I. Fit ergo visio per receptionē

ſm Arist. nō per emissionē radiorū ab oculis. Ad quā visionez corporalē necesse est q; tuor; p ordinē cōcurrere. Et primū est color in obiecto visus: color autē mouet dyaphanū ad sui susceptionē: q; mot⁹ nō est localis: sed mot⁹ alterationis que alteratio est mot⁹ ad formā q; est qualitas rei vise. Vbi sciendū q; color in corpore colorato: est qualitas cōpleta in suo esse naturali: immediate aūt est qualitas incōpleta ſm esse rōnale. Secūdū q; req; rit ad visionē est diaphanū. i. aliq; corpus pspicuū: puta vitrū aqua vel aer: q; si inter visibile z visum nō esset mediū trāsparēs sed vacuū: cū in vacuo nō possit esse cōtact⁹: tūc visibile nō immutaret: et visus nō immutaretur. Tertiū q; requiritur est lumē: q; lumē est necessariū nō quidē ex parte coloris q; de se est visibilis: sed ex parte dyaphani. Nam color cū sit lux obscura ex admixtione corporis opaci: nō mouet dyaphanū pfecte: et in vltima dispositione: sed lumē in vltima dispositione facit dyaphanū receptiuū coloris. Quartū q; requiritur est potētia sensitiua simul cū organo: potētia enim sensitiua est principiū visionis: que potētia exercetur p corpus: z est iurta cerebrū interius vbi cōiunguñ duo nerui ex oculis pcedētes. Organū etiā requiritur. i. ocul⁹ q; nō debet esse igneū neq; aereū sed aqueū ſm Arist. Et hoc rōne pspicuitatis: non ſm q; aqua: perspicuū ēñ aqueū: z magis cōseruat q; aer z magis representat. Tho. z Alber. in cōmen. de aia. De quinq; sensibus corporis. Hi figurātur per quinq; porticus piscine. de quibus ꝺ; Jo. v. In his iacebat multitudo magna languētiū. Aqua piscine significat mollē z fluidam carnē circa quā sunt quinq; sens⁹. Vel melius. Piscina in qua lauabantur oues sacrificāde z deo offerende: ppter q; ꝺ dicebaū ꝓbatica a probaton hebraice quod est ouis latine: et significat penitentiā in qua lauantur a sordibus spiritualibus aiarū oues christi. Quinq; portic⁹ circa eam sunt quinq; sensus principia pctorū. In his iacet qui infirm⁹ est per pctū quiescēs in hmōi sensationibus z que sequunt ex eis. Ex his oportet exire qui vult sanari z intrare in piscinā penitētie: et hoc post motionē aque ab angelo. i. post predicatoris vel sacerdotis admonitionē: vel angeli instigationem: aut dei inspirationē: virtute aūt crucis que ibi ꝺ; fuisse tunc abscondita sanatur vnus tantū. i. qui in vnitate fidei et charitatis penitentiam agit: z qui prior. i. qui habet solicitudinē. i. diligentiā ad hoc. Hi etiam figurantur per quinq; reges in terra promissionis quos cruci affigi precepit Josue. Hi ēñ sensus vsurpāt sibi dominiū super aiam: sed christus Jesus iubet cruce modestie z austeritatis mortificari vt exponit Orige. super pēta. Unde christ⁹ Luc. xiij. Qui non accipit crucem suam ꝛc.

Quinq; sensus sunt q; nq; porticus.

§. II. In porticu ergo visus iacet

multitudo languentium spiritualiter multipliciter: quia sicut nobilior sensus: ita periculosior. Et precipue.

Visus inducit lasciuiā.

¶ Ex lepra lasciue.
¶ Ex hydropisi auaritie.
¶ Ex cecitate inuidentie.

Visus si nō refrenatur multū inducit ad lasciuiā z luxuriā. vñ Thren. iij. ꝺ. Oculus meus depredatus est aiam meā in cunctis filiabus vrbis mee. In huius exēplū z figurā Dina que et egressa est de domo vt videret mulieres ꝛc. rapta et violata est a Syche. Gen. xxxiij. vñ Aug. Nec dicatis vos hñe alios pudicos si habeatis oculos impudicos. Quintil. Oculi sunt tota luxuria nostra: hi nos in omnia quotidie vitia precipitant. Narrat ideo quosdā phos vt totam cogitationem ad mentis puritatem cogerēt sibi oculos eruisse. z q; uis nō benefecerint tamē cognouerūt quantū malum sequatur ex visu inordinato visus. Quod enim christus ait Mat. xviij. Si oculus tuus dexter scādalizet te erue eū ꝛc. Non intelligitur de materiali extractione quod prohibetur sed de spūali videlz q; si aspectus alicuius rei inducit hoiem ad ruinā: puta fornicationem: debet subtrahere nō oculū sed actum. i. nō aspicere. Moraliter aūt oculus dexter est status speculatiuus z contēplatiuus: quē si q; s videt inducere ad ruinā: vel ppter dubia fidei vel supbiā z hmōi abutēdo: ꝺ; dimittere z tradere se actiuis. Infirmat q; s ex visu hydropisi auaritie: sicut ēñ hydropycus nō pōt satiari potu: sic nec cupidus pecunia. Eccli. xiiij. Insatiabilis est oculus cupidi in parte iniquitatis nō satiabit donec cōsummat arefactēs aiaz suā. pſ. Tabescere fecisti sicut araneā aiam eius. s. cupidi. i. tu de⁹ pmisisti deficere et cōsumi. Sicut aranea se euiscerat faciendo telas ad capiendas muscas: ita auarus ad excogitandas malitias z fraudes. Aspect⁹ ergo rerū inducit cupiditatē earū: sicut Achā videns regulā aureā z chlamyd coccineum furatus est ea. Josue. vij. Adauget visus iuidiā. Videt ēñ alios ꝓperitatē z excellētiā alteri⁹ cui nō afficit: affligit: iuidet videre nō pōt. Eccli. xiiij. Nequā est oculus inuidi aīs liuidi: z auertēs faciē despicit aiam suā. Ñ saluator in parabola vince dixit vnt ex murmurātibus. An oculus tu⁹ nequā est: q; ego bonus sum. Mat. xx. Sic filij Jacob videntes q; Joseph a patre plus alijs amaretur inuidebant ei: et ppter hoc vendiderūt Ysmaelitis. Gen. xxxvij. Per aditū visus mala ingr

§. III. In porticu auditus iacet

alia multitudo infirmorū spūaliter et precipue inducit.

¶ Iracundie feritatem.
¶ Erroris falsitatem.
¶ Ventis vanitatem.

Cū quis ēñ audit q; sibi nō placent turbat. Unde Pharisei auditis verbis christi scandalizati sunt: iniuste tñ. Mat. xv. Herodes audiēs de natiuitate noui regis turbatus est. Mat. ij. Unde et Chilon⁹ de septē sapiētibus mūdi: ne maledicas inq; t primis: audies ēñ vnde z tu cōtristeris. pſal. Dñe libera aiam meā a labijs iniq; s: z a lingua dolosa: ne sez audiā ea z ex hoc vt ex cōtumelijs z hmōi irascar. Auditus cū indifferēter adhibet inducit multos errores: dū sez credit q; audit z ꝺ; ꝓpartialitatem disseminatores vel detractores. ij. Timo. iiij. Sanā doctrinā nō sustinebūt: sed ad sua desideria coacerbūt sibi magistros prurientes auribus: et a veritate quidē auditū auertent: ad fabulas aut ē cōuertent. Esa. xxx. Loq; mini nobis placentia z audiem⁹ ꝛc. Eua q; audiuit serpentē loquentē iniurtā dei faciliter credidit z ruit. Nō solū reus est qui falsuz de alio profert: sed etiā is qui aurē cito criminibus prebet. xj. q. iij. nō solū. Inducit vanitatē: q; cū q; s laudari se audit inde supbit vel gloriat: sicut Herodes Agrippa: q; libēter audiebat a populo laudes dei sibi dari: percussus ab angelo fuit: ita vt scaturiret corpus eius vermibus. Actuū. xij. Audiendo etiam otiosa z inutilia: mens efficitur vana z indeuota tempore orationis z curiosa. Unde de Athenien sibus curiosis dicitur: q; ad nihil aliud vacabant: nisi vt audirēt vel dicerent aliquid noui.

§. IIII. In porticu odorat⁹ multitudo magna iacet

infirmantiuz spiritualiter p diuersa peccata.

¶ Inuenitur in eo crudelitas.
¶ Exercetur multa gulositas.
¶ Procuratur carnalis suauitas.

Pſal. Longe feciſti. i. permisisti fieri notos meos a me: posuerunt me abominationem sibi sez propter infirmitatem passam. Martha etiaz dixit christo q; iussit tolli lapidē a monumento. Dñe iam fetet: quatriduanus enim est. Jo. xj. Et sic videbatur crudelis germano resuscitādo me naribus sentiret fetorē. Multi propter hoc abominantur pauperes: z crudeles sunt propter sudores z fetores eorū: nec visitant infirmos incarceratos mortuos: nec recipiunt peregrinos: sicut diues Lazarum in domo noluit recipere vlcerosum: qui sepultus est in inferno: et ppter hmōi crudelitatē dicet multis. Ite maledicti ꝛc. Multi querūt sentire varios odores: et ex his inardescit vitiū gule. Dicit Hiero. q; vultur z aquila odorant trāsmarina cadauera: z ad hmōi escā cōgregank diuolando: sic gulosi sentictes odorē alicuius cibi multū discurrūt z laborāt ad illū habendū quātūcūq; etiā esset inmūdū et nociuū. Unde z Josephus narrat in lib. de bello Judaico: q; Hierosolyma obsessa a Tito filio Uespasiani: quidam sentientes odorem carnis assate qui discurrebant p ciuitatē intrauerunt domū vidue: z inuenerūt filiū eius prefame assatū: z iā in parte comestū. Et in figuraz predicta aialia. s. vultur z aq̃la: q; in odore sequunt z comedunt cadauera immūda declarant. Queritur a multis odor ppter ipsam delectationē talis sensus: z si fieret ad confortandum cor in infirmitate non esset malum:

malū: iuxta illud. Unguento & variis odoribus delectatur cor: & bonis amici cōsiliis aia dulcoratur. Prouer. xxvij. Sed cū fit ad voluptatē & vanitatē vt alijs redoleat: multū displicet deo: & contra hmōi dicit cōminando dns per Esaiā. lij. c. Erit pro suauitate odore fetor: pro zona funiculus: & pro crispanti crine calui-tium &c. Et ibi etiam reprehenduntur olfactoriola.

§. V. In porticu gustus iacet ali;

qua multitudo languentium spiritualiter: nam inducit plura mala per abusum rationis.

¶ Est enim obfuscatiuus.

¶ Ariditatis inductiuus.

¶ Uite vtriusq; destructiuus.

Job. vj. Que prius nolebat tāgere aia mea: nūc pre angustia cibi mei facti sunt. i. que prius pm iudiciū rōnis dispositā nō sumere cibaria gustando: cū angustia & remorsu cōsciētie indifferenter sumit etiā ad voluptatē. Gustus em cū delectat sensuali-tatē: obfuscat rōnē: vt quasi videat recte facere que ex gule sumit appetitu. Greg. in moral. In ipso esu dū furtim gula surrepit: edenti delectatio permiscet. Unde plerūq; cōtingit vt refectionē corpis quā salutis causa cepimus cā voluptatis explea-mus. Exēplū in Noe & Loth gustu dulcedinis vini ebrijs factis. Est ariditatis, mētalis inductiuus. Sicut em gustata suauitate spūs: desipit ois caro pm Bern̄. Ita ecōuerso gustata suauitate cibi ex gula: desipiūt spūalia. psal. Omnē escam abominata est aia illorū. Un dicebant. Aia nostra nau. su. ci. isto leuiss. sez mānę qō significat spūalia. Destruit vitā corporalē & spūalē gust⁹ im-moderate vsus. Eccli. xxxvij. ppter crapulā multi perierūt: mē te & corpe. Hinc & Chrysо. Excessus ciborū consumit & cōputre scere facit corp⁹ humanū: & macerat egritudine diuturna: & tūc eum morte crudeli cōsumit. de cōse. di. v. nihil. ij. Ad idē Inno. in lib. de miseria hois dicit. Tā est breuis gule voluptas: vt spa-tio loci vix sit quatuor digitorū. Spatio tpis vix sit quatuor mo-mentorū. Et dū auiditas nescit modū: & voracitas excedit men-surā: grauat stomachus: turbant sensus corporis: quasi equi si-ne rōne currentes: aie vo aurige nō retinent frena &c. Loquit ibi de gustu. Tā multa aialia capiuntur ad mortem per gustū: vt pisces hamo adescato: aues: mures & hmōi.

Numer⁹ xxj.

Per tactū fiunt triplicia mala.

§. VI. In porticu tactus multitu

do etiā iacet infirmorum. Et licet sit hic sensus per totum cor-pus precipue: viget tamen in manibus.

¶ Est luxurie perpetratiuus.

¶ Est iniurie illatiuus.

¶ Est substantie ablatiuus.

Leuit. v. Aia q̄ tetigerit aliq̄d immūdū rea est. Qui tetigerit picē inquinabit ab ea. Eccli. xiij. Qui ingredit advxorē primi sui nō erit mūdus cū tetigerit eā. j. Cor. vij. Bonū est hoi mulie-rē nō tāgere. Est aūt valde periculosus ois tact⁹ ex libidine: mor-tiferus extra mrimoniū. Per manus enim in quibus marie vi-get tactus ledit: primus ꝛberando: vulnerādo: occidendo et hmōi: vñ dns per psal. cviij. Nolite tāgere christos meos. i. inūc-tos. Oēs christicole sunt in baptismo & cōfirmatiōe inūcti: pci-pue tñ sacerdotes. zach. ij. Qui tetigerit vos: sez iniuriando tan-git pupillā oculi mei. Unde q̄dā mulier pedisequa impatricis arriane: q: tetigit Amb. p vestē temere dicēs: vt descenderet de sede sua: q̄ citissime mortua est. Per man⁹ aūt fiunt furta: rapi-ne: & multa mala opa inutilia. vñ Esa. j. Or. Man⁹ vre plene sunt sanguine. Esa. lij. Recedite et inde exite: pollutum nolite tāge-re. s. faciēdo aliq̄d illicitū. Si q̄s ergo aliqua harū infirmitatū grauat: descendat in piscinā pnie: & virtute crucis saluabit. Un in figurā christus in cruce quinq; vulnera sustinuit magna. s. in manibus & pedibus & latere: vt. s. vulnera nostra que primus ex quinq; sensibus sanaret: & ipsos sensus exēplo & meditatiōe cru-ce mortificemus. ad Gal. v. Qui sunt christi carnē suā crucifixe-rūt cū vitijs & cōcupiscentijs. Propterea aie or. Cā. ij. Uenit co-lūba mea in foraminibus petre p meditationē plagarū manuū & pedū. In caverna macerie. i. plaga lateris.

§. VII. De quinq; sensibus spūa

libus q̄bus sentit de⁹ dū q̄s bñ custodit sensus exteriores. Pro cuius declaratione sciendū q aia nostra figurat p Hierosolymā pm doc. Dedite: ait dns Hiere. j. in ciuitatē munitā: te. i. aiaz tuā. Ad munitionē ciuitatis vltra arma virtutū & victualia sa-crorū eloquiorū quibus aia pascit & requirit & custodia diligens portarū. Un dns Deutero. iij. Custodi temetipsuz: quantū. s. ad sensus exteriores: et aiam tuā: scilicet quātū ad cogitatiōes in-teriores solicite. Mors enim inquit ppheta: ingressa est p fene-stras nostras. Nec sufficeret custodia ppria: nisi adiungat gra tie dei custodia. Ob psal. itelligēs orabat dicēs. Custodiat ani mā tuā dns: dns custodiat introitū tuū. i. sensationes exteriores: quibus similitudines rerū ingrediunt ad animā: & exitus. i. inte riores affectiones: quibus aia quasi egredit ad appetitū rerū. Mat. xv. Ex corde enim exeunt cogitationes male &c. Dicit aūt Hiero. ix Hieroso-lyma fuisse sex portis munita: vt elici pōt ex libro Nee-mie: que signāt sex portas aie sez sensum. Nā cū in lingua & pa-lato nō solū sit gustus: sz etiā locutio p quā multa & bona & ma la ingrediunt ad animā: ideo ipsa loquela ponat p sexta porta. Prima igit porta Hierusalē dicebat porta fontis Siloe: q: pro pe erat ibi fons Siloe: vbi illuminatus est cecus. Joan. ix. Et si gnat visuz. Custodiēda est cōtinue porta oculorū sicut faciebat Job dicēs. Pepigi fedus cū oculis meis: vt ne cogitarē quidē de virgine. Auerte oculos meos: ait psal. ne videāt vanitatē: sez De sex mulierū sicut vidēs Bersabeā cōcupiuit. Clauso aūt isto ostio portis oratq̄s vere patrē suū in abscōdito. Matth. vj. vt dicere valeat hierusalē cū Jac. Gene. xxxij. Uidi dñm facie ad faciē: & salua facta est aia spūal⁹. mea. Aperit em tunc oculus mētis p cōtēplationē. Sic Saul⁹ cū cecatus fuit exteri⁹: tūc Jesum videbat. dicit Aug. q̄n cetera nō videbat: ideo scit cōiter clausis sensibus habent visiones dei. Scā porta Hier̄m dicebat porta vallis: q: in valle erat vel in vallē ducebat. Et signat portā discipline: id est audit⁹ qui deser-uit acq̄sitioni doctrine: in valle tñ humiliatiōis: humil⁹. r. fusci-piendo doctrinā. Et hec custodienda est nō audiēdo detractio iob. xxxj. nes vel noctua alia: sicut Eua audiuit serpentē in dei iniuriam. Unde Eccli. xxviij. Sepi aures tuas spinis. Hoc clauso carnis ostio aperit ostiū spūs: auditus aie: quo intelligunt diuine lo-cutiones & inspirationes psal. Audiā q̄d loquat in me dns deus. Cap̄. v. Anima mea liquefacta est: vt dilectus locutus est. i. oi tarditate et frigiditate depositā secuta est diuinas inspiratiōes cum magno desiderio. ps. In auditu auris obediuit mihi. Ut Abraā in oibus. Tertia dicebat sterquilinij porta: q: p eā sterco ra ejiciebant: & signat nares in q̄bus est odoratus. vñ egredian tur immūditie cerebri: & sentiunt fetores. Et hec claudenda est rebus mūdanis. Nō em deus floribus & aromatibus odorē de-dit ad vtendū voluptuose: sed necessarie: & vt ex hoc assurgam⁹ ad bonitatē eius cognoscendā. Sentit aūt odor spūalis ab eo qui sensus mortificat in veritate p odoratū spūs: qui est discre-tio boni & mali: sicut inter odorē et fetorē. Nā spūalia cōfortāt: vitia cōturbāt. Nasus tuus: ꝛ de aia Cap̄. vij. sicut turris. i. di-scretio que est ita alta vt a longe cognoscat occultas insidias vi tiorum. et Cap̄. j. In odore vnguentorū tuorū currimus: inquit aia ad spōsuz suū christū. i. in suauitate exēplorū tue vite. Quar ta erat porta vetus: q̄ sic dicebat quasi a principio facta & prior aliis. Et signat gustū qui a principio fuit regulatus p⁹ aliis: dū, phibitus fuit gustus arboris scie boni et mali: & aliorū cōcef sus. Huc opz custodire: q: qui custodit os suū. s. a gustando pm rōnē et nō p̄z sensualitatē: custodit ab angustijs aiaz suā. Et tūc gustat p internā delectationē & gaudium. Un ps. Gustate & vi. quo. sua. est dominus. Dulcis est deus in oratiōe: dulcior in mor tificatione: dulcissimus contemplatione: ait Basilius. Quinta erat porta piscium: quia inde apportabantur pisces. Et signat Prouer. tactum: quia sicut piscis gaudet in aqua ita tactus in mollitie. xxj. Hunc oportet claudere: non soluz a venereis actibus tactibus & huiusmodi: sed etiaz ab omnibus illicitis. Esa. xxxiij. Beatus qui excutit manus suas ab omni munere. s. a lingua: ab obsequio & pecunia. j. q. j. sunt nonnulli. In manibus precipue est tactus. Quidam contactus spūalis et amplexus est anime ad ipsum deū p syncerū & feruidū affectū. Un aia Cant. ij. Dextera illius Amplex⁹ amplexabitur me. Et de muliere sanata ex contactu fimbrie ve-stimentorū christi dixit ipse. Tetigit me aliq̄s. Matth. ix. Mar. spiritua-v. Lu. viij. Tetigerat ipsa per deuotam affectionem: tangit etiā lis aie. eius vestimenta⁹que eum imitatur. Sexta porta dicebatur por-ta gregis: quia ibi accubabant pecudes. Et signat portam lo-cutionis: vbi multe locutiones bestiales quiescunt & vitia. Ux ergo custodiuntur bene he porte Hierusalem: intrat Jesus in ipsam per sensus spūales: sez contemplationis: auditum execu tionis diuinarū inspirationum: odoratum discretionis et sancte imitationis: gustum dulcis exultationis: tactum feruentis dile ctionis: os diuine laudationis. Et in ipso ingressu mirātur in-teriores potentie seu affectus. In cuius figuram dicitur Mat.

xxj. Cum introisset Jesus Hierosolymam: commota est vniuersa ciuitas di. Qualis est hic? Sed cum male custodiuntur sensus ejicitur christus seu egreditur iuxta illud. Egressus est Jesus ꝛc. ꝛ tunc intrat diabolus. Unde Hiero. Si susceperimus christum in hospitio pectoris nostri: ilico fugamus diabolū: et si peccauerim⁹ et per peccati ianuam ingressus fuerit diabolus protinus christus recedit. de pe. di. ij. si enim inquit.

¶ De locutione ꝛ multiplici vitio eius. Cap. iiij.

Prouer. xviij.

QUamembrum lingue deseruit nō solum sensui gustus: sed etiam locutioni. Ideo nūc agēdū est de locutione. Et de hac dicit sapiens q̄ mors ꝛ vita. s. anime ꝛ corpis in manib⁹ lingue sunt: id est in potestate seu vsu locutionis. Nam si q̄s male vtatur: inde mors ei sequitur anime: sicut ptz in Petro cū ore christū negauit: qui ex hoc morte anime incurrit. Et in quodā de pplo Judeorū q̄ in deserto christū blasphemauit lingua sua ꝛ ob hoc lapidatus est. Uita autē ex lingua ꝓcedit aie ꝛ corporis: si quis bene vtatur: q̄ ptz in publicano qui di. Deus propitius esto mihi pctōri: cum humilitate iustificatus est: ꝛ christo dicēte verbo suo. Lazare veni foras cōuocauit oībus viuificat⁹ est. Primo igitur ostendendetur quō bene quis ea vti debet. Secundo quō quis male vtatur: ꝛ quot mala inde prouenīāt. Et ꝓ primo sumatur ad declarationē huius verbi Ps. dicētis. Laudatio nē dñi loquetur os meū: et benedicat oīs caro noī sctō ei⁹ in seculū ꝛ in scī̄m scī. Ubi notantur tria gña locutionū bonarum.

Jo. xviij. Leuitici. xiij.

Lu. xviij. Joan. xj.

¶ Prima secundū naturā: ibi. Laudationē domini.

¶ Secunda p̄m gratiā: ibi. ꝛ benedicat omnis caro.

¶ Tertia p̄m gloriam: ibi. ꝛ in seculum seculi.

De locutione naturali.

§. I. Quantum ad primū est cōsiderādū q̄ inter oīa aīalia solū hoī concessa est loq̄la naturaliter. Nam etsi asina Balaā aliq̄n locuta est: illud fuit per spāle miraculū nō ꝓ naturā: sz neq; verba sua ipsa intellexit. Ex quo igitur creature rationali est cōcessa lingua loquax: rationabil⁹ ea vti dz: nō bestialiter. Et hoc etiā ostendit ipa dispositio naturalis oris ꝛ lingue. Et hoc est q̄ dicit ps. Laudationē dñi loquetur os meū. i. dispositio oris mei bene cōsiderata: docebit me recte loq̄ p̄m rōnē: ꝛ sic ꝓsequēter deū laudare. Uñ ꝛ de quodā muto a christo sanato dr q̄ loquebatur recte. Mar. vij. Et de quodaz alio q̄ locut⁹ est mut⁹. Lu. xj. Circa dispositionē aūt oris ꝛ lingue quatuor cōsiderabimus: videlz ei⁹ finalē causam: materiā: formā: ꝛ circūstātiā. Quātū ad primū causa finalis ꝓpter quā lingue nr̄e data est locutio: est vt homo per eam manifestet cor suū ꝛ cogitationes secretas: que alias ab hoīe scīri nō possent. Uñ dicit pbs q̄ ea q̄ sunt in voce: sunt note earū que sunt in aīa passionū. Hoc ergo est primū q̄ docet te naturaliter os tuum seu lingua: vt scz loquaris q̄ habes in corde ꝛ nō cōtrarium. Caueas ne lingua tua sit serpētina: q̄ trisulcata seu triplex dr: nō q̄ habeat tres linguas: sed q̄ ita velociter mouet vt videat habere tres linguas. Hac triplici lingua vsus est antiq⁹ serpēs cū locutus est prime mulieri. Nā ꝛ falsum dixit: ꝛ decipe intēdebat: ꝛ verbū suū colore veritatis ꝛ vtilitatis operuit. Ne igit ei sīlis fias: vide ne falsum loquaris: me ꝓ mēdaciū decipere intendas. Nec duplici aut sophistico vtaris sermone: sz sicut vnā linguaz tñ nō duas dedit tibi dñs ad manifestandū interiorē cōceptū: ita vera ꝛ simplr loquaris. Nā de loquentibus dolose dicit ps. Linguis suis dolose agebāt: iudica illos deus. i. cōdēna. Quātū ad scām videlz materiā lingue: nota q̄ ipsa lingua est carnea non ossea: et inde multū ductilis et volubilis hinc inde per os: vt ex hoc intelligas te in locutione tua nō esse durū ꝛ ptinacē: sed ductilem ad retractādū si quid male dixist⁹: ad ꝓtendū veniam si alium offendist⁹: ꝛ nō ꝓteruum ꝛ durū: ad defendēdū tuā opinionem. Uñ ꝛ Aug. dicit. Magne sapientie est hominē revocare q̄ male locutus est. xxij. q. iij. magne sapientie. Est etiam ipsa lingua mollis ꝛ delicata non aspera: et hoc te docet vt locutio tua sit benigna: humana: non aspera et dura. Uñ dicit sponsus de sponsa sua scīz anima in Cañ. Mel ꝛ Lac sub lingua tua. Mel scīz suauis locutionis et lac refrigerationis. Et hoc nisi oporteat aliq̄n aspere loqui in correptione subditorum. Uñ apls ad Titū. Increpa eos dure. Est ipa lingua quasi semper madefacta ꝛ mollis: et hoc vel ex saliua procedente stomacho: vel a phelgmate ex capite descendente: vel ex putredine in pectore congregata: ad significandum quod locutio tua debet esse: vel de verbis diuinis tanq̄ ex cibis spiritualibus acceptis ex sacra scriptura ꝛ retentis in stomacho memorie. Uel de opprobriis et passionibus christi qui est caput nostrum. Uel de peccatis tuis ꝓpriis tanq̄ saliue in pectore voluntatis aggregatis. iuxta illud. Prouerb. xviij. Justus prior accusator est sui. Q̄d etiā faciebat apls dicens. j. ad Ti. j. Qui prius blasphem⁹ fui ꝛ persecutor ꝛ contumeliosus. Quantum ad tertium: scilicet formā. Notanduz q̄ lingua est longa ꝛ lata ꝛ grossa: sed magis longa q̄z lata: ꝛ magis lata q̄z grossa: vt intelligas q̄ recte potes loqui vel de longitudine perseuerantie in bono: vel de latitudine mutatiōis status spūalis: vel de subtilitate scientie diuine vel humane. Istud vltimū nō frequenter exercendū etsi bonum sit: sed vt dr Jaco. j. Si q̄s vestrū indiget sapientia postulet a deo. Potius lingua in se subtilis est ingrossando: sicut naturaliter fit q̄n linguaz quis retorquet: sicut faciebat apostolus j. ad Cor. iij. di. Non potui vobis loqui spūalia: sed carnalia. i. grossa ꝛ materialia tanq̄ paruulis in christo lac potum vobis dedi. De mutatione aūt status hoīs non de facili loquendū: nisi cū quis intelligit vocationem a deo esse: sed ad perseuerandū in bono per maxime dz esse locutio: sicut apls faciebat. j. Cor. vij. Unusquisq; in ea vocatione qua vocatus est permaneat. Est etiā attēdendū q̄ lingua desup est longior q̄z subtus: vbi quodā mō ligata est: nō aūt ex parte superiori: ad innuendū q̄ locutio de inferioribus siue terrenis dz esse breuis: de supernis vero ꝓlixa. Q̄d seruauit peroptime virgo gloriosissima breuissime loquens de terrenis etiam necessarijs: vt illud Joā. ij. Uinum nō habent: sed copiose de diuinis: vt illud. Magnificat ꝛc. Luce. j. Quantum ad quartum. s. circunstantiam considera diligenter quot muris sit circunquaq̄ lingua clausa et circundata: vt hic elicias nō de facili indifferenter esse loquendum. Non tñ ex oī parte clausa est: sz hz aperturā oris: etsi cum clausura dentium vel labiorū: q̄ etiā reprehēsibile esset semp tacere: ꝓpter q̄d dicit Esa. vj. Ue mihi q̄ tacui. Sed prius frangēda sunt verba dētibus examinationis. Et hoc est q̄d dicit Calistus papa. Pōderet vnusquisq; sermones suos: ꝛ q̄d sibi non vult loqui alteri ne loquatur. dist. i. ponderet. Posita est etiam lingua in ore tanq̄ in quodam furno igneo: q̄ totum est rubeum: et sub oculis zinzibus: vt scias locutionē esse debere charitatiuam ꝛ discretam. Uñ apls. Sermo vester sit sale conditus: ꝛ vt videat quis quibus loquat. Et sic laudationē dñi loquet⁹ os meum istis obseruatis: cum eñ quis sic bñ loquet⁹ deū laudat exemplo psal.

Deformis lingue.

Lingue cū dif. ꝓtes ꝛ gloria.

Col. iij.

§. II. Secūdo ex auctoritate ps. innitur locutio p̄m gr̄am: cum dicit. Et benedicat oīs caro nomini sancto eius: oīs caro. i. oīs hō. Dis etiam caro dici potest omne animal: ꝛ non solum omne animal: sed ꝛ omnis creatura benedicit deo modo suo. Ad q̄d etiam faciendum inuitabant tres pueri: Ananiā: Azariā: et Misael: oēm creaturam in fornace ignis posiri: sed sine lesione dicentes. Benedicite omnia opera dñi dño. Dañ. iij. Quadruplici aūt verbo omnis caro ꝛ oīs creatura benedicit deum: ꝛ suo exemplo nos omnē carnem. i. omnem hominem ad benedicendum inducit.

quadruplex modus laudis.

¶ Et primum verbum est. Regratiemur.

¶ Secundum. Faciamus.

¶ Tertium. Proficiamus.

¶ Quartum. Nos non sumus vel non stamus.

Quantū ad primū regratiaī q̄s suū bñfactorē: q̄n ꝛ ipsum laudat: ꝛ de eo q̄d concessit quietatur nō aliud querens: etiam cū ei seruit: sic oīs caro ꝛ creatura quicūq; deū benedicit ꝛ regratiaī. Laudat enim ex sua virtute ꝛ pulchitudine creatura suū creatorem: sicut vulgariter dr q̄d opus laudat factorem: p̄m quē intellectum dicebat psal. Laudent eum celi ꝛ terra mare et omnia que in eis sunt. Contentantur autem singula ita de suo et conditione q̄d non desiderant: nec querunt in alia transmutari. Et id q̄d deus imposuit in hoc ei indefectibiliter seruiunt et obediūt iuxta illud psal. Preceptū posuit. s. eis: et non preteribit. Ex quo igitur omnis creatura benedicit deo regratiando: erubescat miser homo non regratiari deo: qui super omnes exaltatus est ab eo. O quanta gratitudo reperitur in homine: qui nec deum laudat: nec deo regratiatur eū laudando: nec contentaī de statu suo: tanq̄ minus debito receperit a deo suo vilificās bñficiū receptū: nec obseruās eius p̄ceptū. Exēplo igitur vniuerse creature regratietur ore. ex quo locutio ei concessa est nomini sancto dei in scī̄m. iuxta illud q̄d ait apls. In omnib⁹ gratias agite. Scām verbū creature est faciamus. Nulla enim creatura reperitur otiosa: sicut nulla reperitur absq; forma substantiali: forma eñ

Dis creatura benedicit deo ꝛ gratiam sibi.

Creatura bñdicunt deo faciẽdo.

ma enim q̃ dat esse rei: dat ei ꝛ opari. Unde ꝛ cõmentator dicit: q̃ qui aufert opatiões a reb⁹ aufert essentias rerũ. Facit aũt vna queq; semp q̃ sibi cõgruit: ſz et hoiem qui prim⁹ creat⁹ est posuit in paradiſo voluptatis: vt operaret illud Gen.ij. Sed natura vitiata p pctm̃: ita mersꝛ otiosa effecta est: vt maiorẽ tpis partẽ sibi concessi ad operandũ amittat semper tẽpus expectãs ad operãdũ ex desidia. Unde ps. Tps faciẽdi dñe. i. ppt̃ tps q̃ expectant faciendi dissipauerũt. s. homines legẽ tuam nõ faciẽdo q̃ debent. Cũ igit̃ omnis caro seu creatura bñdicat dñm operando quod sibi cõuenit: ꝛ in hoc ostẽdit ꝓtutẽ suã: nã terra fructificat: celũ illuminat: a qua purgat: aer adiuuat diuersis modis.

Creatura bñdicunt deo proficiẽdo.

Benedicat ꝛ hõ deum suũ: ꝛ ore bene loquẽdo: ꝛ ope faciendo quod dicit. Tertiũ verbũ est ꝓficiam⁹. Nascit̃ eñ omne animal paruũ: sed paulatim crescit quousq; ꝓueniat ad debitam staturam seu magnitudinem. Sic etiã plãte querũt ꝛ sui conseruationem: nã omne aial (vt dicit Boeti⁹ ꝛ Tul. in. j. officiorum) vt tam tueri laborat: vt ptz ad sensum. Sic et homo queratꝛ nõ solũ sui cõseruationẽ in esse ſpũali: per locutionẽ confitẽdo peccata sua: ꝛ inquirẽdo ea que conferũt ad salutẽ. Sed etiã ꝛ ꝓficiat de die in diem. Sicut ex valde paruo cũ nascitur corporaliter crescit in magnum: ita ꝛ ſpũaliter cum aplo: que retro sunt oblitus ad brauũ sequatur superne vocationis in anteriora se extẽdẽs.

Ad phil. iij.

Quartum verbũ creature est. Nos non sumus. Ex nihilo eñ fecit ea deus ꝛ hoim gen⁹. vt dr. ij. Wach. vij. Et sicut ex nihilo sunt ad nihilum tendunt: ꝛ ex sua continua mutabilitate se non esse ostendunt. Solus deus vere est q̃ immutabilis est. Humiliet igitur ois caro. i. ois hõ: ꝛ mentali verbo ꝛ vocali fatendo se nihil esse ex se: sed totum ex deo dependere. Unde intellexit gloriosus baptista cum interrogatus quid esset: rñdit se vocem esse. Vox aũt eoipo quo ꝓfert adnihilatur. Nõ ergo se hõ bñdicat aliquid de se estimando cũ nihil sit. Sed benedicat nomini sancto dei a quo est: ꝛ qui semper est in seculũ. i. in vita ꝓsenti.

De locutõe glie.

ſ. III. Quantum ad tertiũ prin:

cipale est sciendũ q̃ locutio glorie erit dissimilis a locutione vite pñtis: propter q̃ dicit apls. j. ad Corin. xiij. Lingue cessabũt scilicet cuiusmodi hic sunt: q̃ nec erit ibi varietas idiomatũ: nec multiplicitas docentiũ: nec modus iste verboꝛ: cũ ibi nõ sit aer ex cuius repercussione formam⁹ locutiones: erit tñ ibi locutio in tali statu qui appellat seculum seculi. i. sclm̃ futurũ sequẽs ad ꝓsens. Et sclm̃ quidẽ dr etas. l. annoꝛũ q̃ est numer⁹ figurans quietẽ ꝛ oimodã libertatẽ. Et hic est status patrie ad quẽ pueniꝛ ex prima ꝛ scda locutione predicta. Ibi autẽ est quadruplex locutio benedicta. Prima est admirationis ꝛ reuerentie: quã dicũt scti cũ angelis mẽte. Sctũs sctũs sctũs dñs deus sabaoth. Esa. vj. Scda est appetitionis resurgẽtie. Clamãt enim anime interfectoꝛum propter deum dicẽtes. Apoca. vj. Usq; quo dñe sanctus ꝛ verus nõ iudicas ꝛ non vindicas sanguinem nostrũ. In qua locutione: vt dicit Gregoꝛ. in moral. non est credendum eos vindictam petere de inimicis suis: cũ sint in perfectissima charitate. Sed locutio illa est affectus intensus quẽ habent de finali iudicio: ꝛ oñter suoꝛũ corporũ rehabitione: quod tñ desiderium quietat: et ex magnitudine glorie aĩe: quam tam receperunt: ꝛ ex certitudine rehabitionis ipꝛoꝛũ corporũ tẽpore deo beneplacito: ꝛ multiplicatione saluãdoꝛũ: que interim ꝓcurat. Unde ibidem dr q̃ date sunt illis singule stole albe. i. gloria animarum: ꝛ dictum est illis q̃ quiesceret adhuc modicũ donec impleatur numerus fratrũ eoꝛũ. Tertia est manifestatio cogitationis seu cognitionis occulte. Manifestat enim angelus vel sanctus alter alteri suos conceptus ꝓout vult. Et sic dicunt ad inuicem loqui: sicut in lib. Tacha. legitur. Quarta locutio est recognitionis beneficentie. de qua dr Apoca. vij. q̃ seniores ante thronum dei ꝛ agni tollentes coronas de capitibus suis: ponebant ad pedes eius dicentes. Benedictio ꝛ claritas ꝛ sapientia et gratiarũ actio: honor ꝛ virt⁹ et fortitudo deo nostro in secula seculoꝛũ. i. de his bonis nobis collatis gratias tibi agimus. Et nunc quidẽ tm̃ mẽte gratias agũt ꝛ bñdicũt: refuscitatis ꝛo corꝛoubus suis credendũ est q̃ etiã ore laudabũt. Unde et Tobie xiij. cap. dr de superna Hierlm. Per oẽs vicos eius cantabitur alleluia: quod interpretatur laudate dñm oẽs. ꝛ Esa. lj. dicit de ipsa superna Hierlm: quod gaudiũ ꝛ letitia inueniet in ea: gaudium. s. quo ad corp⁹: letitia quo ad aiam: gratiarũ actio ꝛ vox laudis. Dr aũt a quibusdã q̃ locutio illa corpalis que insensibilis erit ꝛ suauissima ad vnum idioma reducetur: quod primũ fuit in mundo: et hoc ideoma Judei dicunt fuisse hebraicum:

Quadruplex locutio beatorum.

Angeli quõ dicũtur adinuicẽ loq.

quamuis certitudinaliter sciri nõ possit. Necibi opus erit docẽte: quia vt dicit dñs per Hiere. Oẽs scient me a maiori vsq; ad minimum. Ut ergo valeat quis peruenire ad hãc locutionẽ iocundissimam ꝛ perfectissimam: vtaĩ bñ in pñti lingua nature et gratie: ꝛ sic ex verbis iustificaberis: ait saluator. Matth. xij.

ſ. IIII. Quãtum ad malum vsum

lingue vnde moꝛs sequitur corporis et anime: propter quod dicit Salo. Prouerb. xv. Lingua immoderata conteret spiritum. ps. Pone dñe cu. ori meo: et ostium circũ. la. meis. Non declꝛ corme. in ver. mali. vbi tria possunt notari.

¶ Difficultatio recte locutionis: ibi. Pone domine.

¶ Obseruatio debite discretionis: ibi. ꝛ osti. cir.

¶ Multiplicatio maligne infectionis: ibi. Noli declꝛ.

Quãtum ad primũ nota quod maxima difficultas est linguã custodire ne errer: propter quod dicit Jaco in Cano. sua. ca. iij. Qui non offendit in verbo hic perfectus est vir: et in eo. c. dicit. Omnis natura bestiarum ꝛ volucrum et serpentum et ceterorum domantur et domita sunt a natura humana: linguam vero nullus hominum domare potest. Inquietum malum et plenum veneno mortifero. Et propterea spiritussanctus super discipulos apparuit in specie linguarum: vt habetur Actu. ij. ad ostendendum q̃ ipse eã regat ꝛ dirigat. Ille igit̃ cognoscens ꝓpheta non confidẽs in sua virtute sed dñi adiutoꝛio ait. Pone domine custo. ori meo. i. oportet vt custodias. Quantum ad secundum oportet quod plures circunstantie obseruentur in locutione nostra ne sit mala: ꝛ propterea dicit ostiũ circunstantie labijs meis. s. pone: vt sciam q̃n debeo loqui: q̃n tacere. Nam et tacere cum expedit loqui: vitiosum est: et male loqui peius. Unde Aug. in. c. quisquis. xj. quest. iij. Et qui mendacium loquitur et veritatem occultat vterq; reus est: ille quia nocere desiderat: iste quia prodesse nõ vult. Neq; enim aliquod opus virtuosum esse potest: nisi debitis circũstantijs vestiatur ꝼm. b. Th. in sum. Debet ergo loquens considerare cui loquaĩ: vbi loquaĩ: quãdo loquaĩ: quãtum loquaĩ: ad quid locaĩ. i. ad quẽ finẽ: ꝛ quomodo loquaĩ. Hę sunt circũstantie attendẽde in locutiõe. Et quantum ad primũ. s. cui loquaĩ: scire debes q̃ cum exõcatis loqui non debet: nisi in certis casib⁹ expressis a iure. xj. quest. iij. cũ exõcato. ꝛ. c. seq. Item cõsiderare dz si is cui loquitur est prelat⁹ socius vel subditus. Nam prelatis loqui debet cũ humilitate et reuerentia: etiã cum de aliquo malo eos admonerent et humane: sicut fecit Nathã cum reprehendit Dauid de adulterio cõmisso: vt habetur. ij. Reg. xij. Socijs autem cum dereliquerint loquendum est nihilominꝰ reprehendendo nõ aspere: sed cum benignitate. Unde aplus. Si preoccupatus fuerit homo in aliquo delicto: vos qui spirituales estis huiusmodi instruite in spũ lenitatis. Subditis vero ꝼm q̃ exigit cõditio eoũ et qualitas criminis. Scdo cõsiderari debet vbi loquatur: nam in ecclesia que est locus oratonis nõ decet loq̃ de reb⁹ mundanis. Unde extra de immu. eccle. c. decet. lib. vj. dicit q̃ ibi non debent fieri parlamenta. ꝛ apls. j. ad Corin. xiij. dicit. Mulieres in ecclesijs taceant: non eñ permittitur eis loqui. Et paulo post. Turpe est enim mulieri loqui in ecclesia. Tertia circũstantia attẽdẽda in locutione est tẽpus. Hã vt dr Eccls. iij. Tps tacendi: et tps loquendi. Cum eñ quis dicit suas orationes priuatas seu cões: non debet tunc loqui cum alijs: nisi magna necessitas cogat. Et cum iuuenis est multum nõ expedit ei multa loqui et docere alios: sed potiꝰ tacere et interrogare seu addiscere. Unde Ecclꝛ. xxxij. Adolescens loquere in causa tua vix cum necesse fuerit. Si bis interrogatus fueris: habeat caput responsum tuum. Sic et Christus duodennis in templo audiebat et interrogabat: vt habetur Luc. ij. Quarto debet attendere vt non nimis loquatur etiam de bonis: quia in multiloquio non deerit peccatum vt dicitur Prouer. x. Quinto debet attendere ad finem propter quem loquitur: nam vbi finis malus est etiã ipm opus malum est. Si quis enim loqueretur de diuinis rebus vt inde laudaretur vel deciperet alium: vtiq; peccatum esset. Et ideo apostolus dicebat ad Col. iij. Omne quodcunq; agitis in verbo aut in opere: omnia in nomine domini nostri Jesu christi facite. Quantum ad sextam circunstantiam debet quis moduꝫ debitũ seruare: vt. s. ꝼm materie exigentiã ꝛ personas modũ seruet: vel cõpassiuum vt ad pusillanimes: vel argumentatiuũ rationibus vt ad sapientes: vel mordicatiuũ ad duros ꝛ rebelles. Unde apostolus. ij. ad Timo. iiij. argue. obsecra increpa. Et q̃ difficile est ista omnia seruare. ideo ps. postulat a domino hoc

Circũstãtie obseruande in locutiõe.

Gal. vj.

sibi prestari dicens. Et ostium circumstantie ꝛc.

Locutio indebita producit mul: a mala.

§. V. Quantū ad tertiū principale sciendū innumera mala procedere ex locutiōe indebita. Unde Jac. iij. Ecce q̄ vniuersitas iniq̄tatis lingua cōstituit in mēbris nostris inflāmata a gehenna. Et propterea Dauid dñm orat ab his malis liberari dicēs in eo qđ sequitur in predicto themate. Non declines cor meū in verba malitie. Nō declines. i. nō declinare permittas: cor meū. i. mentē ꝛ volūtatē meā: in verba malitie. i. in verba que sunt mala ꝛ peccata. Ideo aūt dicit prius cor: postea verba: q̄ vt dicit Aug. Reā lingua nō facit nisi rea mēs. Et sicut nūc lingua mala inflāmat̄ per desiderium a gehēna. i. a diabolo: ita postmodū in gehēna inferni cruciatur ab eo. Et propterea dives epulo postulabat refrigerū in lingua di. Mitte ꝛc. vt refrigeret linguā meā: q̄ crucior in hac flāma. Lu. xvj. non q̄ anima linguā habeat: sed q̄ cruciabatur specialiter ꝓpter peccata lingue. Et sicut omnis nostra locutio ex literis resultat et cōponit̄ alphabetata ex lingua tot peccata oriūtur quot sunt

Tot peccata oriūtur ex lingua quot sunt literę in alphabeto.

litere ipsi⁹ alphabeti: vt patebit descendēdo per singula. Primū ergo est adulatio: q̄ in hoc cōsistit cū quis verbis vel factis inordinate alteri placere querit. Et de hac dicit dñs per Ezech. Ve qui consuūt pulvillos sub omni cubito manus: ꝛ faciūt cervicalia sub capite ad capiēdas animas. Ezech. xiij. Pulvillos sub cubito: ꝛ cervical sub capite ponitur vt molliter quiescatur: q̄ quis quis male agētibus adulatur: hoc agit vt peccator in culpa sua quiescat: vt dicit Grego. xlvj. dist. sunt nōnulli. Ve aūt importat eternā dānationē: nam adulādo laudādo aliquē de criminalibus: vel etiā de bonis ad ipsum decipiendū spiritualiter vel temporaliter ꝺm be. Tho. in ſūma. mortale est: sicut fecerūt discipuli Phariseorū cū christo dixerūt. Magister scimus q̄ verax es ꝛc. Matth. xxij. Sed ꝛ in bonis circa bonos debet laudatio moderari: ne sit eis occasio ruine. Unde Sene. Lauda parce: vituperato partius. Et Eccli. xl. dicitur. Non laudes virū in specie sua id est in facie. Blasphematio. Est autem blasphemia attribuere deo quod ei nō conuenit: vel remouere ab eo qđ congruit: vt cū quis dicit deum esse iniustū vel partialē vel pditorē: vel nō posse facere hoc vel illud. De quo vitio conqueritur dñs per Esa.

Esa. lij.

frequētato in populo suo dicēs. Jugiter nomē meū blasphematur: qđ semper mortale est: cū quis auertit significata verborum. Et propter hoc Sēnacherib rex Assyriorum: q̄ dicebat deū nō posse defendere Hierlm de manibus suis quā obsidebat: confusus est interfectus ab angelo. clxxv. milibus exercitꝰ sui ibi defunctis: vt habetur. iiij. Reg. xix. c. Cōtētio quę ꝺm Amb. est impugnatio veritatis cū confidētia clamoris: quā vitādā docebat apls. ij. Tim. ij. dicēs Noli cōtendere verbis. Ad nihil est enim vtile nisi ad subuersionē audiētum. vbi glo. Collatio debet esse inter seruos christi non contētio. Fieri em̄ vix pōtest in cōtendēdo vt vinci se quisq̄ patiatur aliquid ꝛ nō ertorqueat cōtra veritatem: ne inferior se succūbere videatur. Sed ꝛ pro veritate etiā etsi efficaciter tamē modeste cōtendendū est. Detractio: que est denigratio alicuius fame per verba occulta: occulta. s. ei ꝺtra quē fit: qđ vitiū semper est mortale: cū hoc intēditur siue falsum siue verū dicēdo. Et grauius q̄ auferēdo substātiā tēporalē ꝺm be. Tho. ij. ij. Unde dicitur Sap. j. A detractiōe parcite lingue. Nā vt dicit Alex. pa. Sūma iniq̄tas est detrahere. vj. q. j. summa iniquitas. Ex loquacitate etiā detrahere quādoq̄ est mortale: qñq̄ veniale. Excusatio peccati. Aug. Si te excuses: deus te accusat. Hoc malū generale esse in humano genere cognoscēs deus dicebat per Hiere. c. viij. Nullus est qui agat penitētiā sup peccato suo: dicēs quid feci. In quo ostēdimus nos esse nō solū filios nature: sz etiā imitatiōe primorū parentū: q̄ redagūti excusauerūt peccatum suū: sed propter hoc ex paradiso expulsi sunt. Ecc. iij. Fallax locutio: precipue cōtra id qđ est in corde: q̄ fallacia si sit contra fidē ꝛ bonos mores necessarios ad salutē: vel in nocumētū proximi notabile: mortale est ꝺm beatū Tho. ij. ij. Et hoc intelligitur per illud Sap. j. Os qđ mētitur occidit animā. Sed ꝛ mendaciū iocosum vel etiā ad vtilitatē aliorū dictū spirituale vel tēporale nunq̄ est sine peccato veniali saltē. Gloriatio siue per iactantiā siue vanā gloriā. Sed dicit dñs. Nō glorietur sapiēs in sapientia sua: ꝛ nō glorietur fortis in fortitudine sua: et nō glorietur dives in divitijs suis. Hiere. ix. Et ratio est: q̄ gloria eius quasi stercus: vt dicitur. j. Macha. ij. Et cū quis iactat se vel laudat de aliquo criminali: vtiq̄ mortale est ꝺm be. Tho. ij. ij. Addit aūt iactātia supra glorificationē vt plurimū falsitatem dicendo plus q̄ sit: sed dicūt dānati in inferno quidē. Quid nobis profuit superbia nostra et iactātia divitiarum. Ecce omnia trāsierūt sicut vmbra. Sap. v. Homicidij perpetratio. s. precepto vel cōsilio ꝛ hmōi. ꝓs. Lingua eorū gladius acutus: sc̄z ad occidendū. Et sic turbe Judeorū occiderūt christū hora tertia crucifixū: sc̄z linguis Judeorum. Sed ꝛ vt dicit Aug. Si fratri tuo mala persuades occidis. de pe. dist. j. c. noli. Irrisio cū sc̄z aliq̄s derideat aliū ad iniuriā: propter qđ agit cōtra honorē ipsius. Et talis irrisio grave peccatū est circa deū ꝛ diuina: ac etiā cū filiorga parentes: ꝛ similiter cōtra seruos dei. Unde dicitur Prouer. iij. Abominatio est dñi omnis illusor. Et ex pueris qui deridebāt Heliseū vocātes caluū. xlij. occisi sunt ab vrsis. iiij. Regū. ij. Ratio: id est cātare vana ꝛ amatoria prouocātia ad lasciuiā: qđ vtiq̄ nō est absq̄ graui peccato. Unde ꝛ Salomon inter cetera delectabilia curie sue dicit se habuisse cantores ꝛ cātatrices. Et postea cōcludit q̄ in his omnibus reperit vanitatē ꝛ afflictionē spiritus: scilz per cōtritionē: sed debet remissio hnius peccati haberi. Unde ꝛ in vitis patrū legitur de quodā q̄ propter cōplacētiam multū in hmōi torquebatur acriter in alia vita futura. Lasciua ꝓnuntiatio: sc̄z per lenocinū vel scurrilitatē que est de verbis turpibus: ꝛ hec sunt grauia peccata: nō solū cum dicuntur intentione inducēdi alium ad turpia: sicut dicit Salo. de muliere mala. Prouer. vij. Irretiuit eū multis sermonibus: sed etiā cum ex hmōi sequitur ruina audientū. Unde apostolus dicit. Scurrilitas que ad rem nō pertinet nō nominetur in vobis. Maledictio hic importat imprecationē mali erga aliquā creaturā: vt cū dicit. Veniat tibi tale malū. Et cū deliberato animo illud optatur in malū eius mortale est. Et sic intelligitur illud. j. ad Cor. vj. Nec maledicti regnum dei possidebūt. Sed etiā maledicere familiā vel subditos causa correptionis non est absq̄ peccato: q̄ non debitus modus est iste corrigendi. Nugatio incantatiōis: que vtiq̄ verbis fit nugatorijs ꝛ vanis: ꝛ semper peccatū est: aliquando etiā mortale: ꝛ de hac ꝓs. Odisti observantes vanitates superuacue. Ad qđ etiā facit qđ dicit Aug. xxvj. q. iij. igitur. Omnes huiusmodi artes nugatorie ꝛ note superfluōis fugiē de sunt a christiano. Oratio indebita: videlicet sine intentiōe: interruptione: ꝛ nimia acceleratione. Oratio enim cōmunis vt horarum canonicarū: vel in penitentia iniuncta oportet q̄ sit vocalis: ꝛ etiā quecūq̄ alia potest esse vocalis: ꝛ cū petitur illicitū vt vindictā inimici vel posse aliquid mali facere: graue peccatum est: iuxta illud ꝓs. Oratio eius fiat in peccatū. ꝛ illud Jaco. iiij. Petitis ꝛ nō accipitis ꝛc. Peieratio. i. iurare scienter falsum: vel quid illicitum promittendo: vel sine necessitate: aut non seruare promissum iuramento firmatū cum potest fieri ꝛ debet: qđ mortale est quantū ad primū ꝛ vltimū casum. Ad Eccli. xxiij. Juratioi non assuescat os tuū: multi enim casus in illa. Querulatio: id est murmuratio: videlicet cōqueri verbis de aliquo cū impatientia: ꝛ precipue de superioribus: quod q̄ graue sit peccatum ostenditur in puniione eius. j. Cor. x. Neq̄ murmuraueritis sicut quidem eorū murmuraverūt: ꝛ perierunt ab exterminatore. Et multipliciter alias punit̄ sunt: vt patet lib. Numeri. Reuelatio secretorum vel cōfessionis vel sigilli confessiōis: vel aliorum in secreto cōmissorum: quod cū fit in primo casu semper est grauissimū peccatū mortale: in alijs q̄ contra ius naturale: nisi fiat ad obviandū scandalis: etiā mortale. Prouer. xj. Qui ambulat fraudulenter reuelat arcana. Et Eccū. xxvij. Qui denudat arcana amici fidem perdit. Susurratio quę in hoc consistit sc̄z ponere discordiam ꝛ malivolentiā inter amicos per verba: dicēdo vni malū de altero: qđ ex se est mortale sc̄m Tho. ij. ij. faciendo hoc ad talem finē ad Ro. j. Susurrones deo odibiles sunt. Temeraria affatio: id est dicere alicui cōtumeliam ꝛ opprobria in iniuriam eius. Et hoc vitiū ponit apostolus ad Ro. j. inter alia de quibus dicit. Qui talia agunt digni sunt morte scilicet eterna. Verbū otiosum de quo christus Mat. xij. dicit. De omni verbo otioso qđ locuti fuerint homines rationem reddent in die iudicij. Et dicitur verbum otiosum secundū Grego. in moral. qđ caret necessitate vel debita vtilitate. Cum igitur tot vitia oriantur ex lingua orandus est deus vt dirigat eam cum psalmista dicente. Pone domine custodiam ori meo ꝛc.

Locutio indebita producit mul: a mala.

Irrisio quō fiat.

Ephe. v.

Secreti reuelatio.

Quatuor sunt genera sensuum interiorum ꝺm beatum Thomā.

¶ De sensibus interioribus. Capitulum. v.

DE sensibus interioribus quos Auicen. in li. de anima dicit esse quinq̄. sc̄z sensum cōmunem: phantasiā: imaginatiuā: estimatiuā: memoratiuā. Sed be. Tho. in. j. parte. q. lxxix. dicit esse quatuor tantū. Nā potētiā imaginatiuā ꝛ phātasiā pro

rna pōit. Pro huius aūt declaratiōe dicit idē q cū natura non deficiat in necessarijs opz tot esse actiōes aie sensitiue quot sufficiāt ad vitā perfecti aīalis. Et q̄cūq; harū actionū nō possunt reduci ad vnū principiū: requrūt diuersas potētias: cū potētia aie nihil aliud sit q̄ primū principiū opationis aie. Est aūt cōsiderandū q ad vitā pfecti aīalis requirit q nō solū apprehēdat rē apud pntiā sensibilē: sz etiā eius absentiā. Alioq̄n cū aīalis motus z actio sequat apphēsionē: nō moueret aīal ad querēdū aliq̄ absens: cui⁹ ctrarū apparet: marie in aīalib⁹ pfectis que mouētur motu pgressiuo: mouētur em̄ ad aliq̄ absens apphēsuz. Opz ergo q aīal per aiam sensitiuā nō solū recipiat spēs sensibiliū: cū pntialiter immutat ab eis: sz etiā q eas retineat z conseruet. Recipe aūt z retinere reducūtur in corpalib⁹ ad diuersa principia. Nā hūida bene recipiūt z male retinēt: ecōtrario aūt est de siccis. Añ cū potētia sensitiua sit actus organi corpalis: opz esse aliā potētiā q̄ recipiat spēs sensibiliū: aliā que cōseruet. Rursus cōsiderandū est q si aīal moueret solū ppter delectabile vel cō tristabile fm sensum nō esset necessariū ponere in aīali: nisi apphēsionē formarū quas pcipit sensus in quibus delectat aut horret. Sz necessariū est aīali vt querat aliqua vel fugiat: nō solū q̄ sunt conuenientia vel nō cōuenientia ad sentiendū: sz etiā propter alias commoditates z vtilitates siue nocumēta. Sicut ouis videns lupū fugit: nō ppter indecētiā coloris aut figure: sz quasi inimicū nature. Sīr auis colligit paleā: nō q delectet sensum: sed q vtilis ad nidificādū. Necessariū est ergo aīali vt percipiat hmōi intētiones quas nō percipit sensus exterior: z hmōi perceptionis opz esse aliud principiū: cū perceptio formarū sensibilis sit ex immutatiōe sensibilis: nō aūt perceptio predictarū intētionū. Sic ergo ad receptionē formarū sensibiliū ordinatur sensus

Sensus ppius z cōis differunt.

ppius z cōis: Qui in hoc differūt: q sensus ppius. s. visus: auditus z hmōi: iudicāt de sensibili proprio: discernēdo ipsuz ab aliis q̄ cadūt sub eodē sensu: sicut visus discernit albū a nigro vl viridi. Sz discernere albū a dulci seu sonitū ab odore nō pōt nec visus: nec gust⁹: nec ali⁹ sensus exterior: q opz qui inter aliqua discernit q vtrūq; cognoscat. Sed pertinet hoc ad sensum communē qui est alia potētia a pdictis: ad quē referūtur sicut ad terminū cōem oēs apprehēsiones sensuū: a quo etiā percipiuntur intētiones sensuū: sicut cū aliqs videt se videre: hoc em̄ nō pōt fieri per sensum ppriū: q nō cognoscit nisi formā sensibilē a qua immutatur: in qua immutatiōe perficitur visio. Ad formarū autem sensibiliū: que apphēdunt per sensus exteriores: retētiones seu cōseruationē: ordinat phātasia seu imaginatio que idē sunt. Est em̄ phātasia seu imaginatio quasi thesaurus quidā formaꝝ per sensum acceptarū. Auicēna ponebat diuersas potētias esse appellās phātasiā quādā potētiā: que cōponit z diuidit formas imaginatas: vt cū ex forma imaginata montis z forma imaginata auri cōponimus vnā formā quā nunq̄ vidimus. s. montē aureū. Sz ad hoc op⁹ sufficit virt⁹ imaginatiua in homine: in aliis aūt aīalibus nō reperit hoc. Ad apphendēdū vero intentiones q̄ per sensum nō accipiunt: ordinatur estimatiua: z ad cōseruandū eas vis mēoratiua que est thesaur⁹ quidā hmōi intentionū. Cuius signū est q principiū memorādi in aīalibus fit ex aliqua huiusmodi intētiōe: puta q est nociuū vel cōueniēs: z ipsa rō preteriti quā attēdit memoria inter hmōi intentiones cōputat. Cōsiderandū est aūt q quātū ad formas sensibiles nō est differētia inter hominē z alia animalia: similiter em̄ mutātur a sensib⁹ exterioribus. Sed quātū ad intentiones predictas est differētia. Nā alia aīalia percipiūt hmōi intentiones naturali quodā instinctu: homo aūt per quādā collationē. Et ideo que in aliis aīalib⁹ dicit estimatiua: in hoie dicit cogitatiua: q̄ per collationē quādā hmōi intētiones adinuenit. vñ z vocat rō particularis: cui medici assignāt determinatū organū. s. mediā partē capitis. Ex parte autem memorie non solū hz mēoriā hō sicut cetera aīalia in subita recordatione pteritorū: sz etiā reminiscentiam quasi sylogistice inquirēdo preteritorū memoriā fm individuales intentiones.

Estimatiua vel cogitatiua, Memoratiua.

¶ De phantasia seu imaginatiua. Capitulum. vj.

Sequitur de potentia apprehēsiua interiori: q̄ dicitur imaginatiua seu phātastica q̄ idē est. Et phātasia quidē nomē est grecum z in latino interpretatur apparitio: q in ipsa potētia fiūt z reseruant apparitiones seu imagines sensibiliū accepte a sensib⁹ q̄ apparitiones dicūtur imaginationes vel phātasmata seu idola: q repreſentāt res apphēsas a sensib⁹. Et de hac pōt intelligi illud pſ. In imagine pertransit homo: sz z frustra cōturbat. Non solū em̄ intelligit de imagine dei. s. creatoris q̄ est in hoie: in q̄ existēs. i. eā hns pertrāsit. i. cito trāsit de tā ta nobilitate ad miseriā peccati a qua vix recedit. Nā etsi cōturbetur varijs flagellis vt cōuertat frustra videtur esse: q nec per illa nouit reuerti ad deum. vnde dicit propheta. Frustra cōflauit conflator: malitie non sunt consumpte: sed etiā potest intelligi de imagine phantasie. Ex qua auctoritate tria possunt elici.

[Hier. vj.]

¶ Et primū est q homo est discurrēs p rōnē: ibi. Pertrāsit hō.
¶ Scōm est q est intelligēs per imaginationē: ibi. in imagine.
¶ Tertiū est q est trascens: sed non ad fructificationem: ibi. sed frustra conturbatur.

§. I. Quantū ad primum est scien

Differt cognitio hois a cognitione angeli.

dum q ista est differētia inter hominē z angelū in cognoscendo: q angelus intelligit subito absq; discursu intellectus: sed homo mortalis intelligere nō potest: nisi per discursum rationis trāseūdo seu procedendo per plura media de vno in aliud: z de noto ad ignotū: z sic pertrāsit homo in rerū cognitiōe. Unde z diffinitur q est animal rōnale. Angel⁹ aūt dicit intelligētia seu substātia intellectualis. Et q̄ Greg. dicit in Homil. q Judeis. s. pastoribus tāq; ratiōe vtētibus debuit apparere rationale animal. i. angelus ad manifestandā christi natiuitatē: sumitur ibi impropue rationale pro intellectuali creatura: sic igit pertrāsit homo.

§. II. Quantū ad secūdū sciendū

Homo sine phantasmate nō pōt intelligere.

est q in tali trāsitu siue discursu nō potest homo intelligere nisi in imagine. i. in phātasmate repreſentato intellectui. Unde z philosoph⁹ dicit q necesse est quēcūq; intelligentē phātasmata speculari. Sicut em̄ res sensibilis cū videtur multiplicat speciē suā id est similitudinē vsq; ad potētiā visiuā: mediante qua similitudine oculus videt: z similitudo illa exinde defert potētie sensus cōmunis: vbi discernitur vnū sensibile ab altero: z exinde defertur potētie imaginatiue seu phātastice talis silitudo magis subtiliata: z ibi reseruat. Sic ipsa potētia phantastica repūtat tales silitudines: q̄ dicūtur phātasmata seu imaginationes intellectui: z in illis intelligit. Et hinc est q de⁹ a mortalib⁹ videri nō potest seu intelligi clare per essentiā suā: q cū nō possit intellect⁹ intelligere absq; phātasmate: z phātasma sit repsentatiuū rei corporalis: nō potest aliq̄ phātasma deū in sua essentia repsentare: nam vt dicitur Jo. iij. Spirit⁹ est deus nō corpus: z ideo clare intelligi nō potest: nisi quis sit alienatus a sensib⁹: vt Paulus in raptu suo. Sic ergo pertransit homo in imagine: sz ad intelligēdum.

cogitationes nostras. Est sciendū q cogitatio nostra vel etiaz alicuius angeli potest comparari ad tria scz ad subiectū quod informat: ad obiectū quod representat: ad effectum quem inclinat. Primo enim si comparatur cogitatio ad subiectū quod informat: tūc dico q angelus potest scire vel videre cogitationē nostram vel etiam angelicā. Cuius ratio est: quia angelus potest videre species existentes in mente mea vel angelica. Sed cogitatio actualis est quedam forma et quidā actus existens in intellectu eque realis: et eque actualis sicut species vel magis q̄ species. Ergo qua ratione species existentes in mente mea vel angelica angelus pōt videre: eadē ratione cogitatio actualis mea vel angelica potest cognosci ab aliquo angelo. Secundo modo potest comparari cogitatio mea vel angelica ad obiectum quod representat. Et sic cogitatio mea vel angelica potest cognosci et videri ab angelo: vt verbi gratia. Sicut ille qui videt speciem alicuius rei in oculo alterius: z mediante illa specie habet aliquam notitiam de re cuius est species. Sic angelus videns cogitationē alicuius in mente nostra vel angelica cognoscit z videt rem cuius est cogitatio vel quam illa cogitatio representat. Nota tamen differentiā inter illū qui videt cogitationē alicuius rei in mente alterius quia non habet rē de qua est cogitatio pro immediato obiecto: sed ipsam cogitationem: z mediante cogitatione habet aliquā notitiā de re cui⁹ est cogitatio. Sicut dictum est de illo qui videt speciem alicui⁹ rei in oculo alterius: et mediāte illa specie habet aliquā notitiā de re cuius est species. Ille autē cuius cogitatio videtur habere rem de qua est illa cogitatio: p immediato obiecto: z videt illā rē de qua est cogitatio: sicut ille qui videt rē immediate visione corporali pfectius videt: et aliqd pōt cognoscere de ea puta quanta sit: vel aliquid tale qđ nō pōt cognoscere ille qui videt eā mediāte specie existēte in oculo alterius. Ita etiā ille q̄ videt rē intellectualiter in mēte per actū suū cogitāti: perfecti⁹ et plura nouit de re illa q̄ ille qui videt eā mediāte cogitatione existente in altero. Et sic quāuis angelus cognoscat cogitationem nostram vel angelicā: tamen cogitatio tā nostra q̄ angelica pōt latere aliquē angelū: quātū ad hoc q nō ita perfecte videt rem illā de qua est cogitatio vidēdo cogitationē in altero: sicut ille cuius est cogitatio. Tertio mō pōt cōparari cogitatio nostra vel angelica ad effectū quē inclinat. Et tunc dico q voluntas potest dupliciter considerari: scilz vt habitualiter volēs: et vt actualiter volens. Primo modo voluntas potest considerari vt habitualiter volēs: et sic cogitatio nostra vel etiaz angelica latet quēcunq; intellectū creatum: etiā ipm cogitantem: q; scz nullus intellectus creatus videt quid in futurum velit volūtas de eo qđ modo cogitatur: ad quem finem debeat in posterū vti. Scđo mō pōt considerari voluntas: vt actualiter volēs: et intendens aliquid a sequi per ipsam cogitationē et rem cogitatam: et tunc cogitatio talis aliquo modo ptz z aliquo modo latet. Verbi gra: vt si aliquis cogitet de lapide volens actu vti eo ad p̄jciendum ad auem: tunc dato q non lateat angelū ipsa cogitatio: quātū ad hoc q est quedā forma inherens volūtati: nec lateat ipsum etiam habitudo vnius ad alterum quin sciat q illud quod vult voluntas est lapis: tamen potest latere angelū habitudo vnius ad alterū. s. q nesciat ad quē finē volūtas vult rem cogitatā. Verbi gra. Licet videat volūtatem velle lapidē de quo cogitat intellectus meus: pōt tamen ignorare rationē vel finem quare voluntas vult lapidē: vtrū scilz ad p̄jciendū ad auem vel ad inimicū: vel ad edificandum. Et sic q̄ idem effectus pōt prouenire ex multis causis: non opz cito effectū scire ex qua cā venit. Et sic est in proposito sicut ptz: hec doctor subtilis: id est Scotus et magister Herueus Bito ordinis predicatorū. Cogitatio peccati fit per quatuor causas: scilz vel ad cognoscendum: cauendum: delectandum: perpetrandū. Primo cogitatio peccati fit aliquādo solum ad cognoscendum. Sicut cum quis vult disputare vel predicare de peccato: z ideo opz qđ de ipso cogitet vt sciat quomodo debeat disputare vel predicare. Et talis cogitatio de peccato que ordinatur solū ad cognoscendum ipsum peccatū est sine omni pctō. Secūdo cogitatio peccati que fit ad detestandū commissum: et cauendum futurū est meritoria. Esa. xxxviij. Recogitabo tibi oēs annos meos in amaritudine anime mee. In quo verbo notantur tria. Primo confessionis humilitas: ibi. recogitabo scilz ad confitendum tibi. Secundo confessionis integritas: ibi. omnes annos meos. Tertio cōtritionis qualitas: ibi. in amaritudine anime mee. Opz em̄ q q̄cūq; quis cogitat de pctō: de ipso contritionem habeat. Tertio cogitatio peccati fit ad delectandū z hoc duobus modis. Vel ad delectandum de cogitatione peccati solum: et talis cogitatio est pctm̄ veniale. Vel ad delectandū de re vel de peccato cogitato: et talis cogitatio est pctm̄ mortale. Quarto modo cogitatio peccati fit ad perpetrādū pctm̄: z tūc si pctm̄ est mortale: etiā cogitatio ista fine. s. vt ppetretur est peccatū mortale. Unde super illo verbo Leui. xv. Mulier que patitur fluxum sanguinis. glos. sic dicit. Cogitationes z voluntates quāuis opere non compleātur: apud deū pro factis habentur z puniūtur. Hec bea. Tho. in. iiij. z Alex. in. ij. parte sum. q. xxxv.

Finaliter circa cogitationes cordis considerare debem⁹ causam. s. a quo oriūtur. Ubi nota q cogitationes cordis dupliciter considerari possunt: scilz absolute inquantum cogitationes: et conditionate inquantū bone vel male. Primo ergo considerando cogitationes cordis absolute inquantum cogitationes: tunc dico q causa cogitationum vel radix est triplex scilz ppinqua: mediata et remota prima causa cogitationum: propinqua z immediata est apprehensio sensuum particularium per organa. Secūda causa vel radix cogitationum mediata est imaginatio causata ex apprehensione sensuum particularium per organa. Tertia causa vel radix cogitationum remota est cor. Quod patet: quia cogitatio a corde non exit nisi per aliquam imaginationem vel phantasiam: que est motus factus a sensu: vt dicitur in. ij. de anima. Et ideo cum dicitur Mat. xv. De corde exeunt cogitationes ꝛc. Intelligitur cor esse principium cogitationum tanq̄ causa vel radix remota: vt patet. Hec beatus Tho. in. iiij. distinct. xxiij.

Cogitatio pōt cōparari ad tria.

Angel⁹ quō videt cogitationes.

Uolūtas dupl̄r cōsiderat.

Logitatio peccati q̄druplici ratione fit.

Logitationes cordis dupliciter cōsiderari possūt.

De memoria. Capitulum. ix.

Memoria. Nota q memoria secundū beatū Tho. in. j. parte. q. lxxix. art. vj. sumitur dupliciter. Uno mō prout ratione eius est q obiectū eius sit preteritū vt preteritū: et sic memoria est in parte sensitiua: vna potētia distincta ab aljs sensitiuis interioꝛib⁹: prout. s. dictū est. Sensitiua em̄ tm̄ est apprehē: siua particulariū. Preteritū autē vt preteritū cū significet esse sub determinato tpe ad cōditionē particularis pertinet. Et habet talis potentia sensitiua organū corporale cui est affixa sicut z alie: bruta etiā eā habēt. Allio modo sumitur memoria solum pro vi cōuersatiua specierū intelligibilium: z sic memoria est in parte intellectiua. Quāuis em̄ Auiceñ. dixerit species intelligibiles impossibile esse in intellectu cōseruari. Uñ fm ipm q̄cito aliquis designat actu intelligere aliquā rē definit esse spēs illi⁹ rei in intellectu. Tñ Arist. in. iij. de aīa cōtrariū asserit. Ratione etiā dicta positio reprobat. Qđ em̄ recipit in aliquo recipit per modū ei⁹ in quo recipitur. Intellectus autē est magis stabilis nature z imobilis q̄ materia corpalis. Si g materia corpalis formas q̄e recipit nō solū tenet dū p eas agit in actu: sed etiā postq̄ p eas agere cessauerit: multo forti⁹ intellect⁹ imobiliter z inamissibiliter recipit spēs intelligibiles siue a sensibus receptas: siue ab aliquo intellectu suprioꝛ effusas. Uñ in. iij. de aīa ph̄s dicit: q aīa est locus specierū non tota: sed intellect⁹. Sciēdū etiam q species intelligibilis aliquando est in intellectu in potentia tm̄: z tunc dr intellectus esse in potentia tantū. Aliquā est fm vltimā completionē actus: et tunc intellectus intelligit actu. Aliquādo medio modo se habet inter potentiam et actū: et tunc dr intellectus esse in habitu. Et secundum hunc modū intellectus conseruat spēs etiam qñ actu non intelligit. Saluatur etiam rō memorie quātū ad hoc q est preteritorum in intellectu ex parte actus non ex parte obiecti. Nam preteritū potest referri ad duo scilz ad obiectū qđ cognoscitur: z actum cognitionis. Et quātū ad obiectū per se conuenit memorie q̄ est partis sensitiue preterito. Memoratur em̄ animal non solū sensisse in preterito: sed etiā sensisse quoddam preteritū sensibile. Sed inquantum ad partē intellectiuā ptinet memoria: preteriti accidit et nō per se cōuenit intellectui ex parte obiecti. Intelligit enim intellectus hoiem inquantū est homo: accidit em̄ homini inquantū est homo in preterito vel in presenti vel in futuro esse. Ex parte vero actus cognitiōis preterito per se accipi pōt in intellectu sicut z in sensu: q; intelligere aīe nostre est quidā particularis actus in hoc vel in illo tpe existens: fm q hō dr intelligere hodie vel heri vel cras: z hoc nō repugnat intellectualitati: q; hmōi intelligere quāuis sit quoddam particulare est tamen immaterialis actus. Et ideo sicut intellectus intelligit seipsum: quamuis ipse sit quidam singularis intellectus: ita in-

Memoria dupliciter sumitur.

Memorie rō exponitur.

telligit suum intelligere: qui est quidam singularis actus vel in preterito: vel in presenti: vel in futuro existens. Et sic vt dictum est saluatur ratio memorie quantū ad hoc q̄ est preteritorum in intellectu: p̄m q̄ intelligit se prius intellexisse: nō autem p̄m q̄ intelligit preteritum prout est hic z nunc: quia intellect⁹ abstrahit a conditionibus individuantibus vt hic et nunc sed sic preteritum pertinet ad potentiā memorie sensitiuā que est particularium rerum: vt hic z nunc. Et nota q̄ memoria prout est cōseruatiua specierū intelligibilium: z per ꝯs ptinens ad intellectū: nō est alia potētia realiter distincta ab ipo intellectu. Unde z phs in. iij. de anima. locū cōseruatiuū hmōi specierū attribuit intellectui. Est em̄ intellectus potētia passiua. Ad rōnē aūt potētie passiue ptinet ad ꝓseruare sicut z recipere. Et quāuis magister sen. in. j. lib. di. iij. dicit q̄ memoria intelligētia z voluntas sunt tres vires id est potentie. Hoc tū vt dicit. b. Tho. nō est de intentiōe Aug. in. xiij. de trini. vbi de his loquēs nō accipit illa tria pro tribus potentijs. Sed memoriā accipit p̄ habituali retentione aie. Intelligētiā pro actu intellectus. Uoluntatē pro actu voluntatis. Cōsueū est enim aliqñ nōia potentiarū vel habituū pro actibus earū sumi. Et sic intelligentia ꝺr ouri ex memoria nō sicut potētia vna ex alia: sed sicut actus ex habitu.

Memorie z intellectus distinctio.

§. I. De exercitio memorie vtili.

Ps. In memoria eterna erit iustus. Quod potest exponi tripliciter: etiam totum quod sequitur in versu.

¶ Justus erit in memoria sui eterna. i. assidua.

¶ Uel in memoria eterna. i. perpetua proximi.

¶ Uel in memoria eterna dei.

Quedam enim debet recolere respectu sui: quedam respectu proximi: quedā respectu dei. Et hoc faciendo ab auditione mala non timebit. Et de se quidē iust⁹ habet in memoria tria. Primo infirmitate nature: vt sic sit cautior contra casum. Exemplū de illo qui incedit per viā lubricam qui caute incedit ne cadat. Eccli. viij. Ne despicias hoīem auertentē se a pctō: neq̄ improperes ei. Memēto q̃m oēs in corruptione sumus: exēpla de Dauid: Petro z alijs. Secūdo recordandū de damnositate culpe. Mercator recolens quantū lucrū perdidit: inde sumit materiā doloris. Malefactor considerās se deprehensum z suspendēdū dolet. Apoc. ij. Memor esto vnde exciderīs et age penitentiam Amb. Nihil est qō tā summi doloris sit: q̃ si vnusquisq̄ posit⁹ sub captiuitate peccati: recordetur vñ lapsus sit: atq̄ vnde ceciderit: z q̄ ad corporea atq̄ terrena ab illa speciosa z pulchra diuine conditionis intentione defluxerit. de peni. distin. j. sunt qui arbitrantur. circa finē. Hoc agebat Ezechias di. Recogitabo tibi omnes annos meos in ama. ani. mee. Recogitanda est breuitas vite ad studiose operandū. Q̃n em̄ labor⁹ videt appropinquare finem diei vel opis vel breuitatem tp⁹ studiosi⁹ operatur. Eccli. xiij. Offer dignas deo oblationes: z memēto q̃m mors nō tardat. Et Greg. Tanto solicitior esse debes quanto morti vicinior. lxxxvj. dist. tāta. Plato. summa phīa est meditatio mortis. Ecōtrario malus recordatur eorū que ꝓuocant ad malū. Sicut in figurā dixerūt quidā ex his qui exierāt de Egypto. In mentē venīūt cucumeres: allia: z cepe que comedebamus in Egypto ꝛc. Num̄. xj. De proximo hz tria in memoria iustus: z sic nō timebit ab auditione mala tentationis q̃ loquitur et diabol⁹. Exēpla ꝓbitatis electorū ad imitādū: sic ꝓponūtur filijs exempla parētū z cōciuū qui fecerūt magnalia vt aient ad imitandū. Judith. viij. Memores esse debēt quō Abraā tentatus est per multas tribulationes probatus dei amicus effectus est. Sic Jsaac: sic Jacob: sic Moyses: et omnes qui placuerūt deo per multas tribulationes transierunt fideles. Sic Matathias fil' reducebat ad mentē opa sctōrū. Scdo. recordanda est fatuitas reproborū ad detestādū. Bene em̄ corrigit z suauiter qui per alium corripitur: sicut canis verberatur vt timeat leo. Luce. xvij. Memores estote vxoris Loth. Tertio recordanda est necessitas miserorū ad subleuandum. Sic recordantur aues z alia animalia suorū pullorū ꝓcurādo eis necessitatē que duplex est spūalis scz et corporalis. Et de corporali dicit ap'ls ad Gal'. ij. q̄ Petrus cum ceteris ap'lis approbata predicatione. Pauli inter gentes dederunt ei in socium Barnabā tm̄ vt memores essent pauperū in Hierosolymis quod et fecerūt facientes collectas fieri de spūalibus subuentiōe. Pro hmōi dicitur. j. Mach'. xij. Memores sumus vestri in sacrificijs. Ecōtrario iniustus recordatur iniuriarū ad vindicandū vel bonorū temporaliū alioū ad appetendum: z miseriarū ad gaudendum ex inuidia. De deo iustus tria habet in memoria: et sic nō timet ab auditione mala: quam immittit ei diabolus cōtra deū occulte loquēdo per suggestiones. Recordatur creationis omnīū ad deū laudandū. Omnia enim nos inuitāt ad deū benedicendū. Nam sicut prouerbialiter dicitur. Opera laudāt magistri. Psal. Memor fui operū dei: quia memor ero ab initio mirabiliū tuorū. Sic tres iuuenes in fornace reducentes ad memoriā creata a deo omnia inuitabant ad deū benedicendū. Secūdo recordandū redemptionis hominū. Threnorū. iij. Tay. Recordare paupertatis z transgressionis mee: ait propheta in persona Christi: absynthij et fellis. Et subditur. Memor ero et tabescet in me anima mea. Hoc maxime animat ad constantiam In huius figuram. j. Macha. vj. c. dicitur quod sanguinem vue et mori ponebant ante elephantes ad animandum in pugna. Tertio retributionis operum. Psal. Memorabor iustitie tue solius. Reddet enim deus vnicuiq̄ secūdum opera sua: et in hoc peccatores decipiuntur dum attendunt ad presentem retributionem non ad futuram. Unde dictum fuit diuiti epuloni. Fili recordare ꝛc. Luce. xvj.

Esaie xxxviij.

j. Macha. ij.

Justus tria hz in memoria.

Iniustus econtrario tria hz in memoria sicut ait.

§. II. Secundo exponitur sic: In

memoria eterna. i. perpetua erit iustus: quia de ipso semper est recordatio in mundo: vt ptz de sanctis Prouer. x. Memoria iusti cum laudibus: z sic non timet ab auditione mala: precipue quo ad bonos qui loquuntur bona de bonis. Uñ Matathias dixit filijs. Date aias vestras p̄ testamēto patrum: z memētote operum patrum qui fecerunt in generationibus suis: z accipietis gloriā magnā z nomē eternū. i. memoriam bone fame perpetuam. Tot milia annorum fluxerunt: et adhuc memorie iustorum Abrae: Job: Dauid: et aliorum vigent in mentibus hoīm. Tria autē sunt que faciunt obliuisci hominē: sui dei et proximi: scilz prosperitas mundialis. Curiositas criminalis. Uoluptas carnalis. Prosperitas facit obliuisci dei et hominum qui eum tenuerunt tēpore tribulationis. Exemplū de preposito pincernarū Pharaonis regis Egypti. Qui cum fuisset in carcere a Joseph humane tractatus et consolatus in expositione prophetica somnij sui: liberatus oblitus fuit interpretis sui: vt ptz Gen. xl. Sic multi in mente deū habent et amicos suos in tempore necessitatis qui postea obliuiscuntur in ꝓsperitate. Deut. xxxij. Deum qui te genuit dereliquisti z oblitus es ꝛc. Sen̄. in libro de beneficijs comparat legem gratitudinis z beneficiente ludo mutuo pile. Q̃n em̄ duo ludunt ad pilam z eam alternatim reꝓiciunt inter se: tandiu durat inter eos ludus: z cōtinuatur quādiu cōuenienter inter eos reꝓiciatur z tractetur. Si vnus recipiat z retineat: vel inconuenienter reꝓiciat: desinit ludus: qui desinere non potest: nisi ex defectu mittentis vel recipientis. Sic est de mutua inter amicos beneficentia et gratitudine extende exēplum ad propositū. Econtrario dicit ap'ls ad Hebr. xiij. Beneficentie z cōmunionis nolite obliuisci. Hugo. de claustro anime. Sicut nullum momentum est quo homo nō vtatur vel fruatur dei bonitate: ita nullum debet esse momentum quo eū presentem nō habeat in memoria. Secōm quod reddit hoīem obliuiosum est curiositas et nimia solicitudo circa mundū vel minus vtilia. ps. Obliti sunt benefactorum eius: z mirabilium eius. Est enim cōmune prouerbiū q̄ pluribus intentus minor est ad singula sensus. Exemplū in Salomone qui ex eo q̄ fuit nimis curiosus in preparatiōe sue curie: et inuestigatione rerū naturaliū z inquisitione diuersarum doctrinarū oblit⁹ est dei: ita vt idola adoraret: dicit enim Origenes et dominus Joan. dominici post eum super Ecclesiasten: q̄ tot femine vel concubine quot recitat scriptura eū habuisse: fuerunt multe et diuerse doctrine variarū nationum: quas voluit videre: que non continebant veritatē sapientie: que sola est legitima sponsa intellectus: quibus mentem applicando deuiauit a veritate: licet cōmuniter credatur penituisse. Tertium quod impedit memoriā est voluptas. Unde pḥus. Amor formē: id est carnalis concupiscentia mentis obliuio est: scilz causatiue. Sed sancti viri cauent sibi a carne sicut ab hoste et subijciunt rationi: et ideo seipsos faciunt dignos memoria in bonum: vt Eccli. xlv. Dilectus deo et hominibus Moyses cuius memoria in benedictione est. Narrat magister in historia ecclesia. super Exo. quod Moyses duxerat vxorem filiam regis Ethiopie: et cum in patriam suam redire voluisset impedire eum nitebatur vxor. Moyses igitur tanq̄ vir expertus astrorum sculpsit in anulis duas imagines huius efficacie: vt altera memoriam:

j. Macha. q̃.

Tria reddunt hominē obliuiosum.

Dei ingis memoria.

xxxij. q̃. v. c. Salomon.

altera

altera obliuionem afferret. Cuncq eas paribus et similibus anulis inclusisset: obliuionis anulum vxori tradidit: z anulum memorie secum tulit. Et sic mulier paulatim oblita est viri sui: z Moyses recordationē habēs de patria sua libere regress⁹ est. Moraliter exponēdo ſm Robertum Holkot. Animus noster natione celestis patrie est Moyses: qui contrahit cōiugiū cum carne terrena per Ethiopissam designata: quādo scz corpori infunditur. Animus vero desiderās beatitudinē vult in patriam reuerti celestem: sed ista vxor: scz caro impedit eius reuersionē. Et ideo vtendū est cautela Moysi: vt scz duos anulos faciam⁹ cū gēmis z anulum obliuionis carni tradamus et anulum memorie aio nostro. Anulus obliuionis est meditatio mortis: q̄ mors obliuioni hoīem tradit. ꝑs. Obliuioni datus sum tanq̄ mortuus a corde. Anulus memorie est recogitatio vite eterne: quam habens anim⁹ reuertitur ad patriā p̄ bona opera. Et sic iustus ꝓpter bona que facit est in memoria hoīm: vt scribit Eccli. xlix. Memoria Josue in omni ore indulcabitur: z sic nō timebit iustus ab auditione mala.

§. III. Tertio exponitur versus

ille sic. Justus erit in memoria eterna ideſt dei eterni. Hiereñ. ij. Hec dicit dñs. Recordatus sum tui miserans adolescentiam tuam. Recordatur autē deus electi sui. Primo predestinando. Secundo iustificando. Tertio glorificando. Et sic non timebit ab auditione mala: quā audient reprobi in fine: quibus dicitur. Ite maledicti in ignem eternū ꝛc. Mat. xxv.

Titulus. III. De potentia intellectiua.

De intellectu possibili et agēte realiter distinctis. Cap̄. j.

Intellect⁹ est potētia aie et nō ipa essentia eius.

De intellectu quem dicit

ꝑhus in lib. de aia esse potentiam anime. Quod autē intellect⁹ sit potētia anime et nō ipsa essentia ei⁹ probat bea. Tho. in. j. parte. q. lxxix. arti. j. sic. Tūc solū immediatū p̄incipiū operationis est ipsa essentia rei operātis: q̄n ipsa operatio est eius esse. Sicut enim potentia se habet ad operationē et ad suū actum: ita se habet essentia ad esse. In solo autē deo idem est intelligere quod suum esse. Unde in solo deo intellect⁹ est eius essentia. In creaturis autem intellectualibus intellectus est quedā potētia intelligentis. Et sciendum ſm beatū Tho. vbi. s. q̄ philosophi ponunt quatuor intellectus: scilz intellectū possibilē: intellectum agentē: intellectū in habitu: z intellectū in actu seu adeptū. Quorū quatuor intellectus agens et intellectus possibilis sunt realiter diuerse et distincte potentie: sicut et in omnib⁹ aliis. Alia est actiua: alia passiua. Alia vero tria distinguuntur secundum tres status intellectus possibilis. Qui quandoq̄ est in potētia tantum: et sic dicitur possibilis. Quādoq̄ vero in actu primo qui est scientia: et sic dicitur intellectus in habitu. Quandoq̄ in actu secūdo qui est considerare: et sic vocat intellect⁹ in actu seu intellectus adept⁹. Hūc aūt actū intellect⁹ importat ꝓprie hoc nomē intelligentia: signat enim ipsum actū intellectus qui est intelligere. Unde nō differt intelligēti ab intellectu: nisi sicut actus a potētia sua. In quibusdā tamē libris de Arabico translatis substantie separate quas nos angelos dicimus intelligentie nōcupāt: forte ꝓpter hoc q̄ semper huiusmodi substātie actu intelligūt. Da-

Actus intellectus declarāt.

mascenus etiam ponit quedā que sunt nō diuerse potētie sz diuersi actus intellect⁹. Primo em̄ simpliciter aliq̄d apprehendit et hic actus dicitur intelligentia. Scōo id q̄ intelligitur ordinat ad aliquid aliud cognoscēdū vel operandū: et hec vocatur intentio. Dum vero persistit in inquisitione eius quod intēdit: vocatur excogitatio. Dū vero id quod excogitatum est examinat ad aliqua certa dicitur scire vel sapere. Nam sapientie est iudicare. Ex quo autē habet aliquid ꝓ certo tanq̄ examinatuz cogitat quomodo possit illud alijs manifestare. Hec est dispositio interioris sermonis ex qua ꝓcedit exterior locutio. Omnia hec sunt actus vnius potentie intellectiue.

Pati sumitur tripliciter.

§. I. De intellectu possibili. Hec

potentia est potentia passiua. Unde ꝑhs dicit. iij. de anima. q̄ intelligere est quoddam pati. Sed sciendum secundum Tho. in. j. parte. q. lxxix. ar. ij. q̄ pati tripliciter dicit. Uno modo ꝓprissime: quādo scz aliquid remouetur ab eo qđ patitur: quod conuenit ei ſm naturam: vel ſm proprīā inclinationē: sicut cum aqua frigiditatē amittit per calefactionē: aut cum homo egrotat vel tristatur. Secundo modo dr aliquid pati minus ꝓprie ex eo q̄ aliquid abijcitur ab eo: siue illud sit conueniens: siue sit non conueniens. Et ſm hec dicitur pati nō solū qui egrotat: sz etiā qui sanatur. Et nō solū qui tristatur: sed etiam qui gaudet: vel quocūq̄ modo alteretur seu moueatur. Tertio modo dr pati communiter aliquid ex hoc solum q̄ id quod est in potentia ad aliquid recipit illud ad quod erat in potentia absq̄ eo q̄ aliq̄d abijciatur: secundū quem modū omne quod exit de potentia in actum dicitur pati: etiā cum perficitur: et sic intelligere nostrū est pati. Quod apparet hac ratione. Intellectus enim habet operationē circa ens in vniuersali. Comprehendi igitur potest vtrū intellectus sit in actu vel potentia: ex hoc q̄ consideratur quomodo intellectus se habet ad ens vniuersale inuenitur eñ aliquis intellect⁹ q̄ se habet ad ens vniuersale: vt actus totius entis. Et talis est intellectus diuinus qui est diuina essentia: in qua originaliter z virtualiter totum est et preexistit sicut in prima causa. Et ideo intellectus diuinus non est in potentia: sed purus actus. Nullus autem intellectus creatus potest se habere vt actus respectu totius entis vniuersalis: quia sic oporteret q̄ esset ens infinitum. Unde omnis intellectus creatus per hoc ipsum quod est: non est actus omniū intelligibilis: sed comparatur ad intelligibilia sicut potentia ad actum. Potentia autem dupliciter se habet ad actum. Est enim quedā potētia que semp perfecta est per actū: sicut est materia corporū celestiū. Et sic intellectus angelicus semp est in actu respectu suorū intelligibiliū: ꝓpter propinquitatē ad diuinū intellectū qui est actus purus. Quedam potentia est que non semper est in actu: sed de potentia procedit ad actū: sicut inuenitur in generabilibus et coruptibilibus. Et sic intellectus humanus qui est infimus in ordine intellectuum: est in potentia respectu suorum intelligibilium. Et in principio est sicut tabula in qua nihil est scriptuz: vt dicit ꝑhs. iij. de anima. Quod manifeste apparet ex hoc q̄ in principio sumus intelligentes in potentia: et postea efficimur intelligentes in actu. Et patz quod intellectus est potētia passiua secundū tertiū modum. Et notandū ſm bea. Tho. vbi s. q̄ intellectus passiuus ſm quosdam est appetitus sensitiuus in quo sunt anime passiones. Qui etiam in. j. Ethic. dicitur rationale per participationē: quia obedit rationi. Secūdū alios intellectus passiuus dicitur virtus cognitiua que nominat ratio particularis. Et vtroq̄ non passiuum accipi potest ſm primos duos modos passionis: inquantum talis intellectus est actus alicuius organi corporalis. Sed intellectus qui est in potentia ad intelligibilia quem ob hoc Aristo. nominat intellectū possibilem: non est passiuus illis duobus modis: quia non est actus organi corporalis.

Potētia dupl̄r se habet ad actum.

§. II. De intellectu agēte. Hic est

alia potentia realiter distincta ab intellectu possibili. Uñ ꝑhs in. iij. de anima dicit. Necesse est in anima has duas differētias esse scilz intellectum possibilem et agentem. Pro cuius declaratione dicit bea. Tho. in. j. parte. q. lxxix. ar. iij. q̄ secundum Platonē nō esset necesse ponere intellectum agentem ad faciendū intelligibilia in actu. Et ratio est: quia Plato ipe posuit formas rerum materialium sine materia subsistere: z per ꝑs intelligibiles esse: quia ex hoc est aliquid intelligibile actu quod est immateriale. Et huiusmodi vocabat species z ideas ex quarū participatione dicebat nos scientiam rerum habere. Sed q̄ Aristo. non posuit formas rerum naturalium subsistere sine materia: forme autem in materia existentes non sunt intelligibiles actu: sequebatur quod forme seu nature rerum sensibiliū quas intelligimus non essent actu intelligibiles. Nihil autem reducitur de potentia ad actum: nisi per aliquod ens actu: sicut sensus fit actu per sensibile actu. Oportebat igitur ponere aliquā virtutem ex parte intellectus que faceret in actu intelligibilia per abstractionē specierum a conditionibus materialib⁹. Et hec est necessitas ponendi intellectū agentē. Est autē iste intellectus agens aliquid in anima: id est quedam virtus seu potentia propria ſm beatum Tho. vbi. s. Nam in rebus naturalibus perfectis preter vniuersales causas agentes sunt proprie virtutes indite singulis rebus perfectis ab vniuersalibus agentibus deriuate. Non enim solus sol generat hominem: sed etiam est virtus generatiua hominis in homine: et similiter in alijs animalibus perfectis. Cum autem nil sit perfectius in inferioribus rebus Anima humana: ideo opor-

Necesse est intellectū agēte esse in aia.

tet dicere q̄ in ipsa sit aliqua virtus deriuata a superiori intellectu per quam possit phantasmata illustrare. Et hoc experimento cognoscimus dū percipim⁹ nos abstrahere formas vniuersales a cōditionibus particularibus quod est facere intelligibilia actu. Nulla autē actio alicui conuenit rei: nisi per aliqd̄ p̄incipiū formaliter inherēs ei. Oportet igitur virtutē que est p̄incipiū huius actionis aliqd̄ esse in aīa. Unde Aristo. cōparauit intellectū agentē lumini: qd̄ est aliqd̄ receptū in aere. Sicut ergo lumē requiritur ad videndū nec sufficit potentia visiua: nec res colorata que obijcitur visu. Ita intellectus agēs est necessarius ad intelligendū nec sufficit intellectus possibilis: nec intelligibilis res: nisi adesset intellectus agēs qui faceret intelligibilia in actu per modum abstractionis. Et quia sensibilia sunt in actu extra animā que apprehēduntur a sensib⁹ ſm cōditiones particulares z̄ indiuiduātes: ideo non opz ponere sensum agentem: sed ipm sensum qui est potētia passiua. Sed intelligibilia rerū materialiū non sunt in actu extra aīam que possunt imprimere in intellectū: z̄ ideo opz ponere intellectū agentē qui abstrahat conditiones materiales a rebus sensibilibus seu phantasmatibus earū: et sic species intelligibiles deferat seu presentet intellectui possibili vt intelligat. Qd̄ autē d̄r Jo. j. Erat lux vera q̄ illuminat oēm z̄c. s. lumine naturalis cognitionis. Uerū est q̄ illuminat oēs sed vt causa vniuersalis: a qua anima humana participat quādā particularē virtutē. s. intellectū agentē. iuxta illud. Signatū est super nos lumē vultus tui dñe. Et si intellectus agens nō esset aliqd̄ aīe: sed esset quedā substantia separata: tunc vnus esset intellect⁹ agēs oīm: sed hoc est falsum. Nam intellectus agēs vt dictū est: est aliquid anime vt quedā virtus seu potentia eius. Et ideo necesse est dicere q̄ sint plures intellectus agentes ſm pluralitatem animarū que multiplicantur ſm multitudinē hominum. Non enim potest esse q̄ sit vna z̄ eadem virtus diuersarum substantiarum.

De⁹ quō oēs illuminat.

§. III. Una anima est vnus intellectus nō est in oībus hoibus: vt tradidit et dixit Auerrois in iij. de anima. Qd̄ quadrupliciter probo. s. similitudine: auctoritate: ratione: et impossibilitate. Primo probo similitudine. Nā Aristo. in. iij. de anima assimilat intellectū vel animā intellectiuam lumini. Sed non est idem numero lumen in diuersis illuminatis: ergo nō est idē intellect⁹ in diuersis hominibus. Scdo hoc idē probo sacre scripture auctoritate. Apoc. vij. Vidi turbā magnam quam dinumerare nemo poterat z̄c. Sed turba illa non erat hominū corporaliter viuentium: sed animarum a corpore separatarū: ergo sunt multe anime intellectiue ſm multitudinē corporū. Tertio probo hoc idem duplici ratione. Prima est talis. Aut anima est tantum motor corporis aut forma. Si est tantum motor opz multiplicari in diuersis hominibus: ergo assignabuntur diuerse anime. Si autem anima est forma corporis: tūc etiā opz q̄ sint diuerse anime in diuersis hoibus. Tum q̄ impossibile est plurū indiuiduoꝝ esse vnam formā numero. Tum q̄ si intellect⁹ est virtus aīe: sequitur q̄ sicut ad multiplicationē corporū est multiplicatio animarū: ita ad multiplicationē animarū necessario sequitur multiplicatio intellectuū. Scda ratio ad idē est talis: aut homo habet esse ab aīa intellectiua: aut ab aīa sensitiua. Si ab anima intellectiua: ergo ad multiplicationē hominū erit multiplicatio animarū intellectiuarū. Si vero ab anima sensitiua vel nutritiua: tūc homo nō haberet vñ excederet alia animalia qd̄ est inconueniens: ergo impossibile est vnā aīam rōnalem esse numero oīm hoīm. Quarto hoc idē probo ex impossibilitate que sequitur ponētibus esse vnū intellectū oīm numero. Qd̄ em̄ nō possit esse vnus intellect⁹ numero oīm probo ex quatuor impossibilibus que sequūtur. Primū est: q̄ impossibile est plures perfectiones secundas esse cōtrarias existente vna prima perfectione. Sed nos inuenimus plures scdas pfectiones esse cōtrarias in diuersis hoibus: scilz q̄ quidā sunt stulti: quidā sapientes: quidā vitiosi: ergo opz primā pfectionē. s. aīam intellectuā variari z̄ multiplicari in diuersis hoibus. Scdm est: q̄ si oīm hoīm esset vnus intellect⁹ vel vna aīa numero: tunc oēs hoies essent vnus homo: et sic non esset distinctio Sortis z̄ Platonis per aliquā formā substantialē: sed solū per aliquod extrinsecū: puta q̄ vnus esset capacior z̄ alius nō. Tertiū est: q̄ cū contingat duos vel plures homines simul et semel vnū z̄ idē obiectū intellige: si em̄ per vnum possibilem intellectum intelligūt sequetur q̄ vnius et eiusdē virtutis simul et semel respectu vnius et eiusdē obiecti sint plures actiones: sed hoc est falsum: et impossibile. Ad cuius probationē similitudinē talem adduco. Ponatur q̄ oculus oīm hominū sit vn⁹ numero: ita q̄ oēs homines habeāt vnuz oculū numero: tūc quāuis sint multi videntes: tñ oīm visio nō est nisi vna respectu eiusdē obiecti in eodē tempore. Similiter si intellectus sit vn⁹ oīm sequetur q̄ oīm hominū idē intelligentiū eodē tpe sit vna actio intellectualis tantū: sed hoc est impossibile. Unde sicut due visiones numero non possunt esse simul vn⁹ visus vel visus vnius oculi: quia habentes vnū oculū possunt dici duo vel plures videntes: nō tamen plures visiones sed vna. Sic duo vel plures habentes vnum intellectū numero: possunt dici duo intelligentes: non tamē possunt esse vel dici due intellectiones vnius intellectus: sed vna tantū. Quartum est q̄ tunc homo nō beatificaretur per aliquā operationē anime sue coniunctam: sed per aliquam operationē extra essentiā anime. Cum philosophus ponat beatitudinem in nobilissima operatione anime. Hec beatus Tho. ij. scripto sententiarum. dist. xvij.

Rōnes cōtra errorem Auerrois.

Simultudo pulchra.

De multiplici oculo varie exercendo. Cap. ij.

Deinde videndum est quō ipse intellectus exercendus sit pie z̄ fructuose. Est autem intellectus oculus anime: per quem vidit seu cognoscit res et in corpore z̄ a corpore separatas. Sicut autem duplex est oculus corporalis: ita et duplex est oculus anime. Intellectus scz speculatiuus tanq̄ dexter oculus: et intellectus practicus tanq̄ sinister. Et sicut dextrū est perfectius sinistro siue oculus: siue manus: siue aliud: ita et speculatio est perfectior actione de se. Et sicut naturaliter oīs homo habet duplicē oculū corporis: etsi vno careat quāuis videat: tamē defectus est non paruus in eo. Ita et anima cuiuslibet debet habere z̄ oculum speculatiuū et oculum practicū: aliquādo scz cōsiderando diuina: aliquādo cōsiderando z̄ ordinādo humana. Est autē duplex speculatio ſm b. Tho. sup Canti. Una est intuitiua solū considerās res z̄ precipue spūales et diuinas ad intelligendum et hec modicū perutilis. Hanc habuerūt philosophi. de quibus apl's Rom. j. Cum cognouissent deum non sicut deum glorificauerūt aut gratias egerūt: sed euanuerunt in cogitationibus suis. Alia speculatio est gustatiua: cum scz affect⁹ diligit quod intelligit habendo saporem de diuinis et spūalib⁹ prout sunt. Et hec est speculatio sanctorū et bonorum fidelium: de qua apostolus ad Heb. vj. Qui semel illuminati sunt: gustauerunt etiam donum celeste: et participes facti sunt spūs sancti: gustauerūt nihilominus donum dei verbum. Hoc ptinet ad sapiētiā: que dicitur a sapore: z̄ ducit ad regnū perpetuū. vt dicitur Sap. vj. Hunc oculū scz gustatiue speculationis conatur diabolus in homine excecare. In cuius figurā legitur. j. Reg. xj. q̄ Naas Ammonitarum rex Jsraelitas de Jabes Galaad quos obsidebat in hoc voluit cum eis confederare et pacē habere vt oīm oculos dextros erueret. Et sic diabolus qui cum fidelib⁹ bellat cū eis quasi pacē facit et non molestat: si oculū cōsiderationis spiritualium et diuinorum auferat ab eis. Unde Salo. Eccl's. ij. Oculi sapientis in capite eius. Caput cuiuslibet virtuosi est christus: et ad hunc cōtemplandum z̄ opere imitandū oculi intellectus bonorū diriguntur et Prouerb. iiij. cō. Oculi tui recta videant scilicet speculando et palpebre tue precedant gressus tuos. Palpebre oculorum sunt considerationes debite et rationabiles que in angelo dicuntur precedere gressus nros idest opera nostra. Sic igitur vtroq̄ oculo. s. practico et speculatiuo vtendum est: sicut et sancti viri fecerunt. Unde Melchiades papa. Nonne Moyses in seculo erat cum crebro intraret tabernaculum et extiret? Qui intus cōtemplatione rapiebatur foris infirmantium negotijs vrgebatur. Sed et Jacob ascendentes et descendentes angelos vidit: quia rectores ecclesie non solū contēplādo ascendūt: sed deorsum quoq̄ mēbra illi⁹ miserando descendunt. dist. lxxxviij. decreuit.

Duplex est oculus anime.

Duplex est speculatio.

§. I. Sciendum tamen q̄ multiplex est oculus. Est oculus corporalis: et hic coercendus propter occasiones multorū inde consequentium. Uñ Job. xxxj. Pepigi fedus cū oculis meis vt ne cogitarent quidē de virgine. Et Eccli. xxxvj. Fornicatio mulieris in extollentia oculorū. Est oculus presidentalis: et hic reuerendus. Uñ dñs per prophetam. Qui vos tangit: tangit pupillum oculi mei. ij. q. vij. accusatio. Tanguntur autem quādo inhonorātur. De his etiam Hiere. xliij. Defecerunt oculi eorū: quia nō erat herba: scilz spiritualis

Multiplex est oculus.

ritualis refectionis. Et illud ps̃. Oculi mei languerũt pre inopia: scilz spũs. Est oculꝰ rationis naturalis: et hic fidei subijciẽdus. Unde Cant. vj. dicitur a sponso aie spõse sue. Auerte oculos tuos: q̃ ipsi me auolare fecerũt. i. remoue inquisitiones ꝑm naturalẽ rationẽ in his que sunt fidei: q̃ hmõi inuestigationes faciũt aiam a deo recedere ꝓpter qõd ait aplus. ij. Cor. x. In captiuitatẽ redigentes omnẽ intellectũ in obsequium christi. Est oculꝰ affectionalis ⁊ hic ad deũ erigẽdꝰ. iuxta illud Esa. xxxviij quod dixit Ezechias. Attenuati sunt oculi mei suspi. in excel. Oculi mei. i. intellectus quo ad cogitationem: et affectus quo ad appetitionem ista. s. temporalia nimis amãdo. Sic econtrario de reprobis dicitur. Statuerũt oculos suos. i. affectꝰ declinare in terram i deſt ad terrena. Est oculus intentionalis: ⁊ hic ad celum extendendus vt scz seruetur illud apli. j. Cor. x. Sia in gliam dei facite. Et de hoc Lu. xj. dicitur. Si oculus tuus. i. intentio fuerit simplex: totum corpus tuũ. i. operatio sequens lucidũ erit. Quod faciebat Tob. iij. Ad te dñe oculos meos erigo. In plurali dicit oculos: quia etsi vnus tantũ vltimꝰ sit finis qui in opere intenditur: multi tamẽ possent esse fines medij qui ad deũ dirigi debent. Est oculus contemplationis: et hic spiritu concidendus. De hoc dicit sponsus Cant. iiij. Vulnerasti cor meum scz ad amorẽ trahendo in vno oculorũ tuorũ: id est contemplatione diuinorũ que pertinẽt ad oculũ speculatiuũ. Et in ps̃. Defecerũt oculi mei in eloquiũ tuum: q̃ ꝺ est scriptura sacra seu inspiratio dei. Est oculus conscientialis: ⁊ hic detergẽdus scilz a puluere terrenorũ et detractionũ. Unde christꝰ Luc. vj. ait. Quid vides festucam in oculo fratris tui: trabẽ autem que in oculo tuo est nõ consideras? Hinc Grego. de detractoribus ait. Quid aliud detrahentes faciũt: nisi q̃ in puluerẽ sufflãt: ⁊ in oculos suos terram excitãt: vt vnde plus detractionis perflant inde magis nil veritatis videãt. xj. q. iij. inter verba. Est oculus diuinalis: et hic custodiendus. Tach. iij. Super lapidẽ vnũ oculi septem. i. super christũ: ⁊ super quẽlibet electũ septẽ dona spũs requieſcũt: qui habent hoies in oibus dirigere ⁊ illustrare. iuxta illud. Oculi dñi multo plus lucidiores sunt sup solem: q̃ spiritussancti dona totam animã illustrant. Est oculus doctrinalis: et hic caute exercendus. Et de hoc Job. xxix. Oculus fui ceco: docẽdo. s. ignorãtem: ideo aũt caute exercendus: q̃ vt dicit Eccli. xliij. Sol exurens radijs obcecat oculos. sol exurens. i. doctrina nimis rigida vel nimis alta. ⁊ de his oibus oculis debet seruari illud ps̃. Oculi mei semper ad dominum. Et tunc beati oculi qui vident hoc modo. Luc. x.

Oculus contẽplationis.

Ecclesiastici. xxiij.

¶ De his que requiruntur ad bene videndum corporaliter et spiritualiter. Capitulum. iij.

NOtandum q̃ sicut ad bene videndum corporaliter tria requiruntur: ita ad videndum spiritualiter i deſt secundum intellectũ.

¶ Primum est subiectum recte conditionatum.

¶ Scõm est interiectum. i. medium illustratum.

¶ Tertium est obiectum congrue coloratum.

Hec tria possunt notari in illo verbo Symeonis. Uiderũt oculi mei salutare tuũ. Luc. ij. Nam subiectum visus est oculus et ideo dicit oculi mei. Mediũ per quod videtur est lumen. ⁊ ideo dicit viderunt. Obiectuꝫ visus est res corporalis colorata. ideo addit salutare tuum. Et de hac visione etiam potest intelligi illud quod dixit christus discipulis suis Luc. x. Beati oculi qui vident que vos videtis. s. christum ⁊ spiritualiter.

¶. I. Quantum ad primũ est sciẽdum q̃ oculo seu pupilla oculi est subiectum vbi recipitur species seu similitudo rei que videtur. Sed ad hoc q̃ bene videatur oportet q̃ oculus habeat quatuor conditiones.

¶ Concauitatem priuato apparenti tumore.

¶ Integritatem sociato competenti vigore.

¶ Obscuritatem remoto impedienti albore.

¶ Siccitatem semoto defluenti humore.

Oculuꝫ opꝛ esse cõcauũ ad bene videndũ.

Ita ⁊ oculus mentis dꝫ habere has cõditiones spiritualiter ad bene cognoscẽdum. Primo enim opꝛ q̃ oculus vt bene videat corporaliter sit cõcauus: nõ elatꝰ cũ tumore exteriori. Experientia enim docet q̃ oẽs qui habẽt oculos grossos ⁊ eminẽtes adextra male videt: ⁊ habentes oculos concauos econtrario bene videt. Et rõ huiꝰ est: q̃ imꝓportionata lux fuscat: vñ homo nõ ꝺ posse respicere solẽ in sphera sua. Si igitur oculus est ꝓeminens extra: statim percutitur radijs lucis: ⁊ ideo fuscatur. Sed si oculus est concauus radij lucis recipiuntur primo in illa cõcauitate: et sic ipsis diffusis oculus sine lesione ad suũ actũ adijciat. Unde ꝺ q̃ si quis in meridie eẽt in valde cõcauo puteo: stellas videret in celo. sic accidit de oculo spũali. Nã qui habet intellectũ tumidũ ⁊ elatũ nõ videt. iuxta illud Rom. j. Dicẽtes se esse sapiẽtes stulti facti sunt. Sed habẽs intellectũ humilẽ q̃ adintra occupat. s. sui cognitione: hic bene videt. Unde Prouerb. xj. Ubi humilitas fuerit: ibi sapientia. Et Saluator Mat. xj. Confiteoꝛ inquit tibi dñe pater celi ⁊ terre: q̃ abscondisti hec a sapiẽtibꝰ et prudẽtibus: et reuelasti ea paruulis. Ad sensum eñ ptz q̃ cõuexa seu elata male sunt receptiua ⁊ cõcaua bñ: sicut videmꝰ in montibus qui nõ retinẽt aquã pluuialẽ sed valles et fouee. Unde Psalm. Inter mediũ mõtiũ ptransibunt aque: nõ in mõtibꝰ. s. supbis: sed inter mediũ mõtiũ. s. in vallibꝰ que sunt medie inter montes: pertransibũt aque veritatis scripture et gratie. Ad hoc ipse christꝰ hortabatur di. Discite a me quia mitis sum et humilis corde. Mat. xj. Qõ ⁊ exemplo ostendit in omnibus. Nã humilẽ matrẽ elegit que diceret. Ecce ancilla dñi ⁊c. Luc. j. Humilẽ patrẽ seu nutricẽ Joseph: qui cogitauit occulte dimittere Mariã tanq̃ indignũ se reputãs secũ habitare: vt dicit Bern. Humilẽ lectum fenũ habuit. Humilia aialia: humiles pãnos ad cooperiendũ: humiles pastores ad tuitiendũ. Demũ elegit humilẽ turbã discipulorũ. s. piscatorũ: ⁊ eis prefecit humilẽ Petrũ q̃ dixerat. Exi a me dñe: q̃ homo pctor sum. Luc. v. Et q̃ beatus Stephanus plenus fuit humilitate quia sapientia et obedientia que nisi ex humilitate haberi non possunt: ideo intuens in celum vidit gloriã dei ⁊c. Act. vij. Secundũ qõd requiritur ad bene videndũ est integritas sociata cõpetenti vigore. Et pro huius declaratione scire oportet q̃ oculꝰ corporalis habet supra pupillã siue lucẽ septẽ tunicas seu velamina: ⁊ quecunq̃ illarum deficeret aut lesa esset: visio impediretur. Apposuit autẽ auctor noster gloriosus deus septẽ tunicas ipsi pupille: vt magis custoditetur illa virtus nobilis que propter suã nobilitatẽ de facili lederetur. Propter qõd ps̃. xvj. dicebat. Custodi me dñe vt pupillã oculi. i. sicut septẽ tunicas induis pupillã oculi corporalis: sic septem donis spiritussancti custodi oculũ anime mee. Neq̃ eñ quis põt bene videre ad sufficiẽtiam ea que sunt sibi expedientia ad salutẽ nisi habuerit septẽ dona spũssancti: que plenissime fuerũt in christo: et ab ipso deriuãtur in omnes suos electos. De quibus dicitur Esa. xj. Requiescet super eum spũs dñi: spũs sapientie et intellectus: spũs consilij ⁊ fortitudinis: spiritus scientie ⁊ pietatis. et replebit eũ spũs timoris domini. Et ex his bene videbit et iudicabit quecunq̃ agenda. Unde sequitur immediate. Nõ secundum visionẽ oculorũ iudicabit. i. ꝑm iudicium hoim ⁊ apparentiam exteriorem. Sapientia enim in eo apparuit dum diabolo occultauit mysteriũ incarnationis: disponendo vt mater sua spõsum acciperet. Quã rationẽ assignat Auge. xxvij. q. ij. inuenta. Spũs intellectus ostenditur et eo q̃ illius carnis aspectus intellectum dare videbatur. Bruta enim viso Jesu nato videntur ratione repleta. De quibus Esa. j. Cognouit bos possessorem suum ⁊c. Et pastores idiote videntes cognouerunt de verbo ⁊c. Luc. ij. Requieuit spiritus consilij super eum: q̃ omnia consilia que predicaturus erat: infantulus adimpleuit virginitatem: paupertatem: obedientiam: patientiam ⁊c. Quantum ad spiritũ fortitudinis dicit Esa. lij. Consurge consurge induere fortitudine brachij dñi. Domini brachium filius est a patre procedens: qui indutus est fortitudine quando vnitus est carni nostre: in qua fortiter detecit hostes inferni et vitia mundi. Et ideo bis dicit consurge consurge. i. consurges contra diabolum. Unde ipse dicit Jo. xvj. Jam princeps huius mundi iudicatus est. Consurge cõtra aduersa et cõtra vitia mundi ea superando. Confidite inquit ibidem. ego vici mundum. Spũs scientie in eo ostenditur nõ solum speculatione seu notitia scripturarum cum in templo duodẽnis interrogaret doctores: sed et experientia sensitiua. Ex his enim que passus est didicit secundum Aplm ad Hebr. v. Passus est eñ agonẽ: esuriem: et alias penalitates. Pietatis spiritu repletus est: qui q̃ nostri compassus nasci voluit vt nos non moreremur. Pietatis etiam spiritum habuit: quia ad dãdã notitiam celorum: ⁊ religionẽ veram reuelandã natus est. Ut enim homo confidentius ambularet ad veritatem: ait Augu. de ciuita. dei. ipsa veritas dei filius homine assumpto non deo consumpto veniens fundauit ac stabiliuit fidem. De spiritu timoris quid dicẽdum: nisi quia timuit dñs. Jesus nõ solũ timore reuerentiali perfectissimo: sed etiam timore naturali. iuxta il-

ps̃. ciij.

Septem tunicis vestitur oculus.

Septem dona in christo.

lud Mat.xxvj. Cepit Jesus timere. et dicente angelo. Fuge in Egyptū: illuc delatus fuit. Et q̄ beatus Stephan⁹ erat plen⁹ spūsancto: vt ō: Act.vj. quo ad ista dona: ideo vidit gloriaz dei. Et beatus etiam Symeon: quia spūssanctus erat in eo vt dicitur. Luc.ij. ideo presentatū christū in templo agnouit dicens. Viderunt oculi mei ꝛc. Tertio oportet q̄ oculus sit niger nō albus ad bene videndum. Hoies enim multū albi male vidēt: siue si habent palpebras albas: siue pilos eoꝝ albos nimiū. Ratio huius est: q̄ albedo disgregat visum: ꝛ ideo debilitat. Omnis enim virtus disgregata debilior est virtute simul congregata. Hinc auctor nature fecit animalib⁹ melius videntib⁹ pupillā nigrā: vel ad nigredinē tendentē principaliter. Et ex hoc insinuatur q̄ ad hoc q̄ oculus mentis sit aptus ad videndum: oportet q̄ sit non albus vel delicatus: sed niger vel mortificat⁹. Unde ꝛ de sapiētia dicit Job.xxviij. Nō inuenitur in terra suauiter viuentiū. Talis fuit vita christi plena. s. asperitate et mortificatione propter qō dicebat aīa Cañ. j. Fasciculus myrrhe dilectus me⁹: dilectus aie spōsus Jesus dñs. Et sic fasciculus myrrhe idest copiosus in mortificatione ꝛ amaritudine vite. Sic et Stephanus fuit mortuus mundo renuntiatis temporalib⁹ et inter lapidatores suos ꝛ inimicos quasi oblitus sui: in celū oculos dirigens p̄ inimicis exorabat di. Ne statuas illis hoc pctm̄ Act.vij. Ita ꝛ Symeon mortu⁹ per affectū vite tpalis nō aliud expectabat nisi christū videre: et ideo ipso viso inquit. Nunc dimittis seruū tuū domine ꝛc. Quia viderūt ꝛc. Quarto opz q̄ō oculus sit ab humore separatus: nā lachryme impediūt visum: vt experientia docet. Unde et Magdalena dum fleret ad monumentū vidit dñm celoꝝ: et existimauit hortulanum virgultoꝝ. Accidit eñ de lachrymosis oculis sicut de aere humido ꝛ pluuioso: qui representat iridem siue arcum: ꝛ hoc non nisi per humores eiusdē aeris. Unde si quis dum ploraz respiceret fixe lumē pure candele existimabit lumen circundatum ab arcu ceruleo viridis rubei ꝛ flaui coloris: sed tergendo lachrymas videbis ibi arcū nō esse. sed te fuisse deceptū. Verbū dei quod factū est caro summe puritatis est. vnde dicitur speculū sine macula. Sap̄. vij. Et lilium conuallium Cañ. ij. Et ideo videri non potest nisi a puro ꝛ mundo corde: secundū illud ad Hēb. xij. Sanctimoniā sequimini. i. puritatē: sine qua nemo videbit deum. Et Mat. v. Beati mundo corde: quoniā ipsi deū videbūt. Quāuis eñ aliquis naturaliter vel per exercitatū studiū habeat acutū intellectū: si tamen carnaliter ꝛ p̄m mundū viuit parum diuina penetrat ꝛ degustat. vnde in figuram p̄hibebatur Leuitis. Ne q̄ lippis erat oculis accederet ad altare dei: nec offerret panes deo. Grego. in lippis quippe oculis pupille sane sunt: sed humore defluenti infirmantes palpebre grosescunt. Quoꝝ ita q̄ꝛ quia infusione crebra atteritur etiam acies pupille vitiat. Lippus quidem est cui⁹ sensum natura exacuit: sed conuersatiōis prauitas confundit. dist. xlix. hinc etem̄. Talis ergo qui habet oculos humorosos plenos carnalitate nec ad ministrandum ꝛ offerendum sacramenta est idoneus: nec in accedendo ad altare ad recipiendum eucharistiam: nec consequenter ad videndū deū. Sed btūs Stephan⁹ qui inter sctōs in terris positoe p̄m⁹ vidit gloriā dei valde purus fuit: vnde intuētes in eū Judei videbant eū vt angelum: et sibi in testimonium magne puritatis cōmissa fuit cura mulierum conuersarū. Symeon etiam quia fuit valde purus. Unde dicitur tust⁹: ideo meruit christū videre dicens. Quia viderunt oculi mei salutare tuum ꝛc.

Oculus dz esse obscur⁹.

Oculs dz esse sicc⁹ ꝛ absq; humore.

Leuitici. xxj.

§. II. Secundum quod requiritur ad videndum est mediū illuminatū.

Patet enim per experientiam q̄ de nocte aere nubiloso quantūcunq; quis haberet oculum bene dispositum: et ante se rem coloratam: nil de ea videret: quia scz mediū nō est illustratū scilz aer. Ubi etiam considerāda sunt quatuor circa ipsum medium ad hoc q̄ sit bene ordinatum ad videndum corporaliter et spiritualiter.

¶ Subtilitas essentialis.
¶ Luciditas radialis.
¶ Puritas accidentalis.
¶ Continuitas terminalis.

tura corporalis. Sicut enim celi enarrant gloriam dei: ita z alia inferiora ipsum nobis manifestant. Et hoc speculuz habet tres partes vnde deum videamus. Et prima est ordo creaturarum cum perseuerattone. Secūda est actio earum in sui conseruatione. Tertia est finis earum in creatione. Ordo vniuersi est mirabilis: ita q̄ ex hoc in tanta rerum varietate sic ordinata ratio colligatur affirmare vnam esse prouidentiam que cuncta disponit: z hic est deus. Et q̄ sapientis est ordinare secunduz philosophū. Ideo maximus ordo vniuersi ostendit maximam eius sapientiam: propter q̄d̄ dicit Ps̄al. Magnus dominꝰ noster et magna virtus eius: et sapientie eius non est numerus. Reperitur autē in istis rebus creatis non solum ordo situalis: sed etiam tēporalis z potentialis. Et ordo quidē situalis siue localis in hoc apparet: q̄ quelibet creatura tenet locum suum ſm dignitatē suā. Nam terra z terrena sicut vilioza in imis locata sunt. Aqua vt dignior altius eminet: diuina tamen sapientia arenā maris z terminus statuitur vt vltra non progrediatur ad diluendam terram. Aer vt perfectior aque eminet. Et ignis ita actiuus et cali-

Ordo vniuersi mirabilis.

dus a nobis elongat super alia situatus. Celi incorruptibiles. Sol luna z stelle lucẽtes i suis spheris altissime collocate sunt. Et celũ empyreũ nobilissimũ vbi gaudẽt sancti cũ christo: supremũ oĩm corporũ est: habent etiã ista corporalia ordinez tpis sui: ppter qõ dicit. Oĩa tempus habẽt z suis spatijs trãseũt vniuersa sub sole. Ordinatissime eĩm sol facit cursuz suũ p signa zodiaci infra annũ integrũ. Et sic trãseũt tpa veris: estatis: autũni: hyemis cũ effectib9 suis. Transeũt z dies naturales eadẽ tpis mẽsura ad motũ primi mobilis cõpletũ. Ũñ ꝑ sal. cxviij. Ordinatione tua pseue. di. qñ oĩa ser. tibi. Et ea q̃ in hyeme mortua videbantur: in vere reuiuiscunt annuatim: z in estate fructificant. Ordo quoq; potentialis in ipsis rebus est aspiciendus. Nã minor ptãs nõ influit in maiorẽ per virtutẽ: sicut nec inest supra posita loco. Non enim terra influit in celum: sed celum in elementa. Sic etiam in corpore humano qõlibet membrũ est suo loco cõgrue ordinatũ: z potentie superiores influunt in inferiores. Sic ergo sapientia diuina disponit omnia suauiter. Sapien. viij. Secunda pars huius speculi. s. creature corporalis est actus quem habẽt: siue effectus ipse creature ex cõseruatione sui esse. Omne enim aĩal vitã tueri laborat. Et omnis creatura quantũ põt suam libertatem z proprietatem defendit. Et lapis tactus in altum ex violentia ad terrã reuertitur ꝙditissime vbi melius conseruatur. Aues: pisces: z bestie terre: z minimi vermiculi fugiũt pro posse ne capiantur: nec est aliqua creatura que appetat mutare statũ suum z conditiones. Vermis enim non desiderat musca esse: nec formica canis. Quiescit piscis in aqua in quã ingredi fugiunt cetera animalia. Nescit serpens appetere se esse leonem aut hominem. Et totum hoc: q; creature non videtur posse esse melius: seu maiorem habere perfectionẽ in specie sua: ꝙs illam quã dedit sibi deus. Qõ enim nobis vile videtur cuz a deo factum sit: preciosum est. Ũñ vt Gen. j. Vidit deus cuncta que fecerat z erant valde bona. Et si cuncta erant bona: ergo bonus erat aspis: bonus est draco: bonus est vrsus: bona est aranea et scorpio: bona est formica: bon9 est culex z puler: bonus est equ9 leo: capra: z bonus est homo: et bonus erat angelus. Oĩa ista z alia bona sunt in sui natura: et si aliqñ ppter defectũ nostruz nobis nociua. Contentatur enim vnaquęq; creatura de bonitate sibi concessa: z eam pro posse cõseruat. Solus angelus z homo qui plus acceperunt bonitatis: plus ostenderunt z ostẽdunt ingratitudinis: desiderando statum mutare: z deo similez esse. Et sic quotidie nunq̃ in eodẽ statu permanet: sed semper peruigil z auidus ad mutandũ. O miser homo quare nõ discis a brutis contentari de statu tuo et conditione: credendo hanc veritatez q̃ melius esse nõ possis ꝙs q̃ te deus fecit: siue sis cec9: siue mãcus: siue claudus: siue pauper: siue seruus: siue contemptus ab alijs: siue infirmus. Quid eñ esse potest nisi bonũ z preciosum qõ deus operatur z cõcedit: precipue cũ dicat sapiens. Tu autẽ dominator dñe oĩa cũ trãquillitate iudicas: z cum magna reuerentia disponis nos. Sap. xij. Cum ergo omnia hunc effectum habeant vt querat pro posse cõseruationez sui esse: per hoc quę runt modo suo assimilari deo: qui habet esse vniuersale et semper est. Tertia pars speculi huius est finis ipsarum rerũ in creatione. Dicit enim Augu. q̃ omnia fecit deus propter hominez: hoiem autẽ ppter seipsum. Et vt exemplificat Aug. de sancto Victo. in lib. de arrha aie. Fecit deus humanam naturã vt sponsam suam. et vt videret ipsa sponsa quantum diligeretur a sponso: misit sibi forzerium plenũ iocalibus. Aperiendo autem ipsuz forzerium quod est vniuersum per considerationem eius in supremo reperis seraphin ardẽtes: cherubin laudantes: thronos reuerentes: dominationes precipientes: potestates inimicos coercentes: virtutes mirabilia facientes: principatus ꝓuincias custodientes: archangelos summa nuntiantes: z rectores dirigentes: angelos homines custodiẽtes. Vt omnes ſm aplm ad Heb. j. sunt administratores spiritus scilicet sponse. Alia iocalia sunt celi z planete: quorum quilibet habet suam influentiam: ita vt vna stella siue planeta aquas trahat super montes: z vbi non dominatur ibi putei fieri non possunt. Alius dat influẽtiã vino: alius oleo: alius sapores varios fructibus: z sic de alijs. Post hec in forzerio reperis nõ solũ elemẽta: sed z pisces z aues z bestias terre. Et oĩa vt ait Psal. ad dñm. subiecisti sub pedibus eius. Sed certe non inferiora iocalia sunt sacramenta et alia spiritualia: quibus ipsa aĩa sponsa proficiat. Quãuis igit ipsa spõsa faciem sponsi videre nõ possit: et arrha tamẽ sibi missa: et tã preciosis iocalibus: z precipue cũ sanguinẽ suũ effuderit: vt ornaret genas eius ex hac considerationevidere potest tanq̃ per speculum magnificentiã largitatẽ z itimã et viscerosam eius dilectionẽ. Et sic videmus nunc deum per speculuz: sicut videbat apls dicens. Nos gloriam dñi speculantes. i. vitri ipso speculo ij. cor. iij. glorioſum deum aspicientes transformamur de claritate in claritatem. i. de cognitione vna ad aliam.

Eccls. iij

Hõ z angel9 ostẽderũt maiorẽ ingratitudinez deo ꝙs miserima bruta.

Heb. j.

§. VIII. Quartũ speculũ est scriptura diuinalis.

Epitome sacre scripture.

Que quidem presupponitur ad deuz intuẽdũ. Si enim non crediderittis non intelligetis ait dominus p Esa. (sed ſm aliaz literam. vt Aug. in viti. de trini. c. ij.) In isto speculo pro tanto videtur deus pro quanto locutio eius est locutio dei. In ipsa enim audiuimus deum loquentem: z de se nos docentem. Ex auditu autem z lectione videt quis in intellectu qõ prius non videbat. Habet autem istud speculũ tres partes ſm qõ ipsa scriptura veteris z noui testamenti trifariam diuidi potest: videlicet in libros legales annectendo eis et historiales: libros sapientiales: z libros prophetales. Et in qualibet harum partium videmus deum cum perfectionibus suis licet obscure. Et in parte quidem legali z historiali videmus deum cũ sua omnipotentia: cum in libro Gen. agitur de creatione rerum a deo. In Exodo videmus eius clementiam: cum populum Hebraicum eduxit de durissima seruitute Egypti: z conduxit p desertum pascens manna celesti: z a multis molestijs eos liberauit. In Leuitico ostenditur quod sit maxima reuerentia: dũ sacrificia multa z varia voluit sibi offerri. In lib. Numeri deprehenditur eius patientia dum ipse contra se z Moysen z Aaron vicarios eius trascentes et murmurãtes eos nõ exterminauit. In quinto legis libro scilicet Deuteronomij videre potes eius perseuerantiam longanimiter eos tolerans vt peruenirent ad terram repromissam. In lib. Josue videbis maximam eius fidelitatem in introducendo populum illum in terram lacte z melle manantem: prostratis habitatoribus eius: prout promiserat Abrae z semini eius. In lib. Judicum manifestatur iustitia sua punitiua: ex hoc qõ toties populum suum Hebraicum subiecit eorum inimicis finitimis et in seruitutem redegit per annos plures quoties deum offenderunt. In lib. Ruth. videre potes dei pietatem indeficientem: q; Ruth Moabitide z Noemi socrui eius valde desolatis et afflictis egregie prouidit. In quatuor lib. Regum cum duobus Paralipomenon apparet gratia sua in electione Dauid super regnum z populum suum cũ dilatione z exaltatione ipsius ac etiam Salomonis. In lib. Esdre nota prudentiam suam qua cum direxit ad petendã z obtinendaz licentiam a Cyro z Dario de reuersione a Babylonia in Hierosolymam cum vasis sanctis. In Tobia videtur dei magnificentia: cum ipsum Tobiam depauperatum z cecum ita magnificauit etiam in temporalibus. In Judith habes dei magnanimitatem inducendo ipsam ad tam arduum opus: scilicet decapitationis Holofernis. Liber Hester tibi demonstrat quantuz deus sit discretus laqueum mortis quem preparauerat Aman contra Mardocheum iniuste: torquens in eum. In lib. Job videbis mirabilem dei prouidentiam: dum ipsum Job sine culpa sui priuatum omni substantia filijs z sanitate vxore et amicis subsannantibus: attendẽs illa omnia ex dei ordinatione sibi peuenire gratias egit: demumq; deo disponente omnia rehabuit amissa duplicata mq; substantiam. In lib. Machabeorum reperies magnam tolerantiam z longanimitatem potius eligentes feni cibo vesci z mori in bello ꝙs participes fieri transgressionis legis. In nouo testamento in lege scilicet euangelica per totuz videbis deum summe ad nos benevolũ. Nã in principio Matthei vides eum propter nos hominem factum ex virgine tamẽ generatum. Marcus tibi eum ostendit vt nostrum doctorem z predicatorem tanq̃ leonem clamantem in deserto. Lucas tibi insinuat nostrum redemptorem tanq̃ vitulum in passione oblatum. Joannes vero tanq̃ nostrum premiatorem vt aquila volans in celũ. Actus apostolorũ historiales medicinalibus erẽptis ipsum deum nos iuuare ostendunt. Secunda pars huius speculi videlicet libri Sapientiales: videre nos faciunt deũ sapientissimum. Et in Prouerbijs quidem docet sapientiam seu prouidentiam oeconomicam: quemlibet vt filiũ in moribus instruens. Incipientes a multere mala s. concupiscẽtia vel doctrina hereticа: vel gentilium scientia cautos reddens. In Ecclesiaste docet sapientiam monasticam se regulantem z ad mundi contemptum proficientes inducens. In Cantico Canticorum docet sapientiam heroicam seu gustatiuam per verba suauia z amoris plena vt inter sponsum et sponsam perfectos erigens.

In

In lib. Sapientie. sapientiam seu prudentiã regendi alios docet. Diligite inquit iustitiã qui iudicatis terrã. Cognitionẽ veri dei cũ sapore necessariã ostẽdẽs. In Ecclesiastico videt qñ ois sapiẽtia a dño deo est & cũ illo fuit semp et est ante euũ. Epistole quoq; ap'lor; Petri & Pauli Joãnis Jacobi & Thaddei q̃ corrspõdẽt sapientialibus libris: sapientia diuina pariter & humana plene sunt. Et q; ois sapientia ab ipso deo sapientissimo est: ideo dicit Jaco. j. Si quis vestrum indiget sapientia postulet a deo q̃ dat oĩbus affluenter. Tertia pars huius speculi sunt ibi prophetales: qui etiam deũ nos videre facit. Ex lib. quidẽ Esa. videre possumus ipsum deũ benignissimũ ex vocatione gẽtiũ frequentissime ibi prenuntiata ex susceptione finali Judeorum in fine reuertentium. In Hieremia videmus eũ seuerũ & rigidũ frequẽter: videlz cõminantẽ captiuitatem illius populi in Babyloniã ꝓpter peccata eorũ & tandem exequẽtem. In Ezechiele videmus eius equitatẽ: q; & veniã promittit peccatori reuertenti: & penã iusto se ab eo auertenti. In Daniele videtur ipse esse cunctorũ futurorum presciꝰ & dominiũ vniuersale obtinere super omnia regna mundi: eaq; dare et mutare secũdum beneplacitum suũ. In Psalterio ostendit se placabilem & exorabilem petentibus eũ ac multum liberalem. In duodecim prophetis minoribus lux veritatis eius maxime apparet ex. xij. radijs fidei i. articulis ibi comprehensis. In ꝓphetia vero Apocalypsis Joannis ostenditur eius tremenda maiestas in plagis ab eo immissis. Et sic per istud speculum videmus nũc deũ etsi obscure tamen multifarie. vnde Grego. dicit in. ij. moral. q; scriptura sacra apte dicitur speculum: q; in ea velut in speculo pulchra fedaq; nostra intuemur: et deum ex ea plenius cognoscimus et certius q̃ per quascunq; doctrinas gentilium vnde ipsa maxima sapientia dicitur.

Scriptura sacra ꝙ speculum.

§. IX. Quintum speculum est iu-

stitia vniuersalis. de qua dicit pha. c. j. v. Ethic. q; est omnis virtus et mirabiles splẽdores sunt in ea: nec lVesper9 nec Lucifer est ita clarus. Et per istã iustitiã videmus deũ in habentib9 ipsam: sicut per radiũ solis de nocte videm9 lunã et stellas. Sicut eñ luna & stelle ꝑm quosdã lumen recipiũt a sole: et ipso occidẽte ex diffusione radiorũ eius supra nostrũ hemispheriũ luna et stelle ab eo illuminate nobis lucent: niſi nubes aerem obnubilent. Sic oẽs iusti homines lumen iustitie sue. i. virtutis aliunde nõ habẽt nisi a deo: put ostẽdit Jo. j. dicẽs. Illumin at oẽm hoiem venientẽ in hunc mundũ. Et in nocte quidẽ vite presentis ipse sol deus nobis manet occultus & clare videre nõ possumus. Sed videmus eũ in sanctis suis mediante eorũ iustitia: q̃ stellis comparantur. Daniel. xij. Qui ad iustitiam eruditi multos quasi stelle sc̃z erunt. Sicut enim claritas seu lumẽ stellarũ solem manifestat vt effectus causam. Sic et virtutes sanctorũ virtutes dei: que exemplares dicuntur a Plotino vbo: et inde nostre exemplantur: sed nunq; adequãtur: ad gloriã dei nos videre facit secundũ illud ps̃. Gloriosus deus in sanctis suis. s. apparet: mirabilis in maiestate &c. Hui9 igitur speculi possunt tres ptes assignari ꝑm varias virtutes q̃ reperte sunt in triplici statu hũani generis. In statu legis nature: legis Moysaice: & legis gratie. In statu quidẽ legis naturalis refulsit Abel in virtute innocentie. Nã & de melioribus obtulit deo: & vocat9 a fratre suo Cain in agrum vbi eum intendebat occidere confidenter & sine suspicione mali accessit: mortem innocenter & sine defensione sustinuit. Noe iustus ac perfectus in generationibus suis que omnes corruperant viam suam: iustitiã nos. i. virtutẽ & rectitudinem inter quoscunq; reprobos & male agentes cõseruare docet ac etiã dei longanimitatem ostendit. Abraam perfecta obedientia mundũ illustrauit: ad dei mandatũ ꝓpinquos relinquens & patriã: vt peregrinus discurrens per diuersas terras: ac vnigenitum suum in sacrificium offerre disponens. Et in hoc facit nos deũ videre obedientem et voluntatem facientem timentium eũ. Ac ꝓpio vnigenito non parcens: eum morti crucis exposuit. O quantum castitatis lumẽ patriarcha Joseph prestitit mũdo cum instigatus ab vxore sui patroni Phutifar ad turpitudinẽ quandoq; verbis lasciuis: quandoq; maleficijs: quãdoq; muneribus et xenijs: quandoq; cõminationibus & promissis: vt habetur in lib. de. xij. patriarchis: potius et infamiã & carcerem & periculum mortis subire voluit q̃ castitatem ipsam violare: etsi iuuenis esset & pulcherrimus et opportunitas nõ deesset. Moyses mitissimus hominũ super terram nobis manifestat mansuetissimum deum erga contumaces et rebelles: ac etiam presidentibus lumen ministrat: vt erga subiectos mansuetudinẽ seruẽt. In sẽda ꝑte huius speculi sc̃z legis scripte: videmus Josue cum magna spe & constanti fiducia expectare adimpletionem diuine ꝓmissionis obtinere. In nobis sui exẽplo ad ardua spem erigens ac videre facies deũ potentẽ ad eruẽdũ nos ab aduersarijs: & inducendũ ad ea q̃ supra nras vires existũt. Dauid rex et ꝓpheta diligẽtissimus in cultu diuino materiã preparãs opulentissimã ad tẽpli cõstructionẽ: quam etiã cũ pficere voluisset sacerdotes ordinãs ad laudes diuinas & cõcinẽdos psalmos quos ipse ediderat: nobis radiũ ꝓstat pmaximũ orationis: deuotionis ac meditatiõis diumorũ mysteriorũ: & diligentissime obseruãtie sacre religionis: ac videre nos facit dei reuerendam maiestatẽ. Per Ezechiã regem fletu magno sua delicta abluentẽ inuitamur ad penitentiam: vt cũ ipso & veniam consequamur & vitam: ac etiam videam9 dei pissimã misericordiam pctã q̃citissime remittentem. Josias etiam rex a pueritia studiosus ad obseruandũ legem dominicam: & ad inducendum populos ad eiusdem plenam obedientiam nos ad studiositatẽ ꝓuocat diumorũ verborũ ac deũ timendũ insinuat. lVellas dũ zelat zelũ dei nõ regibus parcit nec populis: sed firmã veritatẽ cunctis manifestãs: ac quadringentos prophetas falsos occidere faciens in igne zeli sui receptus est in celum ad veritatem inconcusse tenendam nos efficaciter prouocans & verũ deũ nobis probans. Venerabilis matrona cũ septẽ filijs Machabeis dũ potius mortez sustinuit et septẽ suos filios diuersis cruciatibus laceratos ad idez animauit: ne cerimonias diuine legis transgrederentur maxime fortitudinis lucẽ seculo reliqt. Consolatorem q; deum & premiatorez ostendit. Inspiciendo in parte huius speculi tertia scilicet tempore gratie: deficerent folia prius q̃ exempla sanctorum mundũ illustrantiuz: vel pauca in mediũ ꝓponamus incipiendo a virgine Maria cuius vita inclyta cũctas illustrat ecclesias: ex qua vt ait Ambro. velut in speculo relucet forma castitatis: sc̃z virginalis & perfecte virtutis. Hinc sumatis exẽpla viuendi. Prima Marie virtus fundamentum omniũ virtutũ est humilitas: et ipsa est que deum nos fecit videre hoiem factum ex substantia sua. Intueamur & Joãnem Baptistam austeritatem vite exemplo mundum edocentem in cibo & potu & vestitu & transitorijs alijs: & ipse deum digito demonstrauit dicens. Ecce agnus dei. Charitatem perfectã Petri & Pauli ceterorumq; apostolorum quis enarrare posset qui deũ verũ per doctrinã & miracula nos videre fecerũt. Martyres preciosi ad fidei cõstantiã nos vigent grati deo nõ solum in tormentis gratias agendo: sed seipsos sponte deo offerendo in obsequiũ eius qui gratiosus est oĩbus. Cõfessores modestiã liberalitatẽ ac pietatẽ predicant dei imitantes equitatẽ: & virgines honestatẽ cũ sobrietate amantes dominũ laudant. Sicq; p virtutes sanctorũ videmus tanq̃ per speculũ deũ perfectissimũ qui illas tribuit. Unde & in figurã precepit dñs fieri mare eneũ. Exo. xxxviij. circa tabernaculũ cuius labrum erat de speculis mulierum: vt in illis speculis videntes sacerdotes seipsos a maculis per aquam mundarentur. Specula mulieruz sunt lucida exempla animarum sanctarum in quibus intuentes simul & videmus defectus nostros et deum nostrum in operibus earuz: sicut solem in omni sphera sua fixe sed super mõtes vel domos radios diffusos.

Virtutes ostense in lege scripta.

Virtutes ostense in tẽpore legis gre.

Joan. j.

Virtutes exemplares apũ Plotinũ.

Triplex statꝰ humani generis.

Virtutes ostẽse in lege nature.

§. X. Sextum speculum ad vidẽ

dum deũ est aia rationalis in potentijs suis. Et per istud speculũ videt deus trinus & vnꝰ: et si melius q̃ p alias creaturas: tñ valde a longe & obscure. Uñ Augu. xiij. lib. de trini. c. viij. dicit. Quãuis mẽs humana nõ sit eius nature cuius est deꝰ: imago tamẽ nature eius qua natura melior nulla est: ibi querẽda & inuenienda est in nobis: quo ẽt natura nostra nihil hz melꝰ. Huius speculi tres partes: dici possunt tres partes ipsiꝰ aĩe: memoria. s. intelligẽtia. & volũtas. ex memoria videt pater: ex intelligẽtia filius: ex volũtate spũsctus: quantũ ad modũ ꝓcessionis. Et primo de memoria cõstat quantũ ad actũ suũ. s. memorãdi: qõ ipsa nõ ꝓcedit ab intellectu nec volũtate: qñ multorũ meminimus: que nõ intelligimus: sicut cũ quis recordat de aliquo dei iudicio miro & occulto: vt q; Josias rex Israel ita perfectus fuit occisus a Pharaone iniquo rege Egypti: & qõ intyro & Sydone si facta fuissent miracula que fuerũt a Christo facta in Bersaida: cõuersi fuissent ad penitentiã hoies illi: q; sic christus confirmauit. huius rei recolimus: sed causam huius quare illis nõ fuerit predicatuz nescimus. Reminiscimur etiã eorũ que nullo modo

Anime tres partes.

volumus sicut pctōz cōmissorū z periculorū. Mens enim bene dispōsita nō habet complacentiā sed displicentiā de ppetratis malis. Sic pater eternus nō ꝓcedit a spūsancto nec a filio: sicut nec memoria ab intellectu z volūtate. Et sicut iste tres potentie nō sunt tres aie: sed vna. Ita pater z filius z spūssanctus nō sunt tres essentie: sed vna essentia: vna natura: vna substātia. De intellectus etiā actu ptz q̄ nō possumus intelligere aliquid nisi pri⁹ recordamur: sed intelligere possumus multa z ipsa nō velle: sicut intelligimus miserias quas patimur: z multoties nō vellemus. Sic ergo filius a patre procedit nō a spūsancto: sicut intelligentia procedit a memoria z nō a volūtate. Et sicut iste potentie nō sunt vna: sed realiter sunt distincte: ita q̄ vna non est alia potentia: quāuis sit in vna tantū essentia aie. Ita pater z filius z spiritussanctus sunt tres persone realiter distincte: ita quod vna non est alia: sicut dicebat Sabellius hereticus: sed vna tantum essentia. Volūtas vero procedit quantū ad actū suū a memoria z intellectu. Nō em̄ possumus velle aliq̄d quin illud prius memorie occurrat z quin illud aliquo modo saltē generali intelligamus sicut spūssanctus a patre filioq̄ ꝓcedit: nō tantū a patre vt quidā hereticī direrūt: sed etiā a filio. Et sicpatet qūo per potentias anime nostre tanq̄ per speculū videre possumus deū verum vnū in trinitate z trinitatē in vnitate. Unde Bern̄. O beata trinitas: eternitas: veritas: bonitas: ad te clamat anima trinitas: memoria ratio seu intelligentia et voluntas. Sed q̄ istud speculum frequenter in lutum proiscimus vitiorum: ideo in sic deturpato male videmus aliquid diuinorum: nisi prius emundetur p trinitatē quandam nobis accidentalem actuum ꝓborum. Sicut enim est vna essentia diuina in tribus personis purificās oia: sic est vna penitētia integrata ex partibus suis. s. cōtritione: cōfessione: z satisfactiōe: emundans corda. Et cōtritio qui dē: q̄ per eā pctōr iustificat: qō est potentie maxime: z maioris q̄ creatio celi et terre fm Aug. Ideo contritio patri adaptatur cui attribuitur omnipotentia. Confessio vero q̄ per ipsam manifestātur occulta et cuz veritate fieri debet: ipsa attribuitur filio: qui lux est manifestatiua et veritas prima. Satisfactio autem q̄ finis est penitentie procedens ex vera contritione z confessione: z bonitatem operum penaliū habet: spiritui sancto attribuitur. Et quāuis ipse partes seu actus ꝓpenitentie. s. contritio: confessio: z satisfactio realiter sint distincta: in vna tamen penitentie essentia conueniunt. Et sic videmus deum per speculum anime rationalis.

Processus volūtatis.

§. XI. Septimū z vltimū speculum est natura angelica seu intellectualis: que in vna natura spirituali sine copulētia seu materia existēs in tres hierarchias distincta: nobis indicat my sterium trinitatis. Et modicam quidem notitiam de his habemus: quam quidem nobis tradidit apostolus Paulus raptus ad tertium celum. s. supreme hierarchie: per Dionysium Ariopagitam discipulum suum z summū philosophū. Per hanc igitur naturam angelicam considerātā velut per speculuz etsi a nobis multum remotum: videmus dei sublimitatem incomprehensibilem: z hoc ex tribus sententijs z conclusionibus circa materiam angelorū tanq̄ ex tribus partibus huius speculi. Prima ergo sentētia Dionysij est qō minimus angelorum fm suam naturalem essentiam est nobilior z perfectior quacunq̄ alia humana fm suam naturam. Veritatem huius sententie firmauit dñs Jesus qui dixit Mat. xj. Inter natos mulierū nō surrexit maior Joāne baptista. Qui aūt minor est in regno celorū: maior est illo. Notanter autem dixit: non surrexit. Surgere em̄ est ex imo in altū eleuari. Oēs autez sancti in imo originalis peccati nati: tunc eleuati sunt in altū z surrexerūt q̄n purgati ab eo ad gratiā peruenerūt. Christus non surrexit hoc modo: q̄ in imo originalis nunq̄ fuit: z ideo sine comparatione christus est maior Joanne. Un aūt christus hoc dixit in regno celorū soli angeli erant nō aīe: minorem ergo angelū dixit maiorē Joāne supremo sctōz z maxime glorioso. Scōa sentētia Dionysij est q̄ numerus sit incōprehēsibilis. Unde dñs dixit Job xxv. Nūquid est numerus militū illius? Sicut enim stellas celi solus ille dinumerat qui eas fecit sic et angelos qui stelle nominantur. Un Baruh. iij. Stelle dederunt lumē in custodijs suis: quas scilicet faciunt erga hoies. De qua custodia saluator dixit in euangelio. Angeli eorum in celis semper vident faciem patris. Mat. xviij. Super quo verbo dicit Hiero. q̄ confirmauit magister sen. i. ij. q̄ quelibet anima ab exordio sue nativitatis maris z femine: fidelis siue infidelis: boni vel mali: habet angelum ad sui custodiam deputatum: qui fm theologos sunt de ordine infimo angelorū. Unde oportet quod tot numero sint in ordine illo quot sunt homines in mundo quando vnq̄ plures fuerunt. Et vltra numerum hominum adhuc oportet esse tot plures quot sunt species aliarum creaturarum: q̄ quelibet species et quodlibet celū habet spectalē angelum ad sui gubernationē. Et cum videamus in creaturis corporalibus vt elementis z celis illam que superior est esse decies maiorem quantitatē continua q̄ inferior: sicut aqua decies maior est q̄ terra: z aer decies maior est q̄ aqua: et ignis decies maior est q̄ aer. Et celi etiam similiter multo maiores q̄ ista visibilia. A simili videtur q̄ iudicare debeamus de inuisibilibus. Cum igitur in angelis non sit quantitas continua: q̄ corpore carent: attendēda est in eis quātitas discreta seu numeralis: z fm predicta forte secūdus ordo. s. archangelorū sit maior primo in decuplo: et tertius ordo principatuum sit maior numero ordine archangelorum in decuplo: z sic de singulis ascendendo vsq̄ ad supremum scilicet ordinem seraphicum. Si ergo infimus ordo est plus q̄ milia milionum: quot erunt archangeli: quot principatus: quot ceteri: quis poterit dinumerare. Tertia sententia Dionysij est: que hoies prestupore deficientes facit: quod vnus angelus est distinctus ab altero: non solum numero: sed specie. Non enim distinguūtur abinuicem angeli sicut Petrus a Martino: et Martinus a Joanne: et anima vna ab altera: que solum est distinctio numeralis non specifica. Sed differunt eo mō quo agnus differt ab equo: equus a boue: bos a leone: leo ab homine: inter que est differentia specifica. Ut autem dicit philosophus in lib. Meta. Species rerū sunt sicut numeri. Sicut enim quilibet numerus addit ad inferiorem se ad minus vnam vnitatem: sicut numerus ternarius addit ad binarium vnū: sic quelibet species creature addit vnū gradum perfectionalis essentie ad minus ad aliam speciez inferiorem. Ex dictis ergo formo cōclusionē talem. Infimus angelus est nobilior Joanne Baptista in sui natura: qui Joānes maximus creditur sanctorum: z per consequens gloriosissimus et spectosissimus. Secundus angelus est nobilior primo vno gradu perfectionalis essentie. Et tertius secundo nobilior vno alio gradu perfectionis: et sic semper ascendendo vsq̄ ad supremum infimi ordinis angelorum: qui vt dictum est sunt plus q̄ milia milionum. Quis ergo poterit nō dico narrare: sed vel parum intelligere nobilitatem: speciositatem: magnificentiā: z gloriam illius angeli supremi? Certe nullius: neq̄ Moyses: neq̄ Joannes: nec Petrus: nec Paulus cum viuebant. Ascendatur exinde ad alios octo ordines gradatim semper addendo perfectionem maiorem: cum ventū fuerit ad supremum seraphim: nōne deficiet mens pre stupore in consideratione tāte nobilitatis. Et quia semper seraphin residet dominus deus noster vt eminentior cunctis sine comparatione: z omnes creans z regens z perfectionem eis infundens. Sic per istud speculum nature angelice videmus deum: etsi obscure: tamen prout possumus eminentissimum: nobilissimum: perfectissimū vniuersale z summuz bonū. Et de hoc speculo nature angeli pōt intelligi illud Sap. vij. Speculuz sine macula. Nunq̄ em̄ in eis angelis reperta est macula culpe: sicz in beatis angelis: sicut reperta est in speculis animarum. Et hoc quoad primū principale.

De angelorū differentione.

Infimus angelus est nobilior Joāne baptista.

Perfectiores sunt angeli hoibus

Denumero angelorum.

§. XII. Secūdo dicebatur q̄ in auctoritate aplica innuebatur speculatio prophetalis: cuz subditur. In enigmate. s. videmus nunc. Enigma vt habetur in Catholicon: est sententia seu locutio obscura: occultata per similitudines rerum sub quibus fit: z difficile est intelligere nisi exponatur: vt illud quod ꝓposuit Philisteis Samson: de comedente exiuit cibus: z de forti egressa est dulcedo. Judicum. xiij. Nō illi intelligere non valebant nisi ipse exposuisset: videlicet q̄ de ore leonis qui est fortissimū aīal comedens et deuorās alia: eduxerat cibum dulcem. i. fauū mellis ibi repertum. Et dicitur enigma ab e. quod est in. z nigma quod est imago quasi sentētia siue locutio facta sub imagine. i. sub similitudine. Tales aūt sunt locutiones prophetice communiter. Sicut enim ipsi vident deū siue diuina mysteria sub imaginibus z similitudinibus rerū sensibilium ita z populus proponunt. Sed que populus occulta z obscura erant prophete ipsi videbant. Unde appellabantur videntes vt habetur. j. Reg. ix. Non tamen quod ipsi clare viderēt deum: sed sub imaginibus vt dictum est et similitudinibus rerū sensibilium a deo impressis: perfectius z celsius videbant diuina: q̄ videantur per septem specula supradicta. Poterāt igitur

Quid sit enigma.

ipsi

ipi dicere. Videmus nunc in enigmate z non so lū per speculū: nos autē per ipsa enigmata a doctoribus vel potiꝰ a spiritusancto relata deum cernere possumus. Et hoc sub septēplici eiꝰ dispositione erga nos: videlicet.

¶ Primo in dispositione innitentis: hoc quoad penitentes.
¶ Secundo in dispositione instruentis: quoad ignorantes.
¶ Tertio in dispositione stantis: quoad laborantes.
¶ Quarto in dispositione sedentis: quoad contēplantes.
¶ Quinto in dispositione deambulantis: quoad iudicium expectantes.
¶ Sexto in dispositione comedētis: qnoad gloriā suscipiētes.
¶ Septimo in dispositione regentis: quoad angelos et omnes gentes.

§. XIII. Primo modo vidit deū

Scale Jacob exposito.

Jacob: vt habet Gen. xxviij. Vidit em in somnis scalā stantem z dīm desuper innixum scale. Ubi notandū ex ipsa visione Jacob aliqua preexigi ad dictā visionē: videlz supplantationē vitiorū: z hoc ex interpretatione ipsius nois. Interpretat em Jacob supplātatoꝛ. i. cōculcatoꝛ vitioꝝ z tētationū z demonū. Extinctionē cōcupiscentiarū: qđ notat ex eo q̄ post solis occasum illa vidit. Occasꝰ aūt solis feruētē ardoꝛē cōcupiscētiarū extinctū designat. Assumptio quoq; asperitatis z laboꝝ adeo necessaria est: in cuius signū dꝛ q̄ tulit de lapidibꝰ et supposuit eos capiti. Lapides duri asperitates tribulationum z penitētie signant. Sed z ligatio sensuū corporaliū z desideriorū carnaliuz ostēditur figurate in hoc q̄ dormiuit. In ipsa autē dormitione vidit scalā z angelos ascendentes z descendētes: z dīm innixū scale. Scala est penitētia seu cōuersatio bona: hec debet stare s. per verā fidē. Ad Roīn. xj. Tu aūt fide stas. Sed sup terrā p spē: qꝛ ipa est q̄ erigit mentē de terrenis ad supna. Ad Roīn. v. Stamus spe claritatis superne erecti. Cacumen scale qđ tāgit celū charitas est: ipsa em est fm Aug. que ducit ad celū. Angeli ascendētes et descēdentes sunt vel ipsi ad literam offerētes deo vota nostra: z referentes nobis eius dona vel ipse affectiones z cogitationes ascendentes ad considerationē premij: z descēdentes ad cōsiderationē sui debiti supplicij. Innixꝰ autem huic scale dīs manet vt nobis ascendendi modū ostēdat. Michee. ij. Ascendet pandens iter ante eos. Alliciens per pmissiones ad ipm ascensum. Innixus etiam manet super scalam vt derteram adiutorij ne deficiant porrigat: et demum sensim ad gloriam trahat. iuxta illud ps. Tenuisti manum dex. me. ꝛc.

Angeli offerunt vota nostra.

§. XIIII. Secundo viderunt pro

Instruit moyses de trib⁹.

phete z nos ex eoꝝ relatu deū in dispositione instruētis. Et sic vidit Moyses deū qñ ei apparuit in rubo ardenti. Unde dixit Moyses. Vadā z videbo visionē hāc: quō rubꝰ ardeat z nō cōsumat. Exod. iij. Rubꝰ signat deū incarnatū nos istruēte. Et em deus noster ignis consumens est. Deut. iiij. Rubus pungēs signat nostrā humanitatē nos vndiq; penis pungētem. Ignis ergo in rubo est deitas nostre humanitati vnita cū assumptis penalitatibus. Aut rubus nō consumitur nec ignis extinguitur qꝛ ex ipsa vnione humanitas nō fuit consumpta seu conuersa in diuinitatē: nec diuinitas vnēq; deseruit humanitatem: etiam in morte. In rubo autē apparens de tribus instruxit Moysen et per eum omnē animā. Et primo reuerentie exhibitionem cum ei dixit. Non appꝛopies huc. Nimia enim familiaritas z facilis et frequens accessus ad aliquem solet contemptum inducere: propter quod magni prelati z domini temporales non permittunt de facili accessum ad eos vel appꝛopinquationem: vt magis habeantur in reuerentia. Unde et regem magnum Asuerum nullus adire poterat ad aspectum eius sub periculo vite nisi vocatus. Permaxime autē in reuerentia debet haberi z cū reuerentia debet accedi consideratione pia nō curiosa ad mysterium incarnationis: et ipsum in sacramento existentem. Hac reuerentia motus Centurio dixit Jesu. Domine non sum dignus vt intres sub tectum meum. Matth. viij. Et Petrus apostolus cum ait. Exi a me dīne: quia homo peccatoꝛ sum. Luc. v. Secundo instruxit in temporaliū abꝛenuntiatione: cum dixit. Solue calciamentum de pedibus tuis. Calciamenta que fiunt de animalibus mortuis et terre inherent: signant ista temporalia que in terra sunt: et de inanimatis scilicet elementis oriuntur a quibus pedes affectuum extrahi debent. Sicut enim pulvis impedit visum si oculum intret: ita et temporalia mentis intuitum erga diuina: et ita depimunt affectum vt ad superna euolare nō possit. Sicut viscus implicat pennas auium vt in altum volare non possint. Et ꝓpterea vt ait Aug. Sia terrena cōtēpsit homo christus: vt ea contennēda demōstraret esse: verbo exēplo nos ad hoc instruēdo. Et quādo tribus ex discipulis suis voluit manifestare gloriā suā de valle ad montem Thabor excelsum adduxit. Ubi eū viderūt trāsfiguratū. Matth. xvij. ad innuendū mundū cōtemnendū: vt in altū contēplatiōis ascendi possit ad videndū deū. Tertio instruxit de affectus sui efficaci cōpassione in eo qđ dixit. Videns vidi afflictionē populi met qui est in Egypto z descendi liberare eum. Quod impletū fuit in descensione eius de celo: qñ post multa flagella immissa Pharaoni. i. diabolo: p eius doctrinā z miracula z opera sancta. Demū sanguine ipsius agni immaculati liberati fuimus de seruitute diaboli. Sed heu qꝛ nemo est qui recogitet tantū bñficiū. Sup quo ipse cōquerit Osee. vj. di. Misericoꝛdia vestra quasi nubes matutina: z quasi ros mane transiens. Sicut em ros qui descendit de celo super terrā ad fecundandū eā et herba aduciente sole subito deficit et siccatur. Sic misericoꝛdia qua christus nos liberauit. Et ideo nostra dicitur: qꝛ nobis facta: cum a deo processerit ad replendum nos fructu bonoꝝ operum superueniente caloꝛe tentationis vel tribulationis modice subito deficit in memoria nostra: z siccatur affectus sua uitate tanti beneficij infructuosus remanens.

Terrena contēnenda.

§. XV. Tertio videre possumus

deum in enigmate prophetice visionis per modū recti manentis. i. auxiliū ferentis laboꝛātibus: sicut ipse deus incarnatus laboꝛantibus discipulis in remigando propter ventū contrariuz apparuit eis rectus manēs sup vndas maris: et eos iuuēs amota tēpestate. Laboꝛāt autē aliqui ex tribulatiōe: quibus fert auxiliū patientie. Uñ ipse dicit Esa. xlij. Cū trāsieris per aquas te cū ero: per aquas. s. tribulationis: z fluminа nō operient te magnarū. s. passionū z persecutionū nō absoꝛbebūt rationē. Sed vt dicit Augu. q̄ mala equanimiter tolleramus ab illo scz deo est: nō nostra potētia. Et in signū huius Stephanus protomartyꝛ in tribulatiōe lapidatiōis positus dixit. Ecce video celos apertos z filium hois stantem a dextris virtutis dei. Ideo stantē videndi quasi paratum eum iuuare. Act. vij. Uñ cū magna dulcedine migrauit et pro inimicis lapidantibus exoꝛauit. Laboꝛant alij in eliminatione vitioꝝ a se vel a proximis. vñ psal. pro remotione suoꝝ vitioꝝ dicebat. Laboꝛaui in gemitu meo. Laboꝛ est enim recogitare z dolere de peccatis suis. Et apls discipulū suum Timoꝛ hoꝛtat ad extirpandū vitia aliorū per doctrinaz dicens. Laboꝛa vt bonus miles Jesu christi. Et ad hunc laborē necessariū est adiutoriū dei. In huius rei signū vidit Amos dīm stantē sup altare et dixit. Percute cardinē z cōmouebunt suplimiaria. Auaritia em in capite oīm. Amos. ix. Per auaritiā que cupiditas etiā dꝛ radix oīm malorū: notat generale peccatū. Amos typū gerit illoꝝ qui laboꝛant ad eliminationē vitioꝝ: q̄bus apparet dīs stans ad iuuandū constantiā immittēdo. Sed super altare dꝛ stare: vt ostēdat q̄ ois potestas ecclesiastica a dño deo est. Sed vide qđ dicit: percute cardinē. Per cardines signant superiores peccantes: qui debēt increpationibus z obiurgationibus castigari: vt superliminaria: id est inferiores per exemplū eoꝝ valeant ad penitentiam cōmoueri. Uñ z Moyses dure arguit Aaron dē cōflatione vituli. Et dīs fecit suspendi. xij. principes tribuuz quando populus formicatus est in Moab. Nume. xxv. Laboꝛant alij in informatione moꝝum. Parum est enim eliminare vitia: nisi z moꝛes informentur. Uñ dictū est Hiere. j. Ecce constitui te super gentes z regna: vt euellas et destruas z dissperdas z dissipes quantū. s. ad vitia: z edifices et plantes quantum ad virtutes z bonos moꝛes. Sed qꝛ sine me nihil potestis facere: ait christus Jo. xv. Ideo posui adiutoꝛium super potentem. i. laboꝛantem ait dīs. Et in huius figuram vidit Amos. vij. dominum stantem super murū litum: et in manu eius trulla cementaria. Murus litus est ecclesia fortis et constans ex pluribus fidelibus tanq̄ viuis lapidibus edificata et calce charitatis vnita z modestia linita z ornata: super quam stat dīs tanq̄ regens et gubernās: in cuius manu est gratia que signatur per trullam cementariā: qꝛ sicut trulla cementaria ad edificationez valet et linitionem muroꝝ: sic gratia ad instructionem moꝝ z informationem.

Exodi. xxxij.

§. XVI. Quarto vident prophe

te deū z nos p illos in enigmate: p modū z dispositionē sedētis

hoc quoad contẽplationes: de quibus potest intelligi illud qđ dñs dixit Esa. vltı. celũ mihi sedes est: celũ. i. hoies celestes contemplatiui. Sedet aũt sup tales: vt cogitationes ꝛ affectiões eorũ ad seruiẽdũ sibi assistere faciat: ꝛ eos secreta iudicia doceat. In cuius figuram Micheas ꝓpheta qđ viderat in enigmate. i. imaginarie expressit dicẽs. Vidi dñm sedentẽ sup soliũ suũ: ꝛ omnem exercitũ celi assistentem ei a dextris et a sinistris: ꝛ ait dñs. Quis decipiet Achab regem Israel vt ascendat ꝛ cadat in Ramoth Galaad. Et cum diuersi diuersa dicerent ex assistẽtibus: egressus est spiritus quidam ꝛ ait. Ego decipiam illum in hoc videlicet: qꝫ egrediar ꝛ ero spiritus mendax in ore omnium ꝓphetarũ eius. Et dixit dñs decipies ꝛ prevalebis: egredere facta. iij. Reg. xxij. Per exercitum celi domino assistẽtem a dextris ꝛ a sinistris signatur congregatio affectionum ꝛ desideriorum circa diuina vel humana: que debent domino assistere. Per locutionem domini ministris suis factam: intelliguntur occulta iudicia ministerio angelorum exequenda: per assensum domini ad deceptionem Achab signatur permissio eius qua permittit homines: ꝛ precipue rectores decipi ꝛ deficere in spiritualibus ꝛ tẽporalibus. Secundo sedet in contemplatiuis vt eos gratia sua repleat. iuxta illud. Dñs in celo sedes eius. In cuius figurã dicit Esa. vj. Vidi dñm sedentẽ super solium excelsum ꝛ eleuatũ: ꝛ plena erat domus maiestate eius: ꝛ ea que sub ipso erãt replebant templum. Seraphin stabant super illud: singule vni: ꝛ singule alteri. Et clamabant alter ad alterum: ꝛ dicebant. Sanctus sanctus scũs dñs deus exercituũ. Solũ domini est anima sanctorum. Et hoc solium est eleuatum a desiderio terrenorum. Et est excelsum in contemplatione diuinorum. Et tunc domus mẽtis repletur maiestate eius. i. gratia. Seraphin autem qui denominant ab incendio: qui stabant super illud. i. iuxta illud: signãt ardentia desideria diuini amoris: que dicũt. Sanctus sanctus sctũs dñs deus ꝛc. quia ex amore procedunt cum admiratione ad diuinas laudes trinitatis sanctissime i vnitate essentie. Exinde impletur domus fumo. i. mens seu conscientia humili deuotione. Tertio dominus in eis sedet vel potius amplexatur vt eos mirabili gustu consolationis reficiat. iuxta illud Can. ij. Dextera illius amplexabitur me: id est contẽplatio de ipso sponso deo me sibi vniet ꝛ summe cõsolabitur. In cuius figurã legit qꝫ apparuit dominus Jacob cum solus remansisset separatis a se familia ꝛ substantia: ꝛ lucrabatur cum eo vsqꝫ mane: et cum eum superare non posset tangens neruum femoris eius statim emarcuit. Ubi ꝛ mutatus est nomen ipsius de Jacob in Israel: quod interpretatur videns deũ. Unde dixit. Vidi dominum facie ad faciem: ꝛ salua facta est anima mea: benedictionemqꝫ ab eo recepit: vt habetur Gen. xxxij. Luctamen istud Jacob cũ deo instantiam signat orantis. Duo brachia luctantis sunt fletus seu compunctio ꝛ oratio. Unde dicitur Ose. xij. de isto Jacob: qđ fleuit ꝛ rogauit. Sicut autem ille qui luctatur cuz aliquo scilicet brachio: aliquando videtur deiici ꝛ superari: aliquando deiicere alium ꝛ superare. Ita et orans siue contemplans aliquando orationem videtur subiicere ꝛ superare: in puncto apprehẽdẽs aliquid diuinũ super se: aliquando videtur deiici grauatus carne ꝛ obfuscatus phantasia vt fire diuina apprehenderenõ possit. Uerum si prevalere vult luctari debet vsqꝫ mane. i. perseuerare in orando contemplando vsqꝫ ad mane supne glorie. In hac autem lucta recepit benedictionẽ: videlicet magne consolationis: et marcessit neruus femoris: qꝫ extinguitur carnalis appetitus. Sustata eñ suauitate spiritus desipit omnis caro: qꝫ maxima est etsi parũ duret actualiter. Unde Bern. Felix cum inuenero scilicet dominum: tunc amplexus: tunc oscula que vincunt mellis pocula. Sed in his parua mozula.

Exercit⁹ dei qs sit.

Significatio luctaminis Jacob.

§. XVII. Quinto vidẽt prophete deũ enigmatice p modũ deambulantis.

Et hoc quo ad iudicium expectantes. Sed quis stabit ad videndum eum. Ipse eñ quasi ignis conflans ꝛ quasi herba fullonũ. Malach. iij. Deambulabit autem: quia in forma humana assumpta de celo descendet ad terram. Et videbit eum omnis oculus etiam qui eũ pupugerunt. Apoca. j. Hoc autem vidit Daniel visione imaginaria. Unde ait. vij. c. Uidebam in visione mea nocte: ꝛ quatuor bestie grandes ascendebant de mari diuerse inter se. Prima similis leene habens alas aquile. Secunda similis vrso: tres ordines dentium habens in ore. Tertia similis pardo habens alas quatuor: ꝛ capita q̃tuor. Quarta terribilis ꝛ mirabilis ꝛ fortis: habens dentes ferreos comedens ꝛ comminuens ꝛ reliqua pedibus conculcans: habens cornua decem: ꝛ de medio eorum ortum est aliud paruulum. Que quidem quatuor bestie designãt quatuor monarchias mundi principales scilicet Assyriorũ Persarum ꝛ Medorum quoad secundam. Grecorum quoad tertiã: ꝛ imperium Romanorum quoad vltimam. Decem cornua signant decem partes in quas scindendum est imperium Romanorum. Cornu paruulum Antichristus est qui oritur in tali diuisione. Pene omnia ista regimina perãbulauit dominus ipsa gubernando ꝛ de ipsis iudicando: ꝛ conferendo temporaliter prout sibi placuit. Demum cuncta simul regna cum comprehensis cum eis simul est iudicaturus: perambulãs de celo vt dictũ est ad terram. Unde in visione illa dixit ipse Daniel. Aspiciebã et ecce in nubibus celi quasi filius hominis veniebat: quia vsqꝫ ad antiquum dierum peruenit: vt scilicet manifestetur quod potestatem dedit ei pater qui dicitur antiquus dierum iudicium facere. Ueniet autem in iudicio ad tria. Ad sui quidem exaltationem vt. s. ab omnibus videatur quod constitutus est iudex viuorum ꝛ mortuorum. Unde in dicta visione subditur quod dedit ei potestatem ꝛ honorem et regnum: ꝛ omnes populi tribus et lingue seruient ipsi. Uenit secundo ad confusionem malorum. iuxta illud Hiere. xx. Confundent vehementer: qꝫ nõ intellexerunt opprobriũ sempiternum: qđ nunqꝫ delebitur. Et hoc signatur Gen. iij. quando Adã audiuit dñm deambulantem in paradiso post meridiem. Qui quamuis absconderit se propter peccatum commissum: tamen oportuit quod eum audiret et videret sententiantẽ. Adã quippe se abscondens peccatorẽ designat excusantes peccata sua: ꝓpter que indignum se facit dei visiõe. Audit tamẽ post meridiẽ. i. post charitatis et feruoris extinctionem vocem deambulantis dei venientis. s. ad iudicium: ꝛ quia nudum se agnoscit virtutibus ꝛ gratia cõparere erubescit. Dñs autem arguit peccatores dure. Hm illud Jude. j. Ecce venit dñs in nubibus contra omnes. s. facere iudicium: ꝛ arguere impios. Unde ꝛ Ade dixit. Adam Adam vbi es. Exinde separat ipsos malos a cetu sanctorum: quod innuitur cum dominus Adam emisit de paradiso voluptatis. Demũ ponit euz in mundo subiectũ innumeris penalitatibus. Sic reprobos ad infernũ emittit acerbissimis penis cruciandos. Tertio veniet in iudicio ad glorificationem bonorum. iuxta illud ꝓphete Esa. xl. Ecce merces eius cum eo. Et Apoc. xxij. Ecce veno cito: et merces mea mecum est. Et in signum huius vidit Joannes dominũ deambulantem in medio candelabrorum aureorum tenentem septez stellas in dextera. Apoc. j. In septem candelabris aureis notatur vniuersitas sanctorum habentium aurum sapientie et veritatis et ardorem charitatis. In medio autem horũ candelabrorum ambulat: vt hic in via eos sustentet: custodiat ꝛ defendat: ꝛ in dextra sua que designat gloriã ꝛ eternitatẽ septẽ stellas hz. i. septem dotes quibus sanctos beatificat. s. impassibilitatẽ: claritatẽ: subtilitatez: agilitatem: cognitionem: comprehensionem: ꝛ fruitionem.

Christus veniet ad iudicium propter tria.

Gen. iij.

Visio Joannis exponi.

§. XVIII. Sexto videtur deus

enigmatice in dispositione comedẽtis. Unde ipse inquit Can. v. Comedi fauum cum melle meo. Mel est christi humanitas qđ est principium in vniuerso. Cera est genus humanum quoad electos: ꝛ vtrunqꝫ deus comedit sibi vniendo. In huius figurã legitur Gen. xviij. quod stanti Abrae ad ilicem mambre ꝛ eleuãti oculos apparuerunt ei tres viri. Et vt dicitur in alia trãslatione: tres vidit et vnum adorauit. Intelligens ibi signari mysterium trinitatis. Unde qñqꝫ loquitur in singulari ad exprimẽdũ vnitatem essentie: quandoqꝫ in plurali ad denotandum pluralitatem personarum. Dixit enim. Dñe si inueni gratiam in oculis tuis ne transeas seruũ tuũ: sed afferam paurillum aque et lauẽtur pedes vestri: ꝛ requiescite sub arbore: ponam qꝫ bucellam panis: ꝛ confortetur cor vestrum postea transibitis. Quibus accẽscẽtibus fecit ex tribus satis simile id est tribus mensuris farine bene purgate a furfure fieri subcineritios panes ꝛ vitulũ vnum tenerrimũ ꝛ optimũ coquere: ipsoqꝫ panes subcineritios ꝛ vitulum coctum: butyrũ quoqꝫ ꝛ lac posuit corã eis ad comedendũ que oblata comederũt. Fuit illa visio ꝓphetica: etsi nõ imaginaria sensibilis tamen. Fuerunt eñ illi tres angeli in forma humana apparentes: representantes deum vnum: in personis autem trinum. Pedes autez dei qui terram calcant significant genus humanum: in quo ꝛ christus comprehenditur vt verus: homo vnitus tamen deo. Tria autem innuuntur ex ista visione sub figura esse necessaria saluãdis ꝛ in deũ per gloriã transformandis.

formādis. Et primū est lotio in baptismo actu vel ꝓposito. Nisi eñ quis renatus fuerit ex aqua et spūsancto nō potest introire in regnū dei: ait saluator. Jo. iij. Et hoc signatur in ablutione pedū illorū apparentiū: qui vt dictū est: signāt genus humanū: quod in nouo testamento christo incorporat per baptismū: quē ipe primo instituit et suscepit: nō ad auferendū aliquem suum defectum: sed ad conferēdū aque virtutē regeneratiuā: z nobis prebendum exemplū. Secundum quod requiritur in peruentē do ad gloriam est purgatio plena a peccato per penitētiam: et alios modos post baptismū. Dicit enim in Apoc. de sanctis sine macula sunt ante thronum dei. Et hoc signatur in simila que est flos farine plene segregate a furfure. Furfur enim qō est cibus cōmuniter bestiarum signat peccatū: quo pascūtur z delectantur hoies bestialiter viuētes. Simila autē signat puritatē a peccato. Tria sata simile designāt puritatem que reperit: in vniuersa cōgregatione electorum in tribus partibus mūdi. scz Asia: Africa: z Europa existentiū: vel sub triplici statu. s. actiuorum: contemplatiuorum z prelatorum. Tertium quod requirit est conformitas vite cum christo per dolorem z amorē: qui sub figura panis subcineritij fuit ostēsus Helie: z inde cōfortatus. iij. Reg. xix. Panem eñ se vocat dicens. Ego sum panis viuus. Jo. vj. Fuit enim hic panis sub cinere posit⁹ in igne decoctus: quando in humiliatione crucis fuit vilificatus z igne sue dilectionis crucifix⁹ et mortuus. Dēs ergo electos ipsi oportet cōformari: vt tāq̄ panis subcineritius cibus dei fiant. iuxta illud apostoli ad Roñ. viij. predestinauit: scz electos suos cōformes fieri imaginis filij sui. Istum igitur cibum. i. fideles baptismo christo incorporatos: a peccatis mundatos: per dolores z labores cum charitate christo conformatos: comedit sanctissima trinitas. i. sibi vnit z in se transformat in gloria. Sed in conuiuio hoc non ponit subcineritius panis sine vitulo optime decocto quia in mēsa diuine glorie nullus beatus positus fuit antequā Christus per vitulū designatus in ara crucis per passionē esset decoct⁹. Butyrū pingue designat multitudinē meritorū christi z sanctorū. Lac aūt puritatē corporū. Et propterea se nobis dimisit in cibū i sacramēto altaris: vt aliquādo z nos efficiamur cibus ipsius trāsformati per cōformitatem volūtatis in ipsum.

Tria sūt necessaria saluādis.

Furfur quid est z quid significat.

§. XIX. Septimo videtur deus

imaginarie in dispositione regētis. Et hoc quoad regimē spirituale electorum et angelorum. Et quoad monarchias mūdiales. Et hoc exprimit visio Ezechielis quam habes. j. c. De quatuor animalibus z rotis et homine sedente super thronum qui erat super firmamentum crystallinum: quod extentum erat super capita animalium. Et quoad regimen spirituale exponit Grego. super Ezechielem: z ipsa expositio infra secundario ponitur. Quoad regimen mundiale exponit Nicolaus de Lyra super Ezechie. scilicet de quatuor monarchijs mundi. Et ipsa ponitur primo Ezech. j. c. Et vidi ꝛc. Hec visio imaginaria habet tres partes. Prima continet animalia apparentia. Secunda rotas apparentes iuxta ea. Tertia firmamentum apparēs super capita animalium: et desuper vestigium hominis sedētis super thronum. Ad intellectum prime partis considerandum quod propheta videbat imaginarie nubem magnam ab aquilone venientem igne inuolutam: eo modo quo apparet in coruscatione per aperturam illius nubis: videbat quatuor animalia in omnibus similia. licet aliqui dicāt qō apparebat tantum vnum habens quatuor facies. Sed prima expositio magis litere concordat: scilicet quod essent quatuor. Erat autē corpus animalis cuiuslibet eorum erectum super pedes: z in superiori parte quadratum: ita vt facies hominis erat in parte animalis opposita directe aspectui prophete: z dicitur pars anterior. In parte vero opposita siue posteriori facies aquile erat: et in alijs duabus partibus sibi oppositis facies leonis et facies bouis: ita quod facies leonis erat in dextra respectu faciei hominis: et facies bouis in sinistra. Et dicitur facies aquile desuper ipsorum quatuor: quia aquila habet collum longum et sic eleuabat sup alias facies. Et in quolibet animali erant similiter quatuor ale: quarum due erant demisse ad corp⁹ tegendum: et due superius erecte ad volandum. Et per extensionem alarum erant ista animalia adinuicem iuncta: sicut homines in choreis: et in quolibet horum erant quatuor manus similes manibus hominum: et similiter quatuor pedes: quorum tibie erant tales quod flexa genua equaliter flectebantur ad quatuor partes oppositas. Et similiter planta pedis equaliter applicabilis procedendo ad quatuor partes oppositas. Et sic omnia illa animalia progredi poterant ad quatuor partes oppositas absq̄ corporis conuersione: sicut si homo haberet oculos in parte posteriori capitis: sicut habet in anteriori: et genua equaliter flexibilia ad partes quatuor: z plantas equaliter applicabiles ad ipsas partes: posset ambulare ad quatuor partes oppositas sine corporis conuersione. Apparuit exinde vna rota composita ex duobus circulis habens quatuor facies id est quatuor semicirculos z aspectus rotarum z opus earum quasi visio maris id est talis coloris sicut videtur mare quando est quietum: quasi si sit rota in medio rote id est vna transiens per medium alterius intersecādo seinuicem: plena oculis id est picturis ad modum oculorum sicut est in cauda pauonis. Quocunq̄ ibat spiritus ꝛc. id est ventus turbinis vel spiritus viuificans qui erat in rotis. Et similitudo super caput animalium quasi firmamenti: id est celi stellati: et super firmamentum erat thronus sapphirinus: et super thronum effigies hominis sedentis ad cuius nutum mouebantur animalia et rote. Penne eorum recte id est sursum erecte alterius ad alterum: quia tangebant se extremitatibus: quasi sonum sublimis dei id est sonum tonitrui: qui dicitur sonus dei quasi sonus ab eo factus. Cum starent demittebantur penne ille: scilicet penne que erigebantur cum volabant: deinde demittebantur sicut fit cum aues cessant a volatu. Cum fieret vox super firmamentum id est preceptum sedentis in throno velut aspectum arcus id est tridis quiest splendidus. Et sicut ignis inuoluens sicut apparet in coruscationibus magnis: quatuor penne erant quatuor ale. Dicit ergo Nicolaus de Lyra: quod designat propheta mala ventura de propinquo in Hierusalem maiora quam paterentur translati in Babyloniam. Per ventum igitur turbinis et nubem designat exercitum Babylonis venientem ab aquilone. Per ignem incendentem intelligitur incendium ciuitatis et templi futurum. Per quaternarium animalium et facierum et rotarum intelligitur quaternarius numerus regnorum magnorum sibijnuicem succedentium scilicet. Chaldeorum Persarum Grecorum et Romanorum que regna infestauerunt populum Judeorum. Nec mirum q̄ idem numerus pluribus similitudinibus figuratur. Nam z Gen. xlj. anni fertilitatis z sterilitatis pluribus rebus designati sunt: scilicet per spicis z vaccis. Per faciem ergo leonis que est prima secundum descriptionem Hebreorum signatur regnum Chaldeorum seu Babyloniorum: quod fuit primum inter ista quatuor. Unde z rex Babylonis frequenter vocatur leo in scriptura. iuxta illud Hiere. iij. Ascendit leo de cubili suo. Et secundum aliquos habebat imaginem leonis in vexillo. Per faciem hominis intelligitur regnum Medorum et Persarum: quod successit regno Chaldeorum. Illud enim regnum seu dominium tractauit humanius populum Judeorum q̄ cetera. Unde z Cyrus dedit licentiam redeundi in Judeam. Per faciem bouis signatur regnum Grecorum: quia sicut bos impellit cornibus: ita regnum Grecorum illum populum dei molestauit: z maxime tempore Antiochi illustris. Unde vocatur Antiochus cornu modicum. Dañ. viij. Per faciem autem aquile intelligitur regnū Romanorum. Unde z aquilla signū est Romani imperij seu vexilli. Per alas intelligitur angelica potestas presidens istis regnis: quia ista inferiora administrātur per angelos. Per hoc autem quod animalia z rote ibant ad quatuor partes: signat dilatationem istorum regnorum ad alias partes. Per velocē motum z terribilem aspectum intelligitur robur z ferocitas eorum. Per manus autem opera: eo q̄ manus est organū organorū. Per firmamentum q̄ erat super capita animaliū: signatur pars superior mundi que est locus beatorum. Per sedentem in throno supra firmamentum signatur deus presidens omni creature z celesti et terrestri: ad cuius nutum omnia disponuntur. Unde et ad preceptum sedentis in throno: animalia quiescebant et mouebantur: quia ipse mutat tempora z etates: transfert regna atq̄ constituit. Dañ. ij. Per hoc autem q̄ apparebat in forma humana: figurabatur q̄ erat in tempore humanandus. Per hoc q̄ apparebat in specie electri: quod est auro vel argento fulgidius: figurabatur sapientia eius: cuius non est numerus. Per hoc quod a parte superiori retinebatur a lumbis et sursum retinebat splendorem interius: et in parte inferiori a lumbis et infra emittebat spendorem exterius: intelligitur q̄ diuina sapientia prout est in ipso est nobis occulta. Manifestatur autem nobis

Exposicio visionis.

Historia visionis prime eze chielis.

aliqualiter per suos effectus secundū q̄ dicitur Rom. j. Invisibilia dei per ea ꝛc. Sic igitur in predicta visione describitur diuine presidentie superueniens status siue virtus. Et Grego. exposito Ezechielis pphete secūdū Grego. positio. Primo ponit reproborum conditionem signatam in turbine: caligine et igne: quos christus iudicat. Secundo electorum sanctam conuersationem signatam in animalibus ꝛ eorum circunstantijs precipue de rotis sequentibus ea que designant sacra eloquia. Tertio angelorum perfectionem signatam in firmamento et throno que erant super animalia. Quarto christi dei et hominis super omnes exaltationem et illustrationem similis homini sedenti. Vidi ꝛ ecce ventus turbinis veniebat ab aquilone ꝛc. Quia ventus aquilo aerem constringit in frigore: non incongrue turbationem maligni spiritus designat. Venit ergo ventus turbinis ab aquilone: cum vitam Judaici populi malignus spiritus in tentatione concussit. Sequitur. Nubes magna. Quia quanto plus exarsit in crudelitate: tanto amplus obcecari meruit ignorantie caligine ad cognoscendum christum. Et ignis inuoluens: qui designat malitiam persecutionis Judeorum erga christum et suos: et splendor in circūitu eius. Quia dum persecutio in Judea acta est: apostolorum p̄dicatio dispersa est in mūdo vniuerso: et de medio eius id est ignis quasi species electri. Electrum designat dominum Jesum christum. In electro enim aurum argentum igniſque miscetur. Et argētum ad claritatem crescit. Unde et signat naturam humanam in christo: quasi crescentem ad gloriam et manifestationem sue diuinitatis. Aurum vero a suo fulgore pallescit et signat naturam diuinam in christo que a sui fulgore potentie per opera sue humanitatis se tēperauit: et vtraque natura diuina et humana in ipso vna persona fuit. Electrum ergo in igne est deus homo factus in persecutione. Et in medio eius similitudo quatuor animalium eius: scilicet siue electri siue ignis. Euangelistarum figura. Per ista quatuor animalia signantur quatuor euangeliste: vel etiam omnes perfecti qui christo sunt vnitiet a malis persecuti perfecta opera iuxta euangelica precepta egerūt. Et hic aspectus eorum similitudo hominis in eis: quia videlicet sancti homines vitam similem tenent christo: qui per excellentiam dicitur homo in presenti: ꝛ demum similitudinem glorie cum ipso in corpore et anima in futuro recipiunt. Et quatuor facies vni et quatuor penne vni: scilicet animalium predictorum: quia per faciem homo cognoscitur: et per fidem a deo cognoscimur. et ipsum cognoscimus: ideo per faciem fides sanctorum designatur. Et quia per pennam in altum corpus auis subleuatur: ideo per pennam contemplatio qua mens ad deum leuatur significantur. Quatuor ergo facies vnicuique animalium sunt et quatuor penne: quia notitia fidei qua cognoscuntur a deo ipsa est in vno: que est simul in quatuor et similiter vna de eo contemplatio: ita vt facies pertineat ad notitiam humanitatis: et penna ad cognitionem deitatis. Et pedes eorum pedes recti: quia scilicet sancti ad mala mundi que reliquerunt non reflectuntur. Et planta pedis eorum planta pedis vituli: quia scilicet predicatores et alij sancti in locutione habent maturitatem: in actione fortitudinem: in mente discretionem designatam in diuisione vngule pedis vituli. Vitulus etiam mature incedit: et fortiter laborat. Et scintille quasi aspectus ceris candentis. Es quod est sonorum signat predicationem: quia in omnem terram exiuit sonus eorum scilicet apostolorum. Es candens est predicatio feruida et ignita. Scintille huius ceris sunt parue sentētie de superna gloria ab eis expresse: que auditores incendunt: sed loqui non valent etiam quod intelligunt. Virtutuz quatuor significatio. Et manus hominis sub pennis eorum in quatuor partibus. Per quatuor partes possumus principales quatuor virtutes accipere: ex quibus reliqe oriuntur: videlicet prudentiam: fortitudinem: iustitiam: ac temperantiam. Per manus autem actiua vita designatur et per pennas contemplatiua. Manus ergo hominis est sub pennis eorum: id est virtus operis sub volatu contemplationis: et actiua prior est tempore. Contemplatiua vero superior meritor dignitate. Et iuncte erant pēne eorum vnius ad alterum. Quia scilicet omnis virtus sanctorum: omnis sapientia eorum qua alios contemplationis volatu transcēdunt vicissim sibi in pace atque vnanimitate iungūtur. Non reuertebantur cum incederent. Quia sancti sic a terrenis actibus ad spiritualia transeunt: vt ad ea scilicet terrena nullatenus reflectantur: sed vnumquodque ante faciem suam gradiebatur. Ante nos eterna sunt: ꝛ sancti viri in eternis que appetunt pedem boni operis ponunt. Similitudo vultus eorum facies hominis et facies leonis a dextris ipsorum: quatuor facies autem vituli a sinistris ipsorum. Et facies aquile desuper ipsorum quatuor. Iste quatuor facies designant quatuor euangelistas propter proprietatem materie de qua agunt in euangelijs suis similem predictis animalibus. Nam Matheus agit de incarnatiōe: ꝛ ideo per hominem signatur. Marcus de predicatione resurrectionis: et ideo per leonem figuratur. Lucas de passione: et ideo per vitulum animal immolatis cum figuratur. Incipit etiam euangelium et terminat circa tēplum. Joannes de eius diuinitate: et ideo per aquilam altissime volantem describitur. Christus etiam de quo tractant fuit homo in incarnatione et conuersatione. Leo in resurrectione. Vitulus in passione. Aquila in ascentiōe. Quilibet etiam perfectas habet virtutes per hec animalia designatas. Dicitur autē facies hominis et leonis a dextris ipsorum: quia de incarnatione vnigeniti et resurrectione omnes electi letati sunt. Facies vituli a sinistris aspicitur: quia de passione christi discipuli contristati sunt. Sinistrum enim dicimus quod nobis est aduersum. Facies aquile desuper ipsorum dicitur: quia diuinitatem eius altius ceteris descripsit. Et facies eorum et pēne eorum extente. Quod omnis intentio operis: omniſque contemplatio sanctorum super se tendit: vt possit adipisci que in celestibus appetit. Due penne singulorum iungebantur: et due tegebant corpora eorum. Penarū quarū or signifi cano. Quatuor penne horum animalium quatuor virtutes sunt videlicet amor et spes in futuris: timor: et penitentia seu dolor de preteritis. Penne ergo sibimet iuncte superius extenduntur: quia sanctorum mentes ad superna eleuantur. Juncte autem dicuntur quia sancti amant celestia que sperāt: et separāt que amant. Due vero penne corpora tegebant: quia timor et penitentia a dei oculis eorum mala preterita abscondunt. Et vnūquodque eorum coram facie sua ambulabat. Qui se ante se ponit: vigilanter videt an defluat vel surgat: vel quotidie in bonis excrescat. Ubi erat impetus spiritus illuc gradiebantur. Impetus spiritus est incitamentum ad virtutes varias: quod est a spiritu. Sicut impetus carnis quem sequuntur reprobi est instigatio ad vitia varia. Et similitudo animalium quasi carbonum ignis ardentium: ꝛ quasi aspectus lampadum. Qui carbones tangit incenditur. Et sic qui cum sanctis conuersatur in dei amore exardescit. Lampas lucem suam lōgius spargit. Et sic vita sanctorum etiam longe posita per bona exempla lucet et illuminat. Et in medio animalium splēdor ignis: q̄ scilicet ignis spiritus sancti a peccatorum rubigine mentem quam replet mundam reddit. Et de igne fulgur egrediens. Quia ipse spiritus ex se per electos flāmas amoris proiecit: vt more corruscationis: et per terrorem feriat et ad morē accendat. Et animalia ibant et reuertebantur in similitudinem fulgoris coruscantis. Quod supradictum est: quod cum ipsa animalia ibant et non reuertebantur: intelligitur ad vitia non recedunt que dimiserunt: quod aūt hic dicitur quod reuertebantur: intelligitur: quia de cōtemplatiua vita seu contemplatione in qua diu fixi manere non possunt ad vitam actiuam per studium bone operationis reuertuntur. Scripturā significat per rotā. Et hoc in similitudinem fulguris coruscantis: quia celestia loquentibus dum per eos supernum lumen intus micat: ad amorem celestis patrie audientes inflammat. Cumque aspicerem animalia apparuit rota vna super terram. Rota scripturam sacram signat. quia ex omni parte ad auditorum mentes voluitur: ꝛ nullo erroris angelo a predicationis sue via retinetur. Ex omni parte voluitur: quia inter aduersa et prospera recte ꝛ humiliter incedit. Circulus quippe illius preceptorum: modo sursum modo deorsuz est quia ipsa que perfectioribus spiritualiter dicuntur infirmis iuxta literam congruunt: et ipsa que parvuli iuxta literam intelligunt: docti viri per spiritalem intelligentiam in altum ducunt. Apparuit autem rota super terram designātem peccatores: quia legem super corda peccantium deus dedit: habens quatuor facies: que rota quatuor facies habere dicitur ex eo quod scriptura sacra vtriusque testamenti in quatuor partes est distincta. Vetus enim testamentum in lege: et prophetis. Nouum vero in euangelijs atq̄ apostolorum actibus ꝛ dictis. Et aspectus rotarum ꝛ opus earuz quasi visio maris: quia videlicet in sacris scripturis p rotam signatis magna sunt volumina sententiarum: cumuli sensuum. Nec immerito mari scriptura similatur: quia firmantur in ea sententie locutionis

cutionis sacramento baptismatis. Et aspectus earum & opera quasi sit rota in medio rote. Rota intro rotam est testamentum vetus. Rota vero in medio rote est testamentum nouum in veteri comprehensum. Quod enim ibi futurum promittitur in nouo impletū ostenditur. Per quatuor partes earū ibant. Vadit rota predicando eum quem promisit: & promissum impletū ostēdit. Et per quatuor partes vadit: qz in quatuor mundi partib⁹ redēptor de quo loquitur predicatus fuit. Et non reuertebantur. s. rote cum ambularent: quia dum nouū testamentum non rescinditur: dum vetus non carnaliter sed iam spūaliter intellectum tenetur. Post se non redeunt: quia vsqz ad finē mundi immutabilia persistunt. Statura quoqz erat rotis & altitudo & horribilis aspectus ad terrorem gehēne cruciationis. Scriptura igitur sacra rotam designās staturam habet in rectitudine preceptionis. Altitudinē in celsitudine superne promissionis. Horribilem vero aspectum in minis supplicij sequentis. Et reuertens propheta ad loquēdum de animalibus predictis dixit. Et totum corpus plenum oculis in circūitu ipsaruz quatuor quia videlicet sanctorum actio ab omni parte circunspecta est bona desiderabiliter prouidens et mala solicite cauens. Et ibi notatur quomodo vitia sub specie virtutum suggeruntur. Cunque animalia ābularēt ambulabāt pariter & rote iuxta ea. Et cū eleuarēt animalia de terra: eleuabant simul & rote. Ambulabāt animalia cum sancti viri in scriptura intelligunt quemadmodum moraliter viuant. Eleuantur vero a terra cum se in contēplatione suspendunt. Et quia vnusquisqz quanto in scriptura sacra proficit: tanto & eadem scriptura proficit apud ipsum. Ideo dicitur qō rote ambulabant vel eleuabantur cum animalibus. Quocunqz ibat spiritus & rote pariter eleuabantur sequentes eum. Quo enim spiritus legentis tendit: illuc & diuina eloquia eleuantur. Legentis eñ spiritus si quid in eis scire morale aut historicum querit: sensus hunc moralis historie sectur. Si quid typicum mox figurata locutio cognoscitur. Si quid contēplatiuum statim rote quasi pennas accipiunt. Cum euntibus ibāt: & cum stantibus stabant: & cū eleuatis a terra pariter eleuabantur. Vadunt cum euntibus: quia eos qui se ad vtilitatem proximi extendunt: sacra eloquia dictorum suorū passus in eius itinere disponunt. Stant rote cū stantibus animalibus: quia eos qui fortes sunt in fide: vt aduersis euntibus resistant: & contradicentes reuincant: rectitudinem suam sacra eloquia cōfirmāt. Cum eleuatis eleuātur: qz inquātum quisqz ad alta cōtēplationis et perfectionis profecerit: tantum et sacra eloquia de altioribus loquuntur. Spūs vite erat in rotis: qz scz dilectionē dei & proximi capim⁹ in eloquijs diuinis que vita est anime. Et similitudo super capita animaliū firmamenti: quasi aspectus crystalli horribilis. Nomine firmamēti potest intelligi angelica natura que creata est cum libero arbitrio flexibili ad bonum & malum. Quibusdam autē ex eis labentibus alij cōfirmati sunt: ita vt iam fluere non possint: & ideo signantur cōgrue per crystallū quod ex aqua fluxibili fit: sed ita obdurat vt liquefieri nō possit. Horribilis dicit iste crystallus: qz nobis pauendi sunt angelice potestates: & super capita animaliū extētū dicitur: qz supra intellectū nostrū sunt perfectio & gloria earū. Sub firmamēto autē penne eorū recte alterius ad alterū. Tūc penne animalium recte sunt alterius ad alterū: quando bonū qō quis habet primo studet cōmunicare substātiam videlz tēporalem vel doctrinam et hmōi. Et audiebant sonum alarū quasi sonū aquarum multarum: qz scz ille virtutū sonus qui in aures dei prius ex paucis sanctis incarnato domino factus est. postea diffusa predicatiōe de christo per orbem ex aquis multis. i. ex ppūs innumeris conuersus multiplicatus est: quasi sonum sublimis dei: quia videlz ipse deus implet mentes sanctorū et corditus eorū amorem infundit: ipse ex amātibus corditus suscipit precē. Vel qz laudem dei quam prius pauci sancti postea multi cōuersi in mundo predicauerunt. Demū in celo vniti cum capite suo christo sine fine plene laudabunt. Et cum ambularent quasi sonus erat multitudinis: vt sonitus castrorum. Animalia ambulant cum sancti predicando: & ad fidem trahēdo discurrunt. Et quia quos conuertunt in laudē cōditoris simul exurgunt: fit quasi sonus multitudinis. Et qz in predicatione eadē bellum contra demones conuersi assumunt: ideo dicitur quasi sonitus castrorum. Castra enim multitudines exercitus dicunt. Et cū fieret vox super firmamentum qō erat super capita eorum: stabāt et submittebant alas suas. Quia videlicet sanctorū mentes cū creatoris sui potentiam intenta contēplatione cōsiderant: vilescūt eorū animo virtutes quas habēt. Et hoc est submittere alas que virtutes signant. Vel etiā cū considerant iudicia dei: que cōsideratio vox dicitur super firmamentū: timent & se humiliant quantūcūqz sancti sint. Et super firmamentū imminēs capiti eorū quasi aspect⁹ lapidis sapphiri similitudo throni. Thronus designat angelos supremos: sicut firmamentum inferiores. Sapphirus qui habet colorem aereum: & significat dignitatem & perfectionem maiorē superiorū angelorū. Et super thronū quasi aspect⁹ hominis desuper: qz videlicet super angelos etiam supremos eleuatus est homo Jesus christ⁹ deus noster. Et vidi quasi speciē electri scilicet illū hominē super thronū quia videlicet vtraqz natura diuina & humana in christo est. vt supra expositum est de electro. Vel ut aspectus ignis intrinsecus per circūitum eius a lumbis & desuper. Et a lumbis vsqz deorsum quasi speciem ignis splendētis in circumitu: qz scilicet ante incarnationē que in lumbis designatur vnigeniti dei sola Judea intra se ardorē amoris eius habuit. Sed post incarnationē eius ignis resplēduit: quia vniuerso mūdo gentibus charitatem spiritussancti effudit. Vel etiam angelos ad amorem suū per diuinitatē tenuit: & homines ad sancti ardoris sui desiderū ex humanitate reuocauit. Hec omnia Greg.

Quatuor mundi partes.

Angelice nature comparatio.

§. XX. Quantū ad tertiū puncipale

De clara visiōe dei & essentiali.

qō notatur in auctoritate apli. dico qz demōstratur specula tio seu visio clara & essentialis. Unde dicit. Tunc aūt facie ad faciem. s. videbimus deū in alia vita. Ubi sciendū scōm Tho. super epla Pauli. j. ad Cor. xiij super hoc verbo: qz deus fm qz deus nō habet faciē. Et ideo cū hic dicit facie ad faciē: metaphorica locutio est. Dicimus enim tūc videre aliquē fm faciē cū videm⁹ personā sicuti est: hoc aūt vult dicere Apls cuz ait. Videbimus in patria facie. i. videbimus dei essentiā. j. Jo. iij. Videbimus eū sicuti est. Hmōi autē visio in corpore mortali haberi nō pōt. Ūn Moyſi hoc postulanti dixit dominus. Videbis posteriora mea: faciē aūt meā videre nō poteris. Exo. xxxiij. Videre personā ex parte dorsi est videre ipsam imperfecte puta qz sit nature rationalis: qz sit vnus viuēs magnus & hmōi. Sz quis vel qualis sit: cognosci nō potest nisi videndo faciē. Sic deus videri pōt hic quasi ex parte posteriorū: qz cognoscere possumus ratiōe vel fide deū vnū esse rationabilē viuentē & immēsum: sed nō sicuti est in essentia sua. Et si Moyses pure aliquādo vidit diuinā essentiā in corpore cōstitut⁹: fuit visio illa quasi momētanea per modū passionis transeuntis: & nō duratiua per modū habitus permanentis sicut est visio facialis patrie. Nec obstat huic sentētie qz dicit Jacob Gen. xxxij. Vidi dūm facie ad faciē. Non eñ proprie loquēdo fuit illa visio Jacob facialis: sicut est visio patrie: sed fuit visio imaginaria in qua sunt diuersi gradus. Altior. s. videre illud qō apparet in ipsa imagine in qua apparet. Et alius gradus infimus scz audire tantū verba. Ut ergo Jacob insinuaret excellentiam visionis imaginarie sibi ostense dixit. Vidi dominuz facie. Non ergo vidit deum per essentiā fm beatum Tho. vbi. s. Notandū est aūt fm ipsum beatū Tho. qz sensibile aliquod pōt tripliciter cōsiderari. Primo per sui presentiā: sicut ipsa lux que est presens oculo. Secūdo per presentiā sue similitudinis in sensuz immediate deriuatā: sicut albedo que est in pariete videtur non existente ipsa presentialiter in oculo: sed eius similitudine: licet ipsa similitudo nō videatur ab eo. Tertio per presentiā similitudinis non immediate deriuate ab ipsa re: sed deriuate a similitudine rei: sicut cū videtur aliquis homo per speculū. Nō enim similitudo hominis immediate est in oculo: sed similitudo hominis resultata. Loquēdo igitur per hūc modū de visione dei: dicendū qz naturali cognitione solus deus videt seipsum: quia in deo idem est essentia sua & suus intellectus: & ideo essentia sua est presens suo intellectui. Nec aliqua creatura etiam glorificata potest eo modo deum videre sicut ipse videt seipsum: quia hoc esset simpliciter infinitū a finito cōprehendi: qō nō potest esse. Unde Hiere. xxij. dicitur de eo. Magnus cōsilio & incōprehēsibilis cogitatu. & sic intelligitur illud Mat. xj. qō dixit. Nemo nouit filium nisi pater: neqz patrē quis nouit nisi filius. scz notitia plene comprehensionis. Nec per dictionē exceptiuā nisi excludet spiritussanctus: cuius cū patre & filio est vna plenissima cognitio. Et qō sequitur in illa auctoritate christi. Et cui voluerit filius reuelare. Intelligendum est filium reuelare alicui patrem nō notitia comprehensionis: sicut nouit ipse filius patrem: sed notitia apprehensionis sicut cognoscitur a sanctis. Secūdo modo put scilicet per presentiam similitudinis rei in sensum immediate deriuatā videtur aliquid sensibile: sicut albedo in pariete videtur

Dei⁹ qnō visibilis.

Sensibile triplici ter potest considerari.

ipsa nō adsistēte presentialiter in oculo: sed in similitudine. Sic forte angeli naturali cognitione deum vident: ⁊ hec visio fuit in angelis malis ante lapsum. Sed maiori lumine superaddito. ſ. lumine glorie angeli confirmati vident deum facie ad faciem. i. clarissime suam essentiam. Unde Saluator Matth. xviij. inquit. Angeli eorū in celis semper vident faciē patris. Et similiter sancti, lumine glorie eis cōmunicato faciē dei vidēt: qō ardēter postulabat Pſ. xlj. di. Quādo veniam et apparebo ante faciē dei.

De natura luminis glie. Et de ipso lumine glorie ait idem Pſ. xxxv. In lumine tuo videbimus lumen. Quod lumē quidam dixerunt esse quādam similitudinem de deo creatā. Sed hoc esse oīno falsum ⁊ impossibile, ꝓbat beatus Tho. vbi. ſ. trib⁹ rōnibus. Et prima est: qr nūq̄ potest aliquid cognosci per essentiā si cognoscatur per similitudinem: que nō cōueniat cum ipsa re in specie. Lapis enim nō potest cognosci scōm illud qō est nisi per speciē lapidis que est in anima. Nulla enim similitudo ducit in cognitionem essentie alicuius rei: si differat a re illa scōm speciē: ⁊ multo minus si differat scōm genus. Nō enim ꝑ speciem equi vel albedinis pōt cognosci essentia hois: ⁊ multo minus essentia angeli. Multo igit minus ꝑ aliquā speciē creatā quecūq̄ sit illa pōt videri diuina essentia: cū ab essentia diuina plus distet quecūq̄ species creata in anima q̄ species equi vel albedinis ab essentia angeli. Unde ponere q' deus videatur solum ꝑ similitudinē seu ꝑ quandā refulgētiā claritatis sue: est ponere diuinam essentiā nō videri.

Alia est q̄ dā similitudo dei. Scōa ratio est: qr cū anima sit quedam similitudo dei: visio illa magis esset specularis ⁊ enigmatica que est in via q̄ visio clara et aperta: que promittit sanctis in gloria ⁊ in qua erit beatitudo nostra. Unde dicit Augu. hic in glo. q' visio dei que est per similitudinē pertinet ad visionē speculi et enigmatis. Tertia rō est: qr sequeret q' beatitudo hois vltima esset in alio q̄ in ipso deo: quod est alienū a fide. Sequeretur etiam q' naturale desiderium hominis: qō est peruenire ad primā rerū causam: ⁊ cognoscēdi ipsam per seipsam esset inane. Videtur ergo diuina essentia per seipsam in patria: ⁊ non per similitudinem creatam. Et hoc est quod dicit apls paulo inferius. Tunc cognoscam sicut et cognitus sum. i. sicut deus cognoscit essentiā meam: ita deū cognoscam per essentiā suam. Nō tamē ly sicut importat equalitatem: sed similitudinē. Sic ergo in lumine glorie: qō tamē est q̄d creatum: eleuatus intellectus videbit lumē diuine essentie. Ad quod intelligendum sume exēplū in lumine corporali. Oculus enim noster non est tante potentie q' possit fixe respicere in solem: ⁊ quanto plus appropinquaret ad eum: tanto ineptior redderetur ad videndū ipsum. Ita oculus intellectus humani est ita debilis ex parte sui: q' in tā excellēti luce diuine essentie figi non potest: nisi cōfortetur ⁊ cōfortificetur per virtutem diuinam. Et ista virtus fortificās ⁊ cōfortās dicitur lumen glorie. Ideo dicitur. In lumine tuo ꝛc. Nullū enim lumē aliud lumē demonstrat q̄ se: neq̄ enim lumē solis adiuuat: vt videatur luna aut stelle. Uñ si q̄n luna est. xv. aere. sereno: de nocte multo clarior apparet quā cum oritur sol. Et si quis accenderet mille torticia de die non propter hoc melius videret solem. Sic ad ꝓpositū lux diuina eterna ⁊ infinita per aliā lucem nō videt q̄ ꝑ seipsam que lumē glorie efficitur q̄n intellectui creato cōmunicatur: ita q' lux intellectiua vnita est cū diuina: et videt per virtutē diuinā

Lux diuina cuius natura. nō per lucem suam propriā. Unde hereticus esset qui diceret qō intellectus beatus videt deū sine lumine glorie: qr hoc esset dicere qō intellectus humanus videt deū virtute propria: qō falsum est. Prosequatur de exemplo lucis. Mediante ipsa luce tu vides terram: lapides: arbores: animalia: ⁊ multa alia: ⁊ cū ipsa eadem luce vides solem. Qō cōsidera vbi sit ista lux solis mediante qua tu vides solem ⁊ alia: certe non est lux in oculo tuo: sed super re visa. Et ideo te stante in loco obscuro vides rem in loco luminoso: siue rem luminosam. Et nocte obscura vides stellam ⁊ domum aliquā que sit ad aliquod lumē posita: quāuis lumen suū nō reddat claritatē vsq̄ ad lumē tuū. Et sic vides mediante duplici luce: vna est tui qui es in loco tenebrioso: sed oculum habes ab intra luminosum: cuius lux extra non extēditur. Scōa est illa lux que est diffusa et reuerberata super illam rem quā tu vides. Quecūq̄ harū duarū deficeret nō videres. Neq̄ per lucem oculi tui sole: nec solum per extraneam si tua propria deficeret. Si autem vis respicere mediante ista duplici luce sine alio medio solem in sphera sua: certe hoc non vales: sed potius excecaris. Et ratio huius est: quia lux solis reuerberat in tua luce propria. Et est tāta distantia inter tuam ⁊ suā: q' tua refugit ipsam: ⁊ sustinere non potest propter excellentiam claritatis. Unde quantūcūq̄ coneris nō potes oculū fixe tenere apertum ad spherā solis. Et autem voluntatē inter oculū tuū ⁊ spherā solis etiā videre nō vales. Sed si lux solis posset vniri cū tua luce suspēdēdo defectū ⁊ debilitate ipsius tue lucis que suspensio sequeretur ex vnione facta: tunc respiceres solē ipsum in sphera sua cū delectatione ⁊ suauitate sine reuerberatione oculorū. Duplex lux necessaria.

Nunc ad propositū sciendū q' due luces sunt necessarie ad videndum deū simul vnite virtute fortioris lucis: videlicet lux humani intellectus: ⁊ illa est debilis: ⁊ lux diuina: et illa est fortissima. Sic lux naturalis humana scilicet intellectus sic cōsideratur sola nihil cognoscit certitudinaliter: sicut q̄ in tenebris est: et nihil videt quāuis in alia luce posset opinari aliqd: sed nō perfecte scire: sicut existens aliquis clausus in carmera obscura potest diuinare palpando: audiendo: gustando: vel odorando aliquid quod est intra cameraz. Sed dubitare habet se decipi quousq̄ oculus illud videat virtute lucis abextra venientis. Et ideo anime dāmnatorum errant in cognitione dei reputando ipsum iustum et crudelē: quia non habent aliā lucem q̄ ꝓpriam scōm sensum cū illa iudicādo: diuinando: ⁊ opinādo. Et ipse anima dānate diuina luce. ſ. naturaliter infusa: vidēt oēs alias animas ⁊ gloriam beatorum ad ipsarū afflictionē: ⁊ aliqñ statū animarū viatorū ad suā cōfusionē: ⁊ penas aiarū dānatorū ad eorū tribulationē: sicut ptz in parabola diuitis epulōis ⁊ Lazari Luc. xvj. Quia igit lumē glorie preexigit in intellectu humano lumen gratie vt superueniat ei: quia in animabus dānatorum nō reperit ipm lumē gratie: ideo nō sunt susceptibiles luminis glorie: ⁊ ideo deū videre non possunt nec gloriā suam. Sed anime beatorū habēt propriā lucez: gratia informatam: in qua diuina lux illustrando secū vnitur nō permittēdo infirmari aut exterreri: sicut fuerunt exterriti oculi exteriores et interiores Petri Jacobi ⁊ Joannis in transfiguratione dei: quia adhuc erant mortales. Facta ergo illa vnione per lumen glorie: videt intellectus creat⁹ in virtute intellectus increati. Et sic lux naturalis que erat gratiosa supra se eleuata a gloriosa: que non est aliud quā verbum diuinū eternū: tāq̄ solaris radius a patre procedens videt lumen glorie glorioſum deum ⁊ oēm creaturam super quaz talis lux spargitur. Et quia illa lux totum videt nihil ei absconsum est: ideo quilibet sanctus videt omnem craturam vbicūq̄ sit. Sicut oculus humanus si esset in sole vnitus cum suo radio claro: certe videret vbicunq̄ sol attingeret ⁊ irradiaret ex se: ⁊ in sole videret plus ⁊ minus scōm q' illa vnitas esset perfecta. Et quia anima christi perfectissime fuit vnita cum verbo eterno ⁊ est: ideo pfectissime videt verbum: ⁊ oīa que sunt in verbo. Alie aūt anime plus ⁊ minus vident ſm q' sunt plus vel min⁹ vnite ſm pfectionē charitatis: que est causa huius vnionis ⁊ visionis facialis. Et sic habes q' lumē glorie nō est creatura. ſ. aliqua de ꝑ se representans creatorem: ſz est ipse creator: lumen glorie sue vnit⁹ intellectui humano. et sic in lumine tuo. ſ. verbo diuino videbimus lumen. Unde et Joannes in Apocal. circa fi. dicit: qō in illa ciuitate superna non vidit solē: nec lumē lucerne ibi est: sed agnus. ſ. verbum eternū illuminat illam. Ad hoc etiam facit quod dixit christus Mat. xiij. Justi fulgebunt sicut sol in regno patris mei. i. lux verbi: qō v̄bū est sol vite eterne. Et lux cuiuslibet beati erit quid vnū ꝓ vnionē nō per cōuersionē. Nō enim cōuertet lux verbi: sicut nec natura sua qua idē est in natura aie beate vel glorie eius. Sed sicut in mysterio incarnationis salua vnitate cuiuslibet proprietate nature vnita sunt diuinitas ⁊ humanitas: diuinitate permanente impassibili: humanitate subiecta mortalitati: deus et homo vniti sunt in vnitate persone. Ita lux increata cum luce anime vnita erunt vnū non quidem vnitate persone: sed vnitate charitatis et amicitie perfectissime: remanente tamē deitate in sua virtute ⁊ gloria infinita: ⁊ anima beata cū sua virtute ⁊ gloria finita. Unde dominus Jesus in oratione ad patrē facta post vltimā cenā inquit. Non pro eis rogo tm̄: sed ⁊ pro eis qui credituri sunt per verbū eorū in me: vt omnes vnum sint sicut tu pater in me: ⁊ ego in te: vt ⁊ ipsi in nobis vnum sint. Item et ego claritatem quā tu dedisti mihi dedi eis: vt sint vnum: sicut ⁊ nos vnum sumus. Ego in eis et tu in me: vt sint consummati in vnū. Et paulo post. Pater quos dedisti mihi volo vt vbi sum ego: et illi sint mecum: vt videāt claritatem quā dedisti mihi. Joā. xvij. Tūc scz in patria videbimus facie ad faciē. Ut dicit deuotus Bernar. Felix aia que terre nō resoluta carcere liberā celū petit. Que dulcissimū dñm facie ad faciē cernit: vbi verus sol iustitie mira sue pulchritudinis visione omnes recipit. Et illa vniuersos celestis pfe

Alie dam natorum errant in cognitione.

Felicitas aie rum beatarum.

ciues

hester. vr.

cines illuminat: vt luceant ipsi lumine: videlz illuminante vltra oēm solis nostri splendorē immortali adherentes deitati. Et in huius figuram dixit regina Hester vxor Asueri maxime regis: qui interpretatur beatitudo: significans animam summi regis regum Jesu christi qui est vera beatitudo de ipo loquens. Gal de mirabilis es dñe: et facies tua plena est gratiarū. Et.iij. Reg. x. in figurā dicit: q vniuersa terra desiderabat videre vultū Salomonis. Quātū ad tertiū modū videndi sensibilia. s. per presentiā similitudinis nō imediate deriuate ab ipsa re: sz deriuate a similitudine rei: sicut videtur homo p speculum. Sic isto modo videmus seu cognoscimus deū cognitione naturali in vita ista: z sic exponitur. Videmus nunc. i. per naturalē rationem nostrā. Et si addatur lumini naturali fidei lumen qō est supernaturale: adhuc plenius videmus deum in vita presenti. Sed tale lumen fidei si non sit charitate formatum: nō sufficit ad conducē dum lumen gloue. Inter deum eīn z animam est infinitā distantia perfectionis virtualis. Deus enim infinitus est: et quelibet eius virtus infinita. Anima autem sicut et quelibet creatura est finita z potentie finite. Cum igitur finitum nō possit comprehēdere infinitum: non poterit anima deum comprehendere: nisi efficiatur vnum cum eo: z sic quodammodo efficietur infinita. hoc autem charitas operatur: qz qui manet in charitate in deo manet et deus in eo. J. Jo. iiij. c. et. j. Coun. vj. Qui adheret deo scilicet per dilectionem: vnus spiritus est cū eo: nō quidem substantialiter: sed affectualiter. Habet enim amor scōm Dionysium vnitiuam et calori assimilatur qui diuersa vnit: z cibum in assumentē conuertit. Sume exemplū in agno vel alio cibo qui a nobis comederetur. Certum est enim qō agnus cum multis gradibus perfectionis naturalis sit inferior hominem nunquā vnum effici posset cuz homine nisi per vnum modum: sez per calorem naturalem hominis ipsum agnum in cibum sumptū digerentis: et in substantiam sui conuertētis: z sic agnus quodāmodo efficitur homo. Sed si homo comederet venenum vel rem venenatam non posset illud conuertere in se. Et ratio huius est: quia illud sumptum extinguit calorem naturalem quo fit digestio et conuersio. Sicut etiam si comederet lapidem vel ferrum non conuerteretur in se propter sui duritiam z frigiditatem. Illi enim cibi dicuntur esse proportionati humane nature qui participant cum calore: et sunt sine resistentia de facili conuertibiles in substātiam suam. Sic ad propositum dicendum. Si homo vult conuerti in deum et effici deus scilicet per participationem: oportet q comedatur a deo. Unco: portetur seu vniatur per calorem sue infinite charitatis. Sed deus ipse non comedit cibū id est non venit secum in gloria eum qui calorem charitatis hic non habuerit feruenter. Nam et de quibusdam tepidis dicit ipse per Jo. Apocal'. iij. Quia tepidus es incipiā te euomere de ore meo. Tepidus est qui fidem habet sine operibus: et absque calore charitatis efficaciter manet. Et ideo Apostolus faciens comparationem inter virtutes: cōcludit qō maior horū est charitas. Verum quia nihil potest amari nisi sit cognitum: ideo ad amorem charitatis exigitur primo cognitio rei: que ad sufficiē tiam haberi non potest nisi per fidem. Et ne homo deficiat vel oberret a fine vltimo tam cognito exigitur spes per quam tendat in illum finem. Unde z de his tribus tāquam necessarijs dicitur Eccli. a. Qui timetis dñm credite illi. s. per fidē: z nō euacuabitur merces vestra. Et sequitur immediate. Qui timetis dominū sperate in illum: et in oblectationem veniet vobis misericordia. Et exinde sequitur. Qui timetis dominum diligite illum: et illuminabuntur corda vestra. Et talis cognitio. s. habita per lumine gratie et charitatis: posset etiam dici: licet non ita p prie: visio facialis respectu. s. eius que solum est per fidem vel rationem naturalem. Unde Pō. xxx. de electis ait. Abscondes eos. s. a turbinibus mundi et occupationibus eius: in abscondito faciei tue id est in facie: videlicet cognitionis gratiose a te eis collate: et reprobis absconse z ignorate.

Cōparatio finiti ad infinitum.

Nō quō pōt conuerti in deum.

¶ De intellectu practico quomodo debet exerceri. Cap. vij.

QUEbet quoqz anima oculo suo sinistro. i. intellectu practico vti virtualiter. s. ad bene operādū. intellectꝰ eīn bonꝰ ait Pō. cx. oībus facientibus eum. i. bonum intellectus in illis est: qui nō solū querunt intelligere vt sciant: sed etiam vt faciant facientes bonum qō intelligunt. Scienti eīn bonum facere z nō facienti peccatum est illi inquit Jacobus in canonica sua. c. iiij. Unde z idem Pō. cxxij. Sicut oculi seruorum in manibus dominorū suorū sez sunt: ita oculi nostri ad dominū deū nostrū. Oculi seruorū dicūtur esse in manibus dñorum suorū. s. ad videndū si aliquid in manibus habent ad cōferendū: vel si aliquid habent ad percutiendū: vel si aliquid habēt ad exercendū: vt illud operent. Et ita oculi electorū sunt directi ad dñm: ad cōsiderandū largita z danda beneficia illata z conferenda supplicia: et iusta agenda exercitia: vt considerent que dominus vult eos agere: sicut seruus considerat opera que vult dominus suus eum exercere. Et sic oculi seruorum sunt in manibus dominorum id est in operibus que volunt domini ab eis. Et quia multa sunt que a nobis inspicienda z considerāda sunt ad agendū: ideo Joānes in Apoca. iiij. c. refert q animalia q ipse vidit in circūitu dominice sedis deſignantia ſm Grego. dei electos erant plena oculis. Octo sūt respicienda.

Oportet enim oculos habere spirituales intus z extra: inferius z supra: retro z antea: in dextera parte z sinistra: ad valendum bene inspicere que nobis sunt congruentia. Unde z christus dixit cuidā ab eo illuminato. Respice Luc. xviij. Et primo.

¶ Respice intus in conscientia: vt rectificetur.

¶ Respice extra circa creata: vt recompenſentur.

¶ Respice supra ad celestia: vt adiuuetur.

¶ Respice infra ad supplicia: vt ad ea non intretur.

¶ Respice retro ad commissa: vt remoueantur.

¶ Respice ante ad pericula: vt caueantur.

¶ Respice ad dexterā sanctorum exempla: vt similia agantur.

¶ Respice in sinistra prauorum gesta: vt tua confundantur.

§. I. Quantum ad primum dicit

Saluator Luc. xj. Vide ne lumē qō in te est tenebre sint. i. ne sis tenebrosus in cōsideratiōe eorū que intra te sunt. Quāuis enim oculus corporalis: et si alia videat: seipsum videre nō possit: oculus tamē spiritualis anime z se z alia videre potest. quinimo vt dicit Hugo de sancto Victo. Oculus tuꝰ. s. anime nihil bene videt si seipsum nō videt. Et querenti cuidā Gentili ab Apolline quid sibi esset agendū ad beatitudinē cōsequendā. Responsum est: nosce teipsum. Ad qō facit illud Job. v. Visitans speciē tuaz nō peccabis. i. cōsiderās teipsum. Hinc z deuotꝰ Bern. ad Eugenū papā in. ij. lib. de cōsideratione inquit. A te primū inchoet cōsideratio tua. Nō solū aūt a te: sed z in te finiatur. Quocunqz euagetur ad te reuocetur cū salutis fructu. Unde z Eccl's. ij. dr. Oculi sapientis in capite eius. Oculi quidē corporales ita sunt in capite stulti: sicut in capite sapientis. Sed oculi spirituales. s. cōsiderationis solū sunt in capite sapientis. i. virtuosi: non stulti. i. peccatoris. In capite videlicet in parte superiori anime: vt secundū rationē operetur. Hec aūt cōsideratio sui ſm Bern. vbi s. in tria diuiditur: vt sez respicias quid sis in natura: qs in persona: qualis in moribus seu vita. Respice ergo primo qd sis in natura: z cōsiderās occurret tibi illud beati Job dicentis. Homo natus de muliere breui viues tēpore: repleꝫ multis miseriis &c. z nunqz in eodem statu permanet. Respice igitur qz natus es de muliere nudus. s. z pauper: miser z miserabilis: erubescens q sis nudus: plorās q natus sis. Murmurans q sis natus ad laborem: nō ad honorē. Natus de muliere: z ob hoc cū reatu. Primā vocē quā emittis fletus est: quasi ex hoc prophetās ſm Aug. de ciui. dei. te in valle lachrymarū ingressum. Breui viuens tēpore. z ideo semper cū metu. Et ipsa quoqz breuitas incerta est. Repletur multis miseriis. Et vere multis: qz corporis z anime simul. Cuncti enim dies eius doloribus z erūnis pleni sunt. vt dicitur Eccl's. ij. Quid enim calamitate vacat nascente in peccato z fragili corpore: mente sterili: repletus in corpore penalitatibus: infirmitatibus: necessitatibus innumeris. In anima vero repletus ignorantia concupiscentia: malitia. Demū nunqz in eodem statu permanet. Alteratus etate: substantia: honore: moribus: affectu: z nunqz quiescere valens. Respiciendo igitur quid in natura es: ad magnam humiliationem te inducet consideratio hec. Verum z rationalitas que ad quidditatē hominis pertinet respecta te subleuabit a delectione tante humiliationis. Respice secundo quis sit in persona id est cuius conditionis: si videlicet laicus: clericus: religiosus: vel prelatus. Nam si laicus: vt dicit Hieroñ. xij. q. j. c. duo sunt. Licet his temporalia possidere. Sed non nisi ad vsum id est nō ad abusum: nihil enim miserius est qz propter minimum deū contēnere. His concessum est vxorē ducere: terram colere: inter virū z virū iudicare: causas agere: oblationes super altaria apponere: z decimas reddere. Et ita saluari poterunt si vitia tamē benefaciendo euitauerint. Respice ergo si in tali statu es q cōscientia tua ſm hec rectificetur. Quod

Respicie da est cō sciētia vt rectificetur.

Miseria natus hu mane.

si clericus es interpretare nomẽ tuũ: vt coneris esse qđ diceris. Cleros enim grece: latine sors interpretatur: qz ipse clericus est pars dñi: z dominũ suã partẽ hz. Et aũt dicit Amb. de fuga seculi. Cui portio deus: nihil curare dz nisi deũ: alterius impediatur necessitatis munere. i. solicitudinis occupatione: qđ esñ ad alia offica confertur: hoc religionis cultui atq; huic nro officio decerpitur. Nec esñ vera est sacerdotis fuga abdicatio domesticorũ: z quedã alienatio charissimorum vt suis se abneget qui deo seruire elegerit. xũ. q. j. cui portio. Illud quoq; eos obseruare opz qđ ait apius. j. Thes. v. Ab oi specie mala abstinete vos. extra de vi. z ho. cle. cũ ab omni. et precipue a familiaritate mulierũ. vt. lxxxj. dis. clericus. z. c. seq. Si aũt religiosus es: z sic religatus .i. bis ligatus ligamine preceptorũ in baptismi acceptione: et ligamine obseruationis cõsiliorũ in solẽni professione.

Religiosi an optimi: an pessimi.

Respice qđ ait Augu. dist. xvij. quãtũlibet. Sicut difficile sum expertus meliores q̃s qui in monasterijs pfecerunt: ita non sum deteriores expertus q̃s qui in monasterijs defecerũt. His igitur deditis contẽplationi et oratioñi ab omni strepitu temporaliũ cessare conuenit: z victu z vestitu cõtenti nullã inter se ꝓpietatem habere: sed oia in cõmuni fm Hiero. xij. q. j. duo sunt. Debet etiam claustro esse cõtẽtus: qz sicut piscis sine aqua caret vita: ita sine monasterio monach⁹. Sedeat itaq; solitari⁹ z tacet: quia mũdo moztuus est. xvj. q. j. c. placuit. Si autem prelatus es respice: qz fm Chry. in iudicio tuo sedes. Siquidẽ bene vixeris et bene docueris: populũ instruis. Si bene docueris z male vixeris: tui solus condẽnator eris. Nã bene viuendo z bñ docendo populum instruis quomodo viuere debeat. Bene autẽ docẽdo z male viuẽdo: deũ instruis quõ viuere debeat cõdẽnare. dist. xl. multi. Tanta aũt dz esse excellentia vite rectoris ad vitam subditorũ: quãtũ pastor excellit cõditionem suorũ ouium. Nec sibi sufficit puritas sua: nisi et puniat aliena crimina. Vñ Aug. Qui nec reginimis in se rõnem habuit: nec sua delicta deterſit: nec filiorũ crimẽ correxit: canis impudicus dicendus est magis q̃s eps. ij. q. vij. qui nec reginimis. Respice tertio qualis sis in vita: proficiens. s. aut deficiens in moribus: in aduersitatibus z prosperitatibus: circa que opz te tenere mediũ si non vis perdere modũ. Nã vt dicit poeta. Est modus in rebus: sunt certi denique fines. Quos vltra citraq; nequit cõsistere virtus (al's rectũ) In te ergo cõsiste: z non infra deiici: non attolli supra: nõ euadere in longitudinis: nõ extẽdi latitudinis disce. Nam vt lõgitudo .s. nimia exterminum habere solet: dilatatio scissuram: altitudo ruinam: z profundum absorptionẽ. Lõgitudinẽ nimiã tibi assumis: cũ ꝓmittis tibi longiorẽ vitã. Latitudinẽ vero incõgruã: cum in superfluas distenditur animus curas. Altitudinẽ ruinosam: cũ de se plus presumit. Profundũ: cũ se plus debito deiicit. Quiesñ lõga sibi mẽtitur tẽpora: mõne ingreditur iter extermini? Trãsit enim vite terminos productionis vite solicitudine. Similiter animus distentus in multa: multis laceratur' curis necesse est. Nẽpe immoderata extensio extenuationem: z extenuatio nimia scissionem facit. Alta vero presumptio quid nisi ruinosa precipitatio est. Unde Salomon Prouerb. xvj. c. Ante ruinam exaltabitur spiritus. Nimia autem pusillanimitatis desectio desperata quedam absorptio est. Mediũ ergo in cunctis tene vt possis comprehendere cum omnibus sanctis que sit latitudo et longitudo: sublimitas et profundum secundum Apostolum Ephe. iij. Respice etiam qualis ex te sis: qualis ex deo. Ex te mala: bona a deo esse non ambigas.

Hora. in primo sermonũ satyra siue sermo. j.

Media via est seruanda.

§. II. Respice scõo extra. s. creata. secundum illud Esa. lx. Leua in circũitu oculos tuos et vide. In circũitu enim tuo ex omni latere inuenies creaturas. Omnis autem creatura triplici voce te alloquitur. secundum Hug de sancto Victo. Et prima est accipe beneficium. Secunda est redde seruitium. Tertia est caue supplicium. Eta superioribus inchoando dicunt angeli per effectum tibi. Accipe beneficium nostrum: quod ex parte creatoris continue tibi impẽdimus custodiendo: a malis eripiendo: ad bona excitando. Et pro huiusmodi beneficio ipsi creatori redde seruitium eius mãdata adimplendo: alioquin testes erimus contra te in iudicio: z ministerio nostro ad inferna detraheris. Dicit tibi celum cum luminaribus suis. Ego tibi motum prebeo: et sine me insensibilis permaneres. Gratissimam lucem tibi sol porrigit: me in tenebris tediosus resideas: z vt ptz vere in omnia inferiora multiplices virtutes infundit. Et ne obscura in totuz nox habeatur: luna cum stellis splendorem emittunt: celũq; decorant. Pro huiusmodi igitur beneficijs redde obsequium creatori nostro gratias agens adimplens illud Ps. xxxiij. Benedicam dominum in omni tempore. Loquitur ignis modo suo dicens. O homo quantum beneficium tibi presto: te calefaciendo: cibos tuos decoquendo: quã plura opera efficendo tibi pro utilitate: et sine mei participatione in calore naturali nutriri non posses. Pro huiusmodi igitur deo redde seruitium: vt calore succenso dulcissime charitatis dominum deum pre omnibus diligas: alioquin sup plicium ignis eterni non euades. Aer quoq; non reticet dicẽs. Ego tibi statum concedo: vt aspires et respires: atq; locutionẽ tam necessariaz vt formare valeas de seruitute vndiq; curãdo. Et aues varias suaue personantes melos et in cibum transeũtes continuo. Redde igitur seruitium deo: os tuum ad sui honorem z gloriam aperiendo. Aqua inquit. Ego tuas immunditias purgo: z fetores remoueo. Sitienti non paruum refrigerium affero. Species innumeras piscium ad tui vsum enutrio: et quod plus est: in sacramentis anime tue necessarijs me prebeo. Redde ergo seruitiuz: vt ipsa sacramẽta reuerearis: et si nõ ratione materie in se: ratione tamen institutionis z gratie ibi a deo posite. Alioquin absorptus ab aquis niuiuz: trãsibis ad calorem nimium. Denum terra quãuis infimum elementorum: tamen copiosiori voce te excitat dicens. O homo vnde factus es: nisi ex me humo. Ego te sustẽto: ego diuitias dono: aurum et argentum ceteraq; metalla que in visceribus meis gesto. Quot genera animalium propter te pasco et retineo. Et aliqua quidem in tui cibum: vt pullos: agnos: hedos: capreas: cervos: vitulos: ceteraq; domestica ac syluestria. Alia ad tui adiutoriũ: vt equos: mulos: camelos: asellos: z huiusmodi. Alia ad tui solatium: vt simeas: caniculos. Ego quoque herbas non solum suaues: sed z q̃s plurimas medicinales produco: flores varios et fragrantes emitto fructus innumeros z sapidos diuersis temporibus offero. Pro huiusmodi igitur beneficijs creatori tuo et meo recognoscete debitorem: et ad necessitatem non voluptatẽ his vti debere: proximisq; tuis indigentibus portionem pro posse porrigere. Alioquin si ingratus inueniaris sicut aperta est terra et deglutiuit Dathan: sic aperietur et tibi vt ad centrum eius descendas ad terram miserie et tenebrarum: vbi nullus ordo sed sempiternus horror inhabitat. Job. x.

Respiciẽ de sunt creature z quõ. Triplex locutio creaturarum.

§. III. Respice tertio supra ad celestia vt adiuueris: vt non solum gloriam sanctorum contempleris: sed etiam ipses in auxilium inuocare digneris. Unde Ps. cxx. Leuaui oculos meos in montes vnde veniet auxilium mihi. Nec credendum est prophetam loqui de montibus materialibus: quia inde nõ magis auxilium sperare possumus quam ad valles respiciendo. Sed loquitur de montibus spiritualibus siue diuinis personis: super quibus fundamenta supne ciuitatis (fm eundẽ Ps.) sunt sita: siue de mõtib⁹ rationabilibus .i. sanctis cõtẽplatione z perfectione in altum eleuatis. Et circa hoc tria debes respicere. Et primo qđ ipsa oratio ad deũ et sanctos directa fiat congruenter: in eo quod dicit. Leuaui oculos meos: non oculum ait: sed oculos. Debet enim eleuari ad deum et sanctos in oratione oculus speculatiuus: ad considerandum videlicet et sanctorũ bonitatem et largitatem: et cauere debet ne oculus ipse ad terrena tunc aspiciat. Unde et Damas. dicit q̃ oratio est ascensus intellectus in deum. Debet etiã erigi oculus practicus: vt .s. intendat operari quod velit .s. cum postulat virtutes z huiusmodi. Uel etiã secundus oculus põt dici pius affectus in deum directus. Unde z de Saluatore dicit Jo. xvij. q̃ eleuatis oculis in celum orãs dixit. Pater venit hora: clarifica filium tuuz ꝛc. Ut doceret moraliter z oculum intellectus per attentionem: z oculum affectus per fauorẽ ad deum dirigendum. Secõ respice qđ oratio ipsa fiat pluraliter. Unde subdit Ps. In montes. Nõ solũ enim ad vnum sanctum: sed ad plures dirigenda est oratio: qñq; ad vnũ: qñq; ad alium: vt nos docet sancta mater ecclesia. Quasdam enim gratias seu dona obtinet quis oratione directa ad vnum sanctum: quas non obtinet ex oratione facta ad aliũ sanctum: etiam lõge maioris meriti secũm cõe iudiciũ: sicut patet per quotidianam experiẽtiam in periculis maris z terre. Frequẽter esñ in naufragijs vel infirmitatibus constituti recõmẽdates se Petro Paulo Joanni vel Laurentio: nullũ inde reportarunt leuamen. Et exinde recommendantes se beato Dñico: vel beato Cyriaco vel beato Erasmo: vel alijs q̃ estimãtur inferiore apostolis: subito periculo euasere. Qđ propterea cõtingere credit: quia vult gloriosus deus

Vox elementorũ ad hominem.

Qđ respiciẽda sunt celestia.

Oro ex facienda ad plures sanctos.

deus etiam minimos sanctos exaltari: & ab hominibus veneratum magna beneficia ipsis mediantibus se percepisse cognoscunt. Vel hoc etiam potest procedere: quia aliquando quis cū maiori affectu & deuotione oculos mentis erigit ad auxilium postulando ab aliquo sancto etsi minori q̄ faciat orationem dirigendo ad sanctos maiores. Oratio autem quanto effectuosi? fit tanto efficacius exauditur communiter. Respice tertio q̄ oratio ipsa fiat fiducialiter. Unde subdit p̄s. Unde veniet auxilium mihi. Et hoc est quod Jacobus ait in canoñ. c. j. Postulet autē in fide id est cum fiducia nihil hesitans. Et certe causam habemus sperandi auxilium a sanctis cum sint fratres nostri. Sciūt enim necessitates nostras & miserias: precipue cum eos inuocamus: exoptantq; nobis bona. Neq; enim charitas in eis deficit quam in via habuerunt ad proximos: sed in eis ad summū perfectionis deueniet. Cum igitur in mundo conuersantes cū magno affectu laborarent: & in subleuandis aliorum miserijs? multo magis credendum est nunc nobis velle suffragari in illis in quibus deo beneplacitum esse cognoscunt sed & posse subest eis cum voluerint. Neq; enim beati essent si aliquid vellēt quod obtinere non possent: & cum per merita Abraam Ysaac & Jacob et Dauid dominus deus multa mala & flagella removerit a populo suo antiquo: & multa bona concesserit: vt patet ex pentateuchon & libus Regum qui tamen patres necdum ad gloriam intraverant: sed in limbo detinebantur: quanto magis credendū est propter merita apostolorum: martyrum ac cōfessorum: ac sacrarum virginum: & permaxime virginis matris Marie gloriosissime: qui sunt in gloria & fruitione beatissima: eos qui versantur in mundo multipliciter adiuuari in corpore & anima in spiritualibus & temporalibus: sicut patet per exempla beati Dominici: beati Barptolemei: & aliorum sanctorum.

Offonis bone cōditões.

§. III. Quarto respice infra ſcz

ad supplicia vt caueantur. Unde Esay. lj. dicitur. Leuate in celum oculos vestros: et videte sub terra deorsum id est non solum celestia: sed et inferna respiciatis: sub terra enim infernus est. Respiciendo autem illuc tria genera seu tres status repetries animarum.

In inferno tres sunt status aiarum.

¶ Et ex primo cognoscere poteris maximam tibi concessam gratiam.

¶ Ex secundo precipue tibi renouendam negligentiam.

¶ Ex tertio summe tibi cauendam impenitentiam.

Respice igitur primum statum: et hi sunt pueri siue puelle mortui sine baptismo post euangelium diuulgatum: vel remedio alio contra originale ordinatum in veteri testamento. Et hi q̄ quis pena sensibili careant: gloria tamē beatissime visionis in perpetuum priuātur. Et q̄ quis murum videatur & durum eos priuari tanta felicitate glorie superne sine aliqua culpa ab eis cōmissa: nulla tamē eis fit iniuria vel inuſtitia. Ex contracto enim originali pectō nascimur omnes filij ire. & debitores mortis eterne. Ad̄ si sine vllis meritis tuis placuit pijssimo deo sequestrare te a massa perditorū: & ad remedium contra debitam mortē te perducere: non habes hic certe q̄d cōtra deū queruleris. Sed vnde de tua liberatione magis q̄ illorū admireris: & ipsum affectuose venereris. Respice ad secūdum statū. s. eorum qui sunt in purgatorio. & ibi fm p̄s. Oculis tuis considerabis: & retributionē peccatorū videbis. Quia enim deus delictū omnino sine vltione non deserit: vt dicit Grego. de peni. dist. j. si peccatum Dauid. Sic etiam quantumcūq; minimum sit: quia negligentes fuerūt illi in mundo degentes ad purgandum venialia & ad satisfaciēdum pro criminalibus: ideo ibi torquentur maxima pena. Et q̄a nobis leuissima vel nulla estimantur delicta: ibi acerrime puniuntur. Sicut patet in vitis patrum precipue de quodam religioso qui ob hoc quod accesserat ad se balneandum ob quandam recreationem in aqua ibi suffocatus: apparuit defunctus cum brachijs & cruribus exustis: dicens se acerrime cruciari: et precipue propter illam delectationem balneādi: et propter hoc apparuerat cum exustione brachiorum et crurum. Sed qui deū timet nihil negligit. Ecclesia. vij. eorum scilicet que debet facere ad sui salutem & purgationem plenam. Si tamen perfectum dei timorem habeat: non solum initialem: sed etiam finalem. Respice tertio ad statum damnatorum. Quia enim ipsi noluerunt oculos aperire ad cognoscendas culpas: et lachrymis diluendas: nunc sine fructu eos aperiunt in tormentis. Sicut legitur de diuite epulone in inferno sepulto: q̄ eleuans oculos suos cū esset in tormentis: vidit Abraam a longe et Lazarum in sinu eius. Lu. xvj. Et vt dicit p̄s. xlvij. Ipsi videntes sic. s. dānati admirati sunt: conturbati sunt commoti sunt: tremor apprehendit eos. Ibi dolores vt parturientis: in spū vehementi conteres naues Tharsis. Et loquitur de regibus terre. i. peccatoribus: qui scōm terrena se regūt et habitāt in lateribus Aquilonis: vbi est frigus intēsum: & significat iniquitatem: que frigidam facit animam dei amore. Ubi tria nota.

Stat⁹ eorum qui sunt in purgatorio.

Timor ē duplex.

¶ Primo pene multiplicitatem: ibi. Ipsi videntes.

¶ Secdo multiplicitat̄ acerbitatē: ibi: Dolores vt parturiētis.

¶ Tertio acerbitat̄ hmōi causalitatē: ibi. In spiritu vehemēti.

Videntes ergo dānati sic scilicet sicut vidit ille dives in inferno gloriam et requiē bonorum admirati sunt dicentes: vt refert sapiens Sap̄. v. Hi sunt quos aliquando habuimus in derisum & in similitudinem improperij. Nos insensati vitam illorū estimabamus insaniam: & finem illorū sine honore. Ecce quō cōputati sunt inter filios dei. Ipsi videntes sic: q̄ vbi in mundo erant in honore: diuitijs: & delicijs: & tunc sunt in tanta miseria vt deficiat eis etiam aque gutta: admirati sunt dicentes. Quid nobis profuit superbia: aut diuitiarum iactantia quid contulit nobis? Transierunt omnia illa tanq̄ vmbra. Exinde conturbati sunt contra deum: qui habet potestatem super plagam. s. ignis quo cruciantur odientes eum: et pre turbatione linguas suas commanducantes eum blasphemant. vt habetur Apocal. xvj. Turbati sunt contra semetipsos adeo vt desiderēt mortem. i. sui adnihilationē considerantes melius eis esse nō esse quā male esse: sed mors fugit ab eis: quia deficere non possunt a male esse. Turbantur et contra eos cū quibus vel pro quibus vel cōtra quos male egerunt tanquā occasiones eorum pene. Commoti etiā sunt a demonijs qui eos cruciant: qui non dāt eis requiem die ac nocte. vt dicitur Hiere. xvj. Et quia pro lecto habent quod dicit Esa. xxiij. scilicet subter te sternetur tinea: et operimentū tuū erunt vermes. Tinea scilicet synteresis remurmuratio a malo: et vermes stimulorum conscientie propter penam quam sentiūt: non autem propter dei offensam. Et vltra hec. Tremor apprehendit eos timentes adhuc peiora pati: et precipue in recipione corporum suorum. vbi cruciatus eis augetur: et in presentatione sui in finali iudicio: propter quod dicitur Esa. xxxiij. Posedit tremor alias timor hypocritas. Respice huius multiplicis pene acerbitatem: cum dicitur. ibi scilicet in predictis dolores vt parturientis: qui maxime sunt et quasi mortales. put mulieres ex earum clamoribus ostendunt. Magnus enim clamor magnum dolorem indicat. Neq; enim aliqua similitudo posset induci ad declarandum acerbitatem illius doloris. omnia eiusmodi genera tormentorum huius vite etiam si possent reperiri in vno homine essent quasi ludus et solatium respectu illius pene. propter quod dicitur Esa. xxxiij. Quis poterit habitare de vobis cum igne deuorante? Aut quis habitabit ex vobis cum ardoribus sempiternis. q. d. intollerabile erit: et tamen inhabitare oportebit peccatores. Et deuorans dicitur ignis ille propter absorptionem doloris totius hominis. Et sempiternus dicit propter durationem. Dolores enim maxime erunt in aspectu iudicis superni: accusantibus omnibus eum: & testificātibus cōtra eum demonibus: angelis bonis: & cōscientia propria: ac cūctis creaturis. Unde Grego. O q̄ anguste sunt tūc vie reprobis &c. Vide in homil. aduētus. Respice tertio acerbitatis causalitatem: ibi. In spū vehementi conteres naues Tharsis. Ad dominum propheta hunc sermonem dicit cuius spiritus vehemens est ira maxima: que tamen ira non est vt in nobis concitati animi furor: sed iusta supplicij constitutio. secūdum Grego. Est igitur ire dei seuera punitio eius. Et in hac conteritur id est totaliter terit: vt nulla pars anime vel corporis remaneat intacta aut non afflicta. Naues videlicet mentes merces peccatorum secum portantes Tharsis. i. gaudia mundi in ipsis peccatis querentes. Interpretatur enim Tharsis exploratio gaudij. Explorant enim hoc est querunt aliqui gaudium suum & delectationem in diuitijs: vt auari. Alij in delicijs: vt lasciui et gulosi. Alij in honoribus: vt ambitiosi et superbi. Has igitur naues in spiritu vehementi id est seuera sententia conteret anima et corpore. Hiere. xvij. Duplici contritoine cōtere eos domine deus noster. Et hec causa totius pene eorum: quia querentes gaudia mundi noluerunt in mundo salubriter conteri. Qui enim impenitens moritur: oīno moritur: et eternaliter cruciatur. secundū Augu. de peni. dist. vij. capitu. fi. studeat. Et ideo cuita impenitentiam et respice: quia peccatores videbunt cum his malis filium hominis venientem &c.

Damnati admirātur de gīla bonorum.

Tormenta inferni sunt multa et aspera. Et genera tormentorū huius vite est ludus quo ad ea.

pō. xlvij.

Quō respicienda sunt peccata commissa.

§. V. Respice quinto poste seu

retro. s. pctā cōmissa ad satisfaciendum nō ad iterandū, nemo enim mittens manū suā ad aratrū ⁊ aspiciens retro aptus est regno dei. Luc. ix. Ponere manū ad aratrū ⁊ aspicere retro: est post assumptā penitentiā vel religionē ad peccatū vel ad seculū corde redire: hoc autē a regno dei excludit. Sed oculos debet ḡs retro habere sicut habebāt alia de quib⁹ scribit Apoc. iiij. vt videlz peccata cōmissa recogitātes ea mortificent. In cuius figura legitur q̄ Abraā leuauit oculos viditq; post tergū herētē arietē cornibus spinis: quē obtulit in sacrificiū p Isaac primogenito. Gen. xxij. Abrā intēdēs mactare primogenitum suum in sacrificium vt deo placeret: signat virtuosum: qui aliqñ appetitum rationalez querit mortificare in honorem dei: dum s. necessaria que dictat ratio subtrahit sibi. Sed aspiciens retro s. ad vitam preteritā ⁊ videns appetitum sensualem ⁊ animalē ducē passionū: vt aries est dux aliorū: infirmorū vitijs tāḡ spinis cōscientiam pūgentibus a deo instruitur vt appetitum bestialem offerat deo carnē suā crucifigēdo cū vitijs ⁊ occupiscētijs magis quā indiscretis abstinētijs. Quia scōm Hiero. apud deum non tam valet abstinentia ciborū quā mortificatio vitioū. de pen. dist. j. mensurā. Respice ergo retro ad opera prava commissa propter que creatura exosa efficitur deo. scōm illud Pś. Odisti oēs qui operātur iniquitatē. Que etsi aliqñ occulta sint hominibus: deo tamē clare nota. Unde ipse dixit. Scio opera tua: quia nomen habes q̄ viuas. s. scōm apparentiā ⁊ mortuus es. Esto vigilans ⁊ confirma cetera que moritura erant: ⁊ penitentiam age. Apoc. iij. Respice retro ad locutiones inutiles: q̄ vt dicitur Sap̄. j. Sermo obscurus in vacuū non ibit. Et dicitur sermo obscurus locutio que non habet in se claritatem edificationis et recte intentionis. et hic non ibit in vacuum. i. non trāsibit sine punitione. Et vt dicit apostolus. j. ad Corin. xv. Corrūpunt bonos mores colloquia mala. Quod patet per experientiā in pueris: qui cū a natura pueri sint efficiunt plerūq; blasphemijs: periurijs: mendacijs: contumelijs: scurrilitatibus propter ea que audiunt ab his inter quos conuersantur. Respice ad cogitationes pravas. Nam vt dicitur Sap̄. j. In cogitationibus impij interrogatio erit. s. in iudicio dei: ac etiā punitio de ipsis si norte fuerint. Unde dicitur Mich. ij. Ve qui cogitatis inutile. Et mulo magis ve erit eis qui in ipsis morantur. Quod reprehendens dominus ait Hiere. iij. vsq; quo morabuntur in te cogitationes norte. Et ideo poeta inquit. Principijs obsta sero medicina paratur. Cum mala per longas cōualuere moras.

Psā. xliij.

Qui. i. j. de remedio amoris.

§. VI. Respice sexto que ante te

sunt: videlz futura mala seu pericula: vt enim dicitur Prouerb. j. Frustra iacitur rete ante oculos pennatorum. Uidentes enim pennata. i. aues rete ante se: et ex hoc estimantes periculum captionis: ab eo declinat. Sic ⁊ habentes pennas virtutum cum aspiciunt que sunt ante se: et vident pericula imminentia sibi: prouident ne capiant a diabolo. Et in huius figuram Balaan prophēta cum iret ad maledicendum populū dei: aperiēs oculos et videns ante se stantem angelum gladio euaginato ad percutiendum eū: intelligens periculum suum abiit uere superstetit: vt habetur Nume. xxij. Ad significandum q̄ si ḡs dispositus sit ad male agendum: si oculos aperit mentis ad aspiciendum quid ante se est futuram. s. dei vltionem a malo aliquando desistit: ne incidat in manus dei viuentis et punientis. Debet autē aspicere ⁊ pericula futura tribulationis: vt eis si potest debito modo obuiet: sicut fecit regina Hester ad obuiandum interfectioni totius populi sui: quam fraudulēter procurauerat Amā ab Asuero: primo se iuuans orationibus: ieiunijs: ⁊ alijs humiliationibus. Et exinde vrens humana prudentia vt posset alloqui regem: ⁊ reuocationem persuadere predicte sentētie: pauēs periculum quod imminebat: vt scribitur Hester. xiij. Et dei adiutorio sublatum est periculum Aman suspenso. Debet secūdo aspicere pericula futura exercitationis. Sunt em̄ quedam exercitia magni periculi inter que est prelatio. Unde Augu. in regula. Quanto in loco superiori: tanto in periculo maiori versatur. non enim solum de sua: sed ⁊ de subditorum animab⁹ habet reddere rationem: et permaxime prelatio ecclesiastica. Unde Augu. Nihil est in hac vita: et maxime hoc tempore difficilius ⁊ laboriosius ⁊ periculosius episcopi: aut pb̄yteri: aut diaconi officio. dist. xl. ante omnia. Exercitationem etiam negotiationis et hospitis esse multū periculosam ostendit Sapiens Eccli. xxvj. dicēs. Due species difficiles ⁊ periculose mihi apparuerūt. Difficile exuitur negotians a negligentia scz circa salutem anime et non iustificabitur caupo a peccatis labioū. Et dicitur negotians non solum ille qui rem emit et eam non mutatā alteri vendit: sed etiam qui de materia empta artificia facies vendit. Difficile est autem inquit Leo papa: inter vendentis et ementis cōmercium non intercedere peccatum: et ideo penitēti vilius est dispendia pati quā periculis negotiationis adstringi. de peni. dist. v. qualitas. Et permaxime vbi est periculum mortalis. Nō est etiam liber a laqueis diaboli: qui se militie mundane voluerit implicare. Idem Leo dist. eadem. c. seq. Tertio debet aspicere pericula perplexionis: vt videlicet vbi dubitat probabiliter in aliquo opere esse peccatum: precipue mortale: non faciat illud nisi ablata dubitatione q̄ est ex conscientia erronea. Dicitur enim Eccli. iij. Qui amat periculū: in illo peribit. Sed neq; cooperari debet aut ratificare q̄d alii faciūt cū periculo erronabili suo. Ussi ⁊ Dauid aquā concupitā de cisterna Bethlē: quia tres viri forte accesserūt illuc ad hauriēdū eā cū maximo periculo: q̄ ibi habitabāt hostes eorum. s. Philistiim: bibere noluit: sed effudit dicēs: q̄ in periculo animarū suarū obtulerūt mihi aquā. j. Paral. xj. Felix etiam quem faciunt aliena pericula cautum.

Nota contra mercatores.

Cato.

§. VII. Respice septimo a dex-

tris sanctorum exēpla. s. vtsimilia agātur. Dicitur enim Ezech. x. de animalibus electos significantibus q̄d omne corpus eorū et manus plena oculis erant. Et quia idem prophēta vidit in alia visione aquam egredientem a latere dextro: et omnes ad quos puenit aqua ista salui facti sunt. Ezechie. xlvij. Que aqua significat gratiam virtuose conuersationis procedentem a congregatione sanctorum designatam per latus dextrum. Ideo respice ad dexteram vitam: scz sanctorum vt imiteris. vnde Job. Respiciet: scilicet homo homines et dicet. Peccaui ⁊ vere deliqui: et vt eram dignus nō recepi. xxxiij. c. Respice igitur primo quod sancti et permaxime caput eorum christus: habēt in se humanitatem in verbis ⁊ operibus suis compatiēdo aliorum miserijs. Unde dicit apl̄s ad Titum. iij. c. Apparuit benignitas et humanitas saluatoris nostri dei. videlicet in recipiendo peccatores non abijciendo pauperes: fiendo cum flentibus: subueniendo infirmantibus ⁊ huiusmodi. Et vt dicit Sap̄. xij. Docuisti populū tuuz per talia opera: q̄m oportet iustum esse ⁊ humanum. Unde dicit Job in dicta auctoritate. Respicit homines. Homo autē dicitur ab humanitate. i. videbit iustos esse humanos. Secūdo habent puritatē: nā ⁊ de minimis que peccata nō reputantur sibi conscientiā faciūt. Ussi ⁊ Augu. in lib. confes. publice fatetur se peccasse in aspectu aranearū capientiū muscas in telis suis: ⁊ canem insequentem leporem. Et cū puer erat nō libenter iret ad scholas seu diceret: nisi et metu verberum ⁊ huiusmodi. De beato Hiero. narrat Eusebius q̄d minima peccata vt verba otiosa amarissime defiebat tanḡs scelera. Similiter ⁊ in prima collatione abbatis Moysi dicitur q̄ anima sancta et perfecta etiam leuissimas cogitationes peccatorum in puncto tangentes reputat quasi vt magnam fornicationem timēdo ne deus deserat eam. Et ideo dicit Job. xxxiij. q̄ aspiciens hoies scz sanctos dicet: peccaui: hoc est considerando q̄ de minimis illi, sibi faciunt conscientiā: non se excusant: sed accusant de suis sceleribus dicendo peccaui. Tertio habent sancti multam aduersitatē. Ego enim ait dominus Apocal. iij. quos amo arguo ⁊ castigo. Et Judith. viij. Omnes qui deo placuerunt ab initio per multas tribulationes trāsierūt fideles. Q̄d maxime fuit impletum in christo discurrēdo per eius vitam ⁊ mortem. Et ideo vt ait apl̄s Heb. xij. Aspicientes in auctorem fidei ⁊ cōsummatorem Jesum qui proposito sibi gaudio sustinuit crucē cōfusione cōtēpta. Et ideo vt dicit Job. xxxiij. q̄ hoc aspiciendo dicunt hoies vt erā dignus nō recepi. Hā si innocētes ⁊ iusti tāta ppessi sunt: nihil est q̄d recipi aduersum respectus eorū que merui.

Quō respicienda sunt fortitudo sanctorū exempla.

Nō ad humanitatem dicit.

§. VIII. Respice octauo a sini-

stris prauarum gesta: vt tua opera cōfundantur. In sinistra em̄ parte mali collocandi sunt in iudicio: quia sinistram intentionē habuerunt: ⁊ sinistra opera fecerunt. Horum consideratio cōfusionem inducit nō modicam seruis dei. Propter quod dicitur Esa. xxiij. Erubesce Sydon ait mare. Mare signat vitam et cōuersationem peccatoris et mundani. Esa. lvij. Cor impij quasi mare feruens. Sydon aūt ciuitas insula maris significat conuersationem religiosorum ⁊ spiritualiū qui sunt separati a mū-

do. Q̄d

do. Quod ergo mare dicit Sydoni vt erubescat significat secũ dum Grego. q vita secularis inducit confusionẽ vite spirituali ex consideratione sue actionis. Et hoc tripliciter. Primo consi derãdo quãtũ laborãt in tpalia cõgregando⁊ mala operando. Ysaie. ix. dicit. Vt inique agerẽt laborauerunt. Et Sap. v. dicunt ipsi reprobati. Lassati sumus in via iniquitatis ⁊ perditionis: ⁊ ambulauimus vias difficiles. Exemplus patrum antiquorum. Unde in vitis patrũ legitur q cum Pelagia publica meretrix pergeret ad ecclesiam in Alexandriam vbi erant multi episcopi cõgregati: vnus ex eis sanctissimus fixe intuitus est eam admirans de ornatu eius et studio adhibito ad capiendas animas: et demum cõuersus ad alios epos dixit cũ multis lachrymis. Ista meretrix confundit et condẽnat nos. Non enim omni tẽpore vite mee ego habui tãtam diligentiam ad placendum deo: quantam ista habuit diligentiam et solicitudinem ad placendum mũdo. Demũ oratione eius conuersa est ad fidẽ ⁊ penitẽtiam. Magnã erubescẽtiã debet habere homo q plus faciat p mũdo et dãnatione eius qꝫ pro deo et saluatione sua. Unde apls Roñ. vj. Humanum dico ⁊c. Sicut exhibuistis mẽbra vestra seruire immũditie ⁊ iniquitati ad iniquitatem: ita nunc exhibete ea seruire iustitie in sanctificationẽ. i. non minus laboretis pro deo qꝫ feceritis p mũdo. Secũdo vita mundanorũ confundit vitã spiritualiũ inquantũ sunt solicitiores ad inquirendum diuersos modos augendi diuitias: et cautiores ad vitandum dãna temporalia qꝫ spũales circa spũalia. Ũñ christus Lu. xvj. Filij huius seculi prudentiores filijs lucis in generatione sua sunt. Tertio quia magis dolent de dãnis mundi qꝫ multi bont de damnis anime. Qui eñ amittit substantiam vel aliquem consanguineum dolet aliquãdo vsqꝫ ad mortem: sicut experientia docet. Sed pro dãnis anime ⁊ amissionis glorie vix potest quis dolere et vnam lachrymam ab oculis extorquere. Sed vt dicit Augu. Sciat se culpabiliter reum qui deflet damna amici vel temporis id est temporalia et peccata commissa non deflet. Et hoc precipue quando procedit ex paruitate doloris et amoris dei. Deduc ergo quasi torrentem lachrymas per diem et noctem: non des requiem tibi: neque taceat pupilla oculi tui. Thren. ij.

De ratione superiori et inferiori. Capm. viij.

Differit rõ et intellect⁹.

Sciendum qõ ratio et intellectus in hoie nõ possunt esse diuerse potentie fm beatũ Tho. in. j. par. q. lxxix. ar. vlq. Et hoc manifeste cognoscit si vtriusqꝫ cõsideret actus. Intelligere eñ est simpliciter veritatẽ intelligibilẽ apprehendere. Ratiocinari aũt est ꝓcedere de vno intellectu in aliud ad veritatẽ intelligibilem cognoscendã. Et quia angeli pfecte possidẽt fm modũ sue nature cognitionẽ intelligibilis veritatis: nõ habent necesse ꝓcedere de vno in aliud: sed simpliciter ⁊ absqꝫ discursu veritatem rei apprehendunt: ⁊ ideo dicuntur intelligẽtie seu intellectuales. Homines vero ad intelligibilem veritatem cognoscẽdã perueniũt procedẽdo de vno in aliud. Et ideo homines rõnabiles dicũtur. Unde patet q ratiocinari cõparat ad intelligere: sicut moueri ad quiescere: vel sicut acquirere ad habere: quorũ vnum est perfecti: aliud imperfecti: aliud imperfecti. Manifestum est aũt qõ quiescere ⁊ moueri nõ reducũtur ad diuersas potentias: sed ad vnã ⁊ eãdẽ: etiam in rebus materialibus: q; per eãdẽ materiã aliquid mouetur ad locũ ⁊ quiescit in loco: ⁊ multo igit magis per eãdẽ potẽtiã intelligimus ⁊ ratiocinamur. Aug. etiaꝫ dicit super Genesim ad literã: q illud quo homo irrõnabilibus aialibus antecedit est ratio vel mẽs vel intelligentia: vel si quo aliquo alio vocabulo cõmodius appelleꝫ. Intelligentia et intellectus non sunt differẽtie potentie. Et sic patet q ratio et mens sunt vna potentia realiter: sed differunt ratione. Itẽ nota q intelligẽtia non est alia potentia ab intellectu. Pro cuius declaratione dicit beatus Tho. q. vbi. s. q hoc nomẽ intelligẽtia ꝓprie significat ipm actũ intellectus qui est intelligere. Unde in quibusdam libris de Arabico translatis substantie separate quas nos angelos dicimus intelligẽtie vocantur. Forte propter hoc: quia huiusmodi substantie semper actu intelligũt. In libris tñ de Greco trãslatis dicuntur angeli intellectus seu mentes. Sic ergo intelligentia ab intellectu nõ distinguitur sicut potẽtia a potentia: sed sicut actus a potẽtia. Inuenitur talis diuisio etiam a phis. Qñqꝫ enim ponunt quatuor intellectus: scilicet intellectum agẽtẽ: intellectũ possibilẽ: intellectũ in habitu: ⁊ intellectum in actu vel adeptũ quorum quatuor intellectus agens ⁊ intellectus possibilis sunt diuerse potentie: sicut ⁊ in omnibus alia est potẽtia actiua ⁊ alia passiua: alia vero tria distinguuntur secundum tres status intellectus possibilis: qui quandoqꝫ est in potentia tñ: ⁊ sic dicitur possibilis. Qñqꝫ est in actu primo. i. scientia: ⁊ sic dicitur intellectus in habitu. Qñqꝫ aũt in actu scõdo qui est cõsiderare: ⁊ sic dicitur intellectus in actu siue intellectus adeptus. Nec obstat q in lib. de spũ ⁊ aia ꝺr. q cũ ab inferiori ad superiora ascendere volumus ꝓius occurrit nobis sensus: deinde imaginatio: ⁊ postea intellectus: et postea intelligentia: ponitur enim intelligẽtia ibi pro actu intellect⁹: ⁊ ratio ꝓ actu discursiuo ipsius intellectus. et sic distinguitur intelligentia et ratio ab intellectu sicut actus contra potentiam: et non sicut vna potentia contra aliam. Sed ⁊ ille liber non est multe auctoritatis secundum Tho. Notandũ etiam quod diuisio intellectus in speculatiuum ⁊ practicum nõ est diuisio realis scilicet qõ sint diuerse potentie realiter distincte: sed sunt actus vnius potentie intellectiue diuersi per respectum ad finem. Nam intellectus speculatiuus est qui hoc quod apprehendit non ordinat ad opus: sed ad solam veritatis considerationẽ. Practicus vero intellectus dicitur: quia hoc qõ apprehendit ordinat ad opus. Et hoc est quod dicit phs in iij. de anima. qõ speculatiuus differt a practico fine. Unde ⁊a fine denominatur vterqꝫ. Hic quidẽ speculatiuus. Ille vero practicus id est operatiu⁹. Dicit etiã phs ibidẽ: q intellect⁹ speculatiuus per extensionem fit practicus. Et ex hoc probatur q nõ sunt diuerse: q; vna potentia nõ põt mutari in aliã. Tho. vbi. s. Ratio distinguit in superiorem ⁊ inferiorem. Et circa hoc tria possunt considerari pro declaratione huius materie: videlicet.

Diuisio intellect⁹ in speculatiũ et practicũ non est distinctarũ potentiarum.

¶ Officium vel actum quo distinguuntur.

¶ Uitium vel peccatum quo inficiuntur.

¶ Gradum vel reatum quo intenduntur.

§. I. Quantum ad primum scilz

Duplex est rõ.

actu vel officium quo distinguuntur. Sciendum qõ ratio inferior vel superior non sunt diuerse potẽtie sed vna: que secũdũ diuersa officia et diuersos actus quos habet geminatur et distinguitur. Et probatur tripliciter: videlicet ratione: similitudine: ⁊ auctoritate. Ratione autem probatur sic. Quanto potentia est immaterialior ⁊ simplicior: tanto existens vnita se extendit ad plura quod patet: q; oia sensibilia que diuersis sensibus apprehendunt sensus communis vna potentia existens apprehendit et discernit. Sed intellect⁹ est simplicior et immaterialior omni potentia sensitiua: ⁊ particulari siue communi: ideo ad plura se potest extendere. Similitudine vero idem probat. Experimur enim qõ eadẽ potentia sensitiua scz visu superiora: vt corpora celestia: solem et lunam: ⁊ huiusmodi. et inferiora vt corpora terrestria: metalla: ⁊ animalia: ⁊ huiusmodi cernimus ⁊ videmus. Ergo multo magis eadem potentia intellectiua: que rõ dicit superior vel inferior: eterna et temporalia intueri valet. Et superior quidem ratio dicitur prout ea eterna contẽplamur. Inferior prout ea tẽporalia intuemur. Auctoritate idem probatur. Dicit enim Augu. xij. ⁊ in prin. xiij. de trini. q ratio superior est que intendit rebus eternis aspiciendis vel cõsulẽdis. Et ipsis rebus eternis ꝓspiciẽdis intendit sicut obiecto: secũdũ q eterna in seipsi ratio superior contemplatur. Sed rebus eternis consulendis intendit tãquã medio secm q ex eternis ratio superior accipit regulas agendorũ: vel fm q eterna applicat ad dirigẽdam voluntatem ⁊ actionem. Uerbi gratia. Cum aliquis per iudicium rationis deliberat de agendis: ex hoc quod aliquid est deo acceptum: vel diuina lege preceptum vel prohibitum: tunc tale iudicium rationis attribuitur rationi superiori. Sed cum aliquis per iudicium rationis considerat de agendis per causas inferiores: vt pote furtum vel adulterium: vel aliud peccatum non est faciendum considerãdo actus turpitudinem: rationis dignitatem: offensam hominum. et quantum peccatum sit dãnosum et inhonestum: et tunc tale iudicium attribuitur rationi inferiori. hec Rayne. post beatum Tho. in. j. par. et in questionibus de veritate. Et principium vel habitus cui ratio superior attribuitur est sapientia. Principium vero vel habitus cui ratio inferior attribuitur est scientia. His vero duobus sapientie et scientie directe opponuntur stultitia ⁊ ignorantia. Stultitia quidem sapientie: et ignorantia opponitur scientie. Omnia autem alia peccata indirecte predictis duobus habitus. scilicet sapientie et scientie opponuntur inquantum regimen sapientie et scientie in quolibet opere requiritur: deprauatur. ratione cuius omnis malus stultus dicitur et ignorans. Rayne. post Tho. in. j. parte.

De offẽsijs vel actibus rationis.

Diuisio rõnis in superiorem et inferiorem rõ est potentiarum: sed actuum.

Duo duobus opponũt.

Deviti⁹ vel defectibus rationis.

§. II. Quantū ad secundū cōsiderandū scz vitiū quo ratio superior z inferior inficiūtur. Notādū est q⁹ in vtraq; scz in ratione superiori z inferiori potest esse peccatum. Hoc aūt sic probatur. Peccatū cuiuslibet potentie consistit in actu eius. Ratio aūt habet duplicem actū: scilicet cognitiuum z directiuum. Ratio enim primo est cognitiua veri: z nunq̄ ratio in cōmuni errat respectu veri. z similiter volūtas nunq̄ errat respectu appetitus boni in communi: z sic nunq̄ in eis est peccatū. Si in particulari sic. Nam defectus rationis in cognoscendo verū causatur ex tribus. s. ex omissione: ex electione: et ex passione. Ex omissione primo causatur defectus rationis: quando videlicet quis habet circa ignorantiam veritatē vel errorem: ex eo q⁹ omittit scire vel cognoscere aliquid qđ potest z debet scire: z tūc est peccatū defectus talis rationis. Unde Augu. Illis omnino ignosci non poterit qui habentes a quo discerent operam nō dederūt. di. xxxvij. c. fi. Secūdo causatur defectus rationis in cognoscendo veritatē ex electione: quando quis affectat z eligit nescire qđ debet scire z potest vt liberius z licentius peccet: z talis defect⁹ rationis aggrauat peccatū. de quo ps. xxxv. Noluit intelligere vt bene ageret. Tertio defectus rationis circa cognitionē veri causatur ex passione. Sed hic notandum qđ passio nō absorbet rationē in vniuersali: sed in particulari. Unde quia voluntas sequitur iudicium rationis: sicut ratio peccat ex aliqua passione iudicando hoc esse bonum quod non est bonū: ita voluntas peccat in eligendo quando scilicet voluntas ex defectu rationis bonum aliquod eligit quod nō debet. Uerbi gratia. Accipiantur z proponātur tria. duo vniuersalia z vnum particulare. Et primum est istud. Nulla fornicatio est committēda. Iudicium rationis in vniuersali est perfectum: eo q⁹ in vniuersali ratio nunq̄ errat vel peccat. Secūdo proponatur alia vniuersalis hec: scilicet: omnis fornicatio est delectabilis. In hoc etiaz est perfectum iudicium rationis. Tertio ex his duabus propositionibus enumeratis accipiatur vna particularis scilicet hec. Accedere ad hanc mulierem est fornicatio. Tunc enim si ratio fuerit adeo fortis: vt nec etiam in particulari passione vincatur: erit recta electio conclusionis. Tunc enim continens eliget istā conclusionē negatiuā pticularē verā: scilicet fornicationē nō cōmittere. Sed si ratio fuerit debilis adeo: vt a passione vincatur erit peruersa conclusionis electio: puta dicet incontinens fornicationem delectare: z sic ad hanc mulierem accedere: z ita erit peccatum in ratione. Hoc autem per exemplū probatur de ebrioso. Sicut enim ebriosus potest proferre verba sapientie in cōmuni: que tamen intellectus in particulari nō accipit: sic ille qui est passionibus subditus vel ligatus: licet habeat rationē: nō tamen verū iudiciū rationis: cuius scilicet est dirigere interiores vires vel passiones z exteriora membra. Sciendū tamē q⁹ motꝰ illicitos nō reprimit ratio postq̄ deliberauit per ipsam rationē: quia motus passionum insurgētes sunt inordinati: si circa tales motus illicito immoratur z non expellit semper peccat. Et ratio huius est: q⁹ huiusmodi passionibus z inordinatis motibus mēbrorum exteriorum per actum propriū rationis z voluntatis potest occurrere z obuiare: z ideo si non facit peccat: q⁹ hoc est huiusmodi assentire z ei placere. Raynerius post Tho. in ij. sen.

§. III. Quātū ad tertiū principale scilicet gradū vel reatū quo intendūtur ratio inferior z superior. Notande sunt tres conclusiones. Prima est q⁹ in vtraq; ratione. s. superiori z inferiori potest esse peccatū. Qđ sic pbatur: cū volūtas deordinatur ex falso iudicio vel ex falsa deliberatione rationis per rationes diuinas: ex qua rationis deordinatiōe z falsa deliberatione sequitur electio prauа: tunc est peccatū in ratione superiori. Uerbi gratia. Si dicatur sic. Omne prohibitum lege dei est vitandū. Ex hac deliberatione rationis hereticus dicet. Omne iuramentū a deo est prohibitum: ergo eliget z permittet se potius mori q̄ iurare: z sic volūtas eius deordinatur per falsum z inordinatum iudicium rationis superioris. Similiter in ratione inferiori potest esse peccatum cum videlicet volūtas deordinatur ex falso iudicio vel falsa estimatione rationē temporaliū z creaturarū. sicut verbi gratia. Si quis post deliberationē iudicet omnē delectationē esse prosequendā: z cōsiderans fornicationem esse delectabilē: cōcludat eam esse prosequendā: tunc est peccatū in ratione inferiori. Secūda cōclusio est q⁹ in ratione superiori potest esse peccatū mortale z veniale. Habet enī ratio duplicem actū. s. subitū z deliberatum: z quantū ad actum subitū nō est ibi mortale. Et ratio huius est: quia contingit hoc ex surreptione mentis ante iudictum rationis. Uerbi gratia. Apprehendit aliquis subito p rationē aliqđ esse tāquā impossibile circa fidē: vt deū esse eternum vel esse trinum et vnum: tunc est anteq̄ ratio aduertat hoc esse contra mandatum dei: dicat deū nō esse trinū z vnū: non est mortale: sed veniale. Quātum vero ad actū scōm rōnis scz deliberatū pōt esse in ratione superiori et mortale z veniale. Nam postq̄ p deliberationem rationis percepit aliquid esse preceptum dei: puta qđ credatur deū esse trinum z vnum: si discernēdo discedat ab hoc precepto erit mortale. Sed si ratio superior post deliberationem: q⁹ percipit quod occurrit agendum nō esse contra legē dei: sed preter: est veniale peccatum: sicut verbum otiosum et huiusmodi: z tunc in rōne superiori est veniale. Et hoc nisi illud quod ex se est veniale: deliberate paratus esset facere etiā si esset cōtra preceptum. Nā tunc tale facere vel ad huiusmodi consentire esset mortale. Tertia conclusio est qđ in rōne inferiori qñq̄ est mortale: qñq̄ veniale. Ratio huius est: q⁹ cum inferior ratio circa inferiora non habeat nisi actum deliberatū. si quis cōsentit in id qđ est veniale ex genere puta mendacium iocosum et huiusmodi erit veniale. Sed si consentiat in id qđ ex suo genere est mortale: vt in furtū: rapinā: vsuram et huiusmodi erit mortale. Rayne. post Tho. in ij. sen. Et nota qđ ligatio ratiōis potest causari ex quinque. Primo ex natiuitate: sicut illi q̄ nascunt amētes: z per totam vitam nunq̄ habuerunt lucida interualla. Et tales quicquid operantur de genere bonorū vel malorum non imputatur eis ad meritum vel demeritum. Huius ratio est: quia sicut nō sunt compotes rationis: ita nec habent vsum propriе voluntatis: z his pōt dari baptismus z vtiliter: sed nō alia sacramenta z chrisma. Ligatur secundo ratio ex infirmitate superueniente: vt furia: amētia: phrenesi z huiusmodi. Et si talis infirmitas impediat iudicium rationis scōm omne tempus: ita q⁹ nūq̄ habeat lucida interualla: si ipsa infirmitas accidit sine vlla culpa sua precedēti: tunc excusatur omnino in his que facit de genere malorū: etiā et a pena temporali argu. ad hoc. xv. q. j. aliquos. Sed si nō impedit infirmitas iudicium rationis secundū omne tēpus quin habeat lucida interualla non excusatur: imo grauius inculpat in malis: si in illam infirmitatem incidit ex culpa sua: sed si sine culpa sua: tunc excusatur. Tertio causatur ligatio rōnis ex dormitione: et ideo quicquid accidat in somno siue pollutio: siue aliquid aliud de se non est peccatum. Ratio huius est: quia ibi est ligatum iudicium rationis z arbitrium volūtatis: ex quibus peccat homo et meretur. de hoc plene infra in tertia parte. Cōtingit quarto ligatio rationis ex turbatione seu stupore: sicut fuit in Loth quando turbatus de scelere Sodomitarum quod perpetrare volebant in hospites suos: voluit flagitium flagitio commutare: offerendo filias commixtioni: ne illi paterentur in iurtam. vt patet Gen. xix. Ubi notandum quod in Loth fuit duplex voluntas. Una rationis vel deliberationis: qua voluit hospites ab iniuria liberare: et hec est commendanda et imitāda. Alia fuit ex perturbatione et susceptione: filias crimini voluit exponere: z hec est aliqualiter excusanda: sed non imitanda. Et quia in Loth fuit turbatio in sensualitate non in ratione deliberata: sed subitus motus fuit in eo: ideo peccatū fuit veniale. Aliqui tamē dicunt qđ peccauit mortaliter. Quinto contingit ligatio ex ebrietate. Et si ebrietas accidat ex excecedēti et libidinosa potatione vel aduertenter: est ibi et pena et culpa: et causa culpe q̄ in ebrietate cōmittitur: sicut accidit Loth qñ inebriatus fuit a filiabus suis. Gen. xix. Rayne. post Tho. in summa.

Prima cōclusio.

Secūda cōclusio.

Tertia cōclusio.

Ligatio rationis causatur ex quinq⁹

Loth in peccatū offerendo filias.

De syntere si. Capitulū. ix.

Syntere sis non est potētie anime: sed quidam habitus. Circa quam tria possunt considerari scilicet quidditas. Impeccabilitas: et inextinguibilitas. Et quantum ad primum sciendum quod syntere sis est quidam connaturalis habitus siue connaturale lumen: cuius actus vel officium est hominem retrahere a malo: murmurando contra peccatum et inclinare ad bonum. Quod autem in nobis sit istud lumen scilicet synte resis probatur sic. Sicut enim in anima nostra est aliquis habitus vel aliquod lumen respectu cognoscibilium: quem habitū vocamus intellectum principiorum scilicet lumen intellectus agentis. Ita in anima nostra est quidam habitus naturalis: siue quoddam lumen naturale principiorum operabilium: que sunt vniuersalia principia iuris naturalis: quod scilicet lumen

Quid sit syntere sis.

vocamus

vocamus synteresim: que omni malo resistit: et omni bono consentit. Unde Augustinus in lib. de baptismo paruuloꝝ differiens synteresim dicit sic. Synteresis est lumen innatum et anime concreatum quo dirigimur ⁊ mouemur ad faciendū ea que pertinent ad iustificationem culpe ⁊ pene ⁊ adeptionē glorie. Hanc Basilius appellat naturale iudicatoriū. Ita q̄ synteresis est naturale lumē rationis quo resistimus omni malo: et assentimus naturaliter omni bono. Pro cuius declaratiōe sciēdum q̄ ratio anime habet tria facere: scilicet cognoscere: deliberare: ⁊ iudicare. Primo enim est cognitiua operabilium: ⁊ talis ratio nō est synteresis. Cuius ratio est: q̄ in cogitatione boni vel mali vt sic non consistit meritum vel demeritum. In synteresi autem sic. Scō modo ratio est deliberatiua operabiliū: ⁊ talis etiam ratio nō dicitur synteresis. Cuius ratio est. Quia scōm cognitionem deliberatiuā contingit peccare: synteresis autē peccare non potest. Tertio modo ratio est iudicatiua operabiliū: et hoc duobus modis: videlicet vel operabilium que ad mores non spectāt: et talis ratio non est syteresis: vel credibilium aut operabiliū que pertinent ad bonos mores: ⁊ tale lumen naturale rationis dicitur synteresis. Itē nota q̄ licet synteresis naturaliter inclinet ab bonū non tm̄ in opus meritoꝝ ex puris naturalibus sine gratia dei. Item liberum arbitrium nō est idem quod synteresis: q̄ liberū arbitriū habet iudicium de particulari operabili. Synteresis autem de operabili iudicat in vniuersali. Sed nec synteresis est idem q̄ cōscientia: q̄ cōscientia recipit errorem ⁊ perturbationē: non autem synteresis. Tamē conscientia ex parte superioꝝ scōm rē reducit ad synteresim. Tho. in .j. parte. q. lxxix. arti. xij. Et in questionibus de veritate. Et Alexā. in .iij. par. summe. Raynerius. Quantum ad secundū scz impeccabilitatem sciendū q̄ synteresis peccare non potest triplici ratione: scz oppositionis: operationis: ⁊ imitatioꝝ nis. Et primo ratione oppositionis probatur sic. Synteresis ⁊ fomes opponuntur: eo q̄ contrarias inclinationes habent: sed fomes semper inclinat ad malum: ergo synteresis semper inclinat ad bonum. Secundo scilicet ratione naturalis operationis probatur sic. Quod naturaliter ineſt: semper ineſt sed naturale est synteresi quod remurmuret ⁊ resistat peccato q̄ō est cōtrariū ad consentire peccato: ergo nunq̄ in malū consentit: ⁊ per consequēs nunq̄ peccat. Tertio scilicet ratione imitationis: sic p̄batur. Synteresis respicit ⁊ imitatur superiorem partem rationis: sicut fomes inferiorem. Sed pars superior rationis peccare non potest: ergo nec synteresis. Tho. in questionibus de veritate. Ray. Circa tertium scilicet in extinguibilitatem sciendū q̄ō synteresis quantum ad eius effectum qui sunt inclinatio ad bonum et displicentia mali culpe. Cum queritur vtrum possit extingui: sciendum q̄ hec extinctio potest intelligi quadrupliciter. Primo ex parte habitualis luminis: ⁊ sic non potest synteresis extingui: quia sicut impossibile est q̄ anima priuetur lumine intellectus agentis per quod huiusmodi speculabilia ⁊ operabilia innotescunt: cum sint de essentia anime. Ita impossibile est q̄ō anima priuetur lumine synteresis cum sit de natura ipsius anime. Secundo modo potest intelligi synteresis extingui ex parte organice lesionis: ⁊ hoc modo non corrumpitur: sed aliquando extinguitur. i. intercipitur actus eius in non habentibus vsum liberi arbitrij vel in non habentibus vsum rationis p̄pter impedimentum prouenies ex lesione organoꝝ corporaliū a quibus ratio nostra indicet accipere. Tertio modo pōt intelligi extingui ex parte passionis: et hoc modo non in vniuersali: sed in particulari actus synteresis respectu particularis eligibilis ⁊ operabilis extingui potest. Ꝙ patet: q̄ vis cōcupiscētie vel alterius passionis ita rationem in particulari absorbet: vt in eligendo synteresis vniuersale iudicium ad actum particularem non applicet. Quarto modo potest intelligi hec extinctio ex parte criminis: ⁊ sic ille qui habet habitū alicuius vitij: est quidem corruptus circa principia operabiliū non quidē in vniuersali: sed in particulari operabili: inquantū scz per habitū vitij deprimitur ratio ne vniuersale iudicium applicet ad particulare operabile. Et sic dicitur extingui in tali lumine synteresis: vt scilicet non sequatur in eligendo. Tho. in questio. de veritate. q. xvj. Et sciendū q̄ licet in beatis remoueatur omnis inclinatio ad malū: non tamen per cōtrariū amouetur in damnatis synteresis inclinans ad bonum. Cuius ratio est: q̄ malum est preter naturam: ⁊ ideo nihil prohibet inclinationē ad malum a beatis remoueri: cum etiam fomes accidentaliter sit in anima et posset extingui per gratie excellentiam: vt in beata virgine. Sed bonum ⁊ inclinatio ad bonum consequit ipsam naturam: ⁊ synteresis naturaliter est in anima. Unde natura manēte non potest inclinatio ad bonum tolli etiā a damnatis. s. quantum ad istum actum: ⁊ naturalem inclinationem ⁊ appetitū bonū. Est autē synteresis absolute extincta in diabolo ⁊ damnatis quantum ad istud scilicet actū boni meritorij ⁊ displicētiam mali culpe. Sed in collatione ad penam non est extincta synteresis in diabolo ⁊ dānatis. Uñ Esa. vlti. Uermis eoꝝ non morietur. Uermis eoꝝ est remorsus cōscientie secundū Aug. Sed remorsus conscientie causatur ex hoc q̄ synteresis murmurat a malo ratione pene: ergo synteresis non extinguetur in dānatis. hec Alex. in .ij. par. summe. q. lvij. Raynerius.

Diffinitio synteresis ſm Aug.

Ratio sic tria facit.

Synteresis peccare nō pōt triplici ratione.

Synteresis an extingui possit intelligit quadrupliciter.

Quis iclinatio ad malū remouet in beatis.

De conscientia. Capitulū. x.

CONscientia nō est propriе potētia: quia cōscientia deponi pōt: potētia aūt deponi nō potest. Nec est etiam habitus: q̄ tunc non esset vnū quid sed multa per multos eīm habitus cognoscitiuos dirigimur in agēdis. Tamen aliquādo sumitur pro potentia. Unde Origenes dicit q̄ cōscientia est spiritus correctoꝝ ⁊ pedagogus anime sociatus. Et sumitur ibi spūs p̄ mēte seu ratione. Et sic conscientia dicitur spiritus inquantum est quoddam dictamē mentis: quia etiam habitus est principium actus: ideo nomen cōscientie attribuitur aliquando primo habitui naturaliter. s. synteresi: sicut Hiero. super Ezechiel. cōsciētiam synteresim vocat. Sed conscientia propriе est actus. Nec obstat q̄ō dicitur ad Titū. j. de quibusdā q̄ inquinate sunt eoꝝ mens ⁊ conscientia: actus autem non est subiectum inquinationis. Inquinatio autē dicit esse in conscientia non sicut in subiecto: sed sicut cognitū in cognitione inquantum. s. aliquis scit se esse inquinatum. Tho. in .j. parte. q. lxix. arti. xiij. Habet autē ortum conscientia ex naturali iudicio rationis quod dicitur lex intellectus. ⁊ ab eo est deducta ⁊ derivata vt quedam conclusio. verbi gratia. Fit in animo vel in mente hominis quasi quidam syllogismus: cuius maiorem premittit synteresis dicēs. Omne malum esse vitādum. Minorem vero huius syllogismi assumit ratio superior dicens. Adulterium esse malū: quia prohibitum est a deo. Ratio vero inferior dicit adulterium esse malum: quia vel est iniustum: vel quia est inhonestum. Conscientia vero infert conclusionem dicens ⁊ cōcludēs ex supradictis: ergo adulterium est vitandum. Propterea dicitur cōscientia quasi cōcludens sciētia: eo q̄ conscientia ratione supradictoꝝ um: scz synteresis: rationis superioris: et rationis inferioris cōclusionem infert. Tho. in .ij. sen. dist. xxiij. Conscientia dicitur facies anime. iuxta illud Mat. vj. Faciem tuam laua. i. conscientiam maculis peccatoꝝ sedatā. Et dicitur cōscientia facies ratione diuersificationis: q̄ sicut inter tot hoīes non est dare duas facies omni modo similes: q̄ō mirū est: ita nec duas cōscientias oīno similes. i. in oībus idem sentiētes. Scō ratione denudationis: q̄ sicut facies nunq̄ cooperit: etsi oīa alia aliquādo cooperiātur: ita conscientia cooperiri nō potest nisi libri sunt aperti. Dañ. vij. Tertio ratione dispositionis: q̄ sicut scōm q̄ quis est effigiatur in facie: ve cōponit faciem cōprehenditur de dispositione interioꝝ: ita ſm opera conuersationis alicuius cognoscitur de probitate vel malitia. Eccles. xix. Ab occursu faciei cognoscit̄ sensatus. Est tamē triplex facies spūalis scz rationalis que est conscientie. pś. lxxix. Ostende faciem tuam: non leoninam vel vulpinam et huiusmodi. Salutaris que est humanitas christi ⁊ cōuersatio eius. Pś. lxxxiij. Respice in faciē christi tui. In hac sunt omnes sensus. i. oēs gratie congregate. Hester. xv. Facies tua domine plena est omnium gratiarum. Diuinalis q̄ est dei essentie clara notitia. j. Coin. xiij. Uidebimus tunc facie ad faciem. Hanc triplicē faciē notat p̄ś. xxvj. ibi. Exquisiui te facies mea: quoad primam: faciem tuam domine requiram: quoad secundam: ne auertas faciem tuam a me: quoad tertiam.

Quid est cōsciētia scōm Origē.

Cōscientia est facies aie.

Triplex facies spiritualis.

§. I. Circa conscientiam videda

Quid significat cōsciētia.

sunt tria scilicet significatum: actum ⁊ effectum. Quantum ad primum sciendū q̄ conscientia significat applicationem nostre notitie seu cognitionis ad aliquem actum particularem. Unde Hugo lib. ij. de anima diffiniens eam sicait. Conscientia est cordis sciētia. Uñ dicit̄ conscientia quasi cū alio scientia. Et subdit. Cor eīm et se nouit sua scientia et multa alia. Quando enim se nouit appellat̄ cōscientia: quando preter se alia nosci appellatur scientia. Applicatur autem nostra notitia vel cognitio ad

aliquem actum particularem tribus modis. Primo scõm q̃ cognoscimus consideramus an aliquis actus sit factus vel nõ. Ut cum dicitur in communi vsu loquendi. hoc non est factum de cõscientia mea id est nescio vel nesciui an hoc esset factuz. scõm q̃ dicitur Esa. xliij. Non est in conscientijs nostris quis posuerit pecuniã in saccis nostris. Uel etiam applicatur scientia vel cognitio nostra ad aliquid quod sit factum: scõm q̃ dicitur Eccli. vij. Scit conscientia tua q̃ tu crebro maledixisti alijs. Secundo applicatur scientia vel cognitio nostra videlicet an actus factus sit rectus vel non: secundum q̃ iudicamus hoc quod factum est esse bene factum vel non bene factum. Tertio modo applicatur scientia ꝛ cognitio nostra ad aliquem actum an sit faciendum vel non: secundum q̃ per scientiam iudicamus an aliquid sit faciendum vel non faciendum.

Cõscientia tres hz act9.

§. II. Secundum hec potest considerari tripler officium seu actus conscientie. ꝛ sic patet q̃ cõscientia importat triplicem actum. Primus est testificari. secũdus est accusare. tertius est soluere vel ligare. Primus igitur actus conscientie est testificari in preterito inquantum conscientia perhibet testimonium: sicut illud in quo est scriptũ aliquid illud testificatur siue bonũ sit siue malũ. Unde apostolus Ro. ij. Testimonium illis reddẽte conscientia eorum. Et Augu. Quando deus iudex erit: alius testis q̃ conscientia tua nõ erit. Inter iustum iudicem ꝛ conscientiam tuam noli timere nisi causam tuam. xj. qõ. iij. custodi. Dicitur autem conscientia esse testis factorũ vel non factorũ inquantũ conscientia retinet illud contra quod volũtas fecit quasi voluntatem accusans de eo q̃ sibi non obediuit. Et sic conscientia habet virtutem dictaminis. Dictat enim conscientia an aliquid sit factum vel non. Istud autẽ dictamen nil aliud est q̃ peruentio precepti diuini ad eum qui habet conscientiam. Secundus actus seu officiũ conscientie est accusare ꝛ excusare: reprehendere ꝛ remordere de malo cõmisso ꝛ bono omisso. Unde apostolus Roma. ij. Cogitationum inter seinuicem accusantium aut etiam defendentium in die iudicij ꝛc. Aug. Quẽ conscientia defendit liber est inter accusationes: ꝛ liber sine accusatione esse nõ põt si sola q̃ intus adijcit conscientia accuset. xj. q. iij. in cunctis. Iste actus secũdus potest dici examinatio: inquãtum cõscientia examinat que iam facta sunt an sint recta vel nõ recta: an bene facta vel male facta. Et quãdo per examinationẽ inuenitur id quod factum est discordare a conscientia a qua examinatur: dicitur conscientia remordere vel accusare. Quando inuenitur illud quod factum est processisse scõm formam conscientie vel scientie dicitur conscientia defendere ꝛ excusare. Tertius actus conscientie est ligare vel soluere: nam conscientia obligat ad peccatum: quia omne illud quod fit contra conscientiam: etiã si sit bonum peccatum est. Unde apostolus Roñ. xiiij. Omne q̃ non est ex fide peccatũ est: super quo verbo Amb. in glos. Oñe quod fit etiam si in se ꝛ de se sit bonum: ꝛ tamen non sit ex fide id est contra conscientiam. vt scilicet credemus esse malum: peccatum est. Et. xxviij. q. j. omnes § ex his. dicitur Omne quod cõtra conscientiam fit edificat ad gehennam. vt dicit glos. ꝛ bene. Cõtra conscientiam scilicet precepti vel prohibitionis. Hoc est proprie facere contra conscientiam id est facere contra illud quod conscientia dictat esse in precepto vel prohibitione. Facere autẽ aliquid quod conscientia dictat esse veniale: non est nisi veniale: nisi illud de se esset mortale. Et hoc est facere non contra: sed preter conscientiam. Et iste actus tertius conscientie dici potest consiliatio. Nam ad conscientiam pertinet de agendis consiliari. Et cum per consilium inuenitur an aliquid sit faciendum: secundum hoc conscientia dicitur instigare vel ligare. Cum autẽ per consilium conscientia inuenit q̃ non sit faciendum aliquid quod occurrit: tunc conscientia dicitur absoluere vel retrahere. Et sic conscientia habet virtutem ligaminis inquantum cõstringit voluntatem: vt non possit sine nocumento deformitatis culpe in aliud tendere: q̃ ratio vel conscientia iudicat: sicut ligatus corporaliter necessitatem habet consistendi in loco vbi est ligatus. Raynerius.

Notula vtilis p conscientie notitia,

§. III. Circa effectum conscientie tria possumus considerare.

¶ Defectum deuiationis. i. quomodo nescientia errat.

¶ Modum obligationis. s. quomodo ligat.

¶ Diuersum consecutionis: scz quomodo sequitur magna consolatio ex conscientia si est recta: ꝛ ecõtrario afflictio si est mala.

Quantum ad primũ sciendum q̃ conscientia errat duobus modis. s. ex falsa assumptione: ꝛ ex falsa applicatione. Et primo ex falsa assumptione: puta quãdo aliquis assumit aliquod malum vel falsum tãquã bonũ vel tãquã verum. Uerbi gra: vt his qui occidebant apl̃os dictabat cõscientia q̃ ex hoc placerent deo. Jo. xvj. Uenit hora in qua oĩs qui interficit vos arbitretur obsequiũ se prestare deo. Uel dum syntheresis dicit: omne prohibitũ a deo esse vitandum. Conscientia autẽ fundatur in hoc q̃ iuramentum sit a deo prohibitũ: ꝛ ideo falso credit illud esse vitandum: cum ante permittat se mori quã iuret sicut facit hereticus. Secõ errat conscientia ex falsa applicatione: sicut cum ex aliquibus verbis aliqua cõscientia erronea formatur. Uerbi gra. vt ex hoc q̃ deus est sup oĩa diligẽdus: aliquis formet sibi hãc conscientiam q̃ nihil põt simul diligi cũ eo: sed tantũ de9. Quedam enim conclusiones sunt in quibus ita relucent prima principia operandorũ: q̃ circa ea cõscientia errare non potest: sicut deum nõ esse diligendũ: malũ scienter esse faciendum: et hmõi. Et quedam alia sunt circa que errare potest ꝛ errat: vt ex dictis patet bea. Tho. in questionibus de veritate. q. xvij. Exemplum etiam põt poni de eo qui facit id quod habet speciez mali: licet non sit malũ: existimans sibi sufficere intentionem bonam quã habet non curans de scandalo proximi. Sicut faciebant quidã in ecclesia primitiua fideles qui comedebant idolothitũ: licet non in venerationem idoli: tamẽ coã simplicibus: qui inde scandalizabantur illos imitãtes: sed in veneratiõnẽ idoli quod estimabãt alios facere: quos reprehendit apl̃s Roñ. xiiij. ꝛ j. Cor. viij. Unde Aug. Propter nos coscientia nostra nobis necessaria est: propter vos fama nostra non polluit: sed pollere debet in vobis. Due res sunt conscientia ꝛ fama. Conscientia necessaria est tibi: fama proximo tuo. Qui confidens conscientie negligit famam suam: crudelis est. xij. q. j. nolo. Ad maiorem euidentiam predictorum nota q̃ error conscientie causatur ex septem causis. Primo ex ignorantia: ex eo esñ q̃ ratio apprehendit malum sub ratione boni: et bonum sub ratione mali. sequitur error in conscientia ꝛ peccatum in voluntate. Et ignorantia quidem si sit iuris naturalis vel diuini nullum excusat habentem vsum rationis. Ignorantia autem iuris canonici vel ciuilis quando excusat vel non: habetur. j. q. iij. turbatur § penul. in tex. ꝛ glos. Secũdo error conscientie causatur ex negligẽtia. Sicut cum aliquis propter laborem vel alias occupatiões negligit addiscere vel ab alijs querere: ꝛ scire illud per quod a peccato retraheretur: tunc enim ignorantia eius quod quis scire tenetur propter talẽ negligentiam est voluntaria. Unde voluntas concordans conscientie erranti ex negligentia sciendi ad quod tenetur est mala. Et ideo Aug. dicit. Illis oĩno ignosci non poterit qui habẽtes a quo discerent operam non dederunt. dist. xxxvij. c. fi. Tertio error conscientie causatur ex nimia vel inordinata sui beneuolentia. Ex eo esñ quod aliquis nimis seipsum diligit: inclinat ꝛ precipitat conscientiam ad illud quod appetit: ꝛ sic eam a sua rectitudine facit declinare. Unde Seneca. Perit omne iudiciũ cum res transierit in affectum. Talis conscientia diligentis nimis seipsum est nimis larga: ꝛ ideo cauenda: q̃ facit hominem presumptuosum dicens malum esse bonum: saluat dãnandum. Quarto error conscientie causatur ex cordis pusillanimitate: qua quis timet nõ timenda scõm rectũ iudiciũ rationis. scõm illud Ps. xiij. Illic trepidauerunt timore vbi non erat timor. i. causa rationabilis timendi: et talis conscientia est nimis stricta. ꝛ vt dicit Hostien. magis scrupulosa est ꝛ erronea quã theologica: ꝛ ideo vitanda: quia multum periculosa. Nam facit de bono malum: de festuca trabem. i. de leui peccato graue: generat desperationem: dãnat saluandum. Unde deponenda est ad consilium alterius. Quinto error conscientie causatur ex superbia scilicet quando quis nõ humiliat intellectum suum vt velit melioribus: prudentioribus ꝛ superioribus credere. Nam conscientiam in differentibus tenetur secundum discretionem prelati formare. Quãuis enim in his que sunt precepta vel prohibita a deo: conscientia recta plus obliget quam preceptum superioris eo q̃ obligat virtute precepti diuini: quod est maius precepto prelati. Unde in talibus conscientia recta est iudex immediate sub deo: ita quod nullum habet iudicem supra se alium a deo. In indifferentibus tamen preceptum prelati plus obligat quã conscientia: ꝛ sic conscientia subditi in huiusmodi non solũ deũ: sed etiam prelatum habet supra se: et ideo secundum discretionem prelati formari debet. Nam subditus non habet iudicare de precepto prelati: sed de impletiõe precepti que ad ipsum spectãt.

Cõscientia erronea duobus modis.

Cõscientia erronea est firma etiã bis nocessaria.

Error conscientie causatur ex septem causis.

Cõscientia nimia scrupulosa est vitanda.

etãt. Hec Tho. in questionibus de veritate. Ũñ seculares sequi debent sententiam prelatorum in his que ad cathedrã spectãt. Juxta illud Mat. xxiij. Quecũq; dixerint vobis facite. Religiosi tenent̃ sequi sentẽtiã ꝓlatorũ vel mãdatorũ eorũ in his que nõ sunt contra deũ: vel cõtra regulam: vel contra cõstitutiones: vel contra ordinationes capituli generalis. Cauere tamen debent prelati ne indiscrete precipiant propter periculum conscientiarum subditorum. Alexãñ. parte summe. Argumẽtum ad hoc. xj. q. iij. si is qui preest. ꝛ c. quid ergo mirum. Sexto causatur ex conscientie perplexitate id est quadam dubietate ex qua q̃cquid fiat sequitur ineuitabilitas vel necessitas peccãdi: puta cum videt se quis inter duo operabilia positum: quorum alterũ oportet agere: et quodcunq; fecerit impossibile est non peccare. Super quo dicitur ex concilio Toletano. Duo mala licet omnino cautissime sint precauenda: tamen si periculi necessitas vnum ex his perpetrare compulerit: id debemus resoluere q̃od minori nexu noscitur obligari. dist. xiij. ca. j. Sed hec perplexitas quantum ad rem nihil est: vt dicit ibi glos. summaria. Non est verum quod aliquis possit esse perplexus inter duo mala: sed hoc procedere potest ex stulta opinione ipsius et erronea conscientia: vel ex presumptione alicuius: in quo vult manere firmus: puta iurauit aliquis occidere hominem: formal sibi conscientiam licet erroneam: q̃ si non occidit periurat: si occidit homicida est: et sic est perplexus exfatua estimatione: nam et non occidendo periurus non est. Et secundum hanc perplexitatem dicitur in illo capitulo quod minus malum eligendum est. Item tenetur quilibet communicare in pascate. Aliq̃s habens odium non vult dimittere: ꝛ hoc presupposito est perplexus: q̃ si communicat cum odio peccat mortaliter: et si non communicat similiter. Sed dimittere potest ꝛ debet odiũ: ꝛ sic non est perplexus simpliciter. Septimo causatur error conscientie ex humiliate. et cordis puritate. Unde Grego. Bonarum mentium est ibi etiam culpas suas cognoscere vbi culpa non est. distin. v. ad eius. vbi dicit gloss. Cognoscere id est timere. Non autẽ debet quis se culpabilem dicere vbi non est secundum sui estimationem: qua hoc pertineret ad mendacium et ironiam. In primis sex modis error conscientie semper est reprehensibilis ꝛ voluntas sequens conscientiam errantem semper mala. Septimo autem modo est laudabilis: cuius ratio est: quia ad bonitatem mentis pertinet vt homo ad iustitie perfectionem tendat: et ideo in culpam reputatur non solum si deficit a communi iustitia: quod vere est culpa: sed etiam si deficit a perfectiõe iustitie: quod quandoque culpa non est.

Religiosi obedientia qualis.

Perplexus aliquis esse non põt.

Quãdo cõscientia ligat.

§. III. Quantum ad secũdum videlicet modum obligationis. ſ. quomodo conscientia ligat.

Nota q̃ conscientia non obligat in virtute propria: sed in virtute precepti diuini. Quod patet: quia non dictat aliquid esse faciẽdum vel non faciendum hac ratione: quia sibi videtur vel non videtur. Sed sub hac ratione: quia est a deo preceptum vel prohibitum: vt dicit bea. Thom̃. in. iij. sen. distin. xxxix. Nullus autẽ ligatur per preceptum aliquod: nisi meditate scientia vel notitia illius precepti. Et ideo ille qui non est capax notitie precepti non ligatur precepto. Nec aliquis ignorans preceptum dei ligatur ad preceptum faciendum: nisi quatenus tenetur scire preceptum. Si autem non tenetur scire nec scit: nullo modo ex precepto ligatur. Tenetur autem scire quilibet habens vsum rationis precepta dei: nec excusatur non faciendo illud ex ignorantia. Et sic eadem virtus est que preceptum ligat: et qua conscientia ligat: cum preceptum non liget nisi in virtute scientie vel notitie: nec scientia vel notitia precepti ligaret: nisi per virtutem precepti. Unde cum conscientia nihil aliud sit quam applicatio scientie vel notitie ad actum: constat quod conscientia dicitur ligare in virtute diuini precepti. Ideo si aliquid apprehendatur a dictamine rationis vt directe cadens sub precepto mortaliter peccat: ꝛ omittens illud quod conscientia dictat: etiam si de sit veniale. Si autem non apprehendatur vt directe cadẽs sub precepto vel prohibitione: tunc non fit directe contra conscientiam: sed preter conscientiam: et ita non peccat mortaliter sed venialiter: vel etiam nullo modo: sicut quando conscientia dictat alicui quod bonum est facere aliquod opus consilij: si non faciat non peccat: quia nõ apprehẽdit illud vt bonum debitum ꝛ necessarium ad salutem, Grego. Ubi consilium datur: offerentis est arbitrium. Ubi preceptum: necessitas est seruientis. xiij. q. j. quisquis preceptis. Item Gregorius. Et sic aliud est facere contra conscientiam: quod est mortale semper. Aliud preter conscientiam: quod est veniale vel nullum. Ligare autẽ dicitur conscientia non quidem per modum coactionis: q̃ cũ volũtas sit libera ꝛ suiipsius domina a nullo cogi potest. Amb. Nemo nostrum tenetur ad culpam nisi propria voluntate defleterit. xv. q. j. non est. Nec ligat etiam conscientia per modũ principalis auctoris: sic enim ligat deꝰ preceptis sicut iudex precepit: sed ligat per modum suppositionis seu conditionis: scilicet per modum consecutionis alicuius finis: puta nisi faciat hoc quod conscientia dictat non consequetur finem suum: id est salutem. Ligat etiam per modum instrumentalis agentis: sicut preco qui velut instrumentum iudicis preceptum iudicis ad notitiam hominis deducit: ꝛ si preceptum iudicis vel regis nõ perueniret ad populum nisi aliquo precone vel principe mediante: tunc si preco vel princeps diceret: hoc est preceptum a rege ꝛ est verum: tunc omnes dictum illius obligaret. Et hoc modo ligat recta conscientia. Si vero preco vel princeps diceret hoc esse preceptum a rege: quãuis non esset verum: dictum suũ obligaret vt preceptum regis: ita vt contemptores penam merereñtur: ꝛ hoc modo facit ꝛ ligat erronea conscientia. Unde conscientiam ligare voluntatem nil aliud est quã adstringere voluntatem vt non possit aliud sine peccato facere vel omittere quã cõscientia tibi dictat. Sicut ligatus corporaliter non põt ad aliũ locum ire nisi soluatur: sed potest homo ꝛ debet erroneam conscientiam deponere: sicut ꝛ intentionem prauam: ꝛ deposita nõ peccabit illud faciendo: bea. Tho. in. ij. distin. xxxix. Licet autẽ vtraque conscientia scilicet recta ꝛ erronea liget ipsa durante: ita q̃ contrarium faciens peccat. Aliter tamen ligat recta conscientia quã erronea. Nam recta ligat absolute ꝛ in oẽm euentũ et semper: nec deponi potest. Sicut si quis faciat sibi conscientiam de adulterio: que conscientia vtique recta est hanc deponere non potest scilicet sine peccato: quia deponendo erraret et graniter peccaret. Sed conscientia erronea non ligat nisi scõm quid et sub conditione: quia non obligat nisi inquantum conscientia erronea creditur esse recta: sed ea deposita quod fieri debet non amplius ligat bea. Tho. in. ij. sen. distin. xxxix. Item conscientia recta in his que sunt precepta vel prohibita a deo plus obligat ꝛ ligat quam preceptum prelati: quia preceptum dei in cuius virtute ligat conscientia maius est precepto prelati. In indifferentibus vero plus obligat preceptum prelati quã conscientia propria: quia in huiusmodi conscientia subditi habet prelatum supra se: nõ solum deum sed etiam prelatum suũ. Conscientie autem erronee obligatio maior est: quia intensior quã obligatio precepti. Ex alia parte obligatio que est ex parte conscientie erronee est minor: quia salubrior: quia obligatio que subditi ad prelatum solui vel deponi non potest: cõscientia autem cum est erronea deponi potest. Rayne. post Tho.

Cõscientia quõ dicit nos ligare.

Cõscientia ligat voluntatem quõ intelligit

§. V. Quantum ad tertium videlicet effectum diuersum consecutionis. ſ. quõ sequitur magna consolatio ex conscientia si est recta et econtrario ꝛc.

Recta cõscientia est magna cõsolatio.

Sciendũ q̃ ex cõscientia recta sequitur magna consolatio ſm ipsam operando. Ũñ apostoli. ij. ad Cor. j. Gloria nra hec est testimoniũ conscientie nostre. Ecõtrario maxima afflictio si est mala. Unde Chryſ. Conscientia rei semper est in pena. Est autem cõscientia recta laudabilis ꝛ appetẽda ꝓpter quatuor causas: scilicet propter bonitatem: puritatem: syncritatem et tranquilitatem.

¶ Est itaque conscientia bona laudabilis: primo ex ordinatione affectionis.

¶ Secundo conscientia pura est laudabilis ex exclusione criminis.

¶ Tertio conscientia syncera est laudabilis ex simplicitate intentionis.

¶ Quarto conscientia tranquilla est laudabilis: quia sine remorsione vermis.

Primo est laudabilis conscientia cum est bona ex ordinatione affectionis. j. ad Timo. j. Finis precepti est charitas de corde puro ꝛ conscientia bona. Dicitur autem charitas finis non in quo quiescitur: quia sic solus deus est finis: sed finis quo quiescitur. Et subditur: de corde puro et conscientia bona id est a vitijs expurgato: et additur. de conscientia bona: videlicet nõ erronea seu nimis grossa vel scrupulosa. Quod totum figuratur in paruo grandi vel torto naso quem qui habebat tanquã maculam habens prohibebat accedere ad ministerium templi vt habetur Leuit. xxj. Vel dicit conscientia bona: qua scz quis spe

rat peruenire ad id qđ diligit scilz deū. Quem eñ pungit conscientia mala vt dicit Aug. retrahit se a spe. Vel conscientia bona dicit fm Bern. cui ratio decepta non est: nec voluntas puersa: nec memoria fuerit inquinata. Scđo cōscientia laudabilis est que pura est ex exclusione criminis. Eccli. xiij. Bona est substātia cui nō est peccatū in cōsciētia: qñ nō est acquisita: retēta vel dispēsata contra cōscientiam. Tertio laudabilis est conscientia syncera. i. sine duplicitate intentionis. Act. xxiiij. Studeo sine offendiculo cōsciētiā bonā habere ad deū ⁊ ad hoies. Sed qđ est melius: an bona fama: an bona conscientia: certe bona conscientia. Ita dicit Sen. Conscientia magis quā famā intēde: et ponit rationem huius dicens. Falli nāq poteris fama: conscientia vero nūq. xñ Aug. Senti. de Augustino quicquid vis: dcđ libet: sola me in oculis dei conscientia non accuset. xj. q. iij. senti. Idem ad clerum Hipponensem. Quid obest homini qđ ex illa tabula vult eum delere humana ignorantia: si de libro viuentiū non eū delere iniqua conscientia. qđ. e. quid obest. Ex quibus verbis non vult dicere Aug. qđ nō debet quis curare de conseruatione fame ad edificationē aliorum. Nam tales reprehendit acriter dicens. Nō sunt audiendi siue viri sancti siue femine: qui quādo reprehēduntur in aliqua negligētia per quā fit vt in malam veniant suspicionē: vnde vitam suam longe abesse sciūt: dicunt coram deo sufficere sibi conscientiā: estimationē hoim non solum impudenter: verū etiā crudeliter cōtēnētes: cū occidāt animas aliorum. xj. q. iij. nō sunt. Sed loquitur Aug. in. c. supradictis cum quis est inter eos qui parati sunt reprehēdere ⁊ nunq imitari: ⁊ tunc quoad illos sufficit conscientia sua vnicuiq: vt dicit Gratia. c. inter verba. ¶ Hoc inter eos. q. e. ⁊ gl. Joā. Quarto cōscientia est laudabilis tranquilla. s. sine remorsiōe vermis. vnde Ber. in lib. de consideratione ait. Magne diuitie sunt bona ⁊ tranquilla conscientia: ⁊ reuera sic est. Quid est rebus ditius: quid in corde dulcius: quid in terra quieti⁹ atq securius bona conscientia? Vāna rerum non meruit: non verborū contumelias: non corporis cruciatus: que etiā ipsa morte magis erigitur qñ deijcitur. Conscientia mala dicitur triplici ratione: vel quia est coinquinata. de qua ad Titū. j. Coinquinata sunt eorū mens ⁊ conscientia. Mens quantum ad intellectum: conscientia quantum ad effectum: coinquinata quantum ad peccatum. Secundo conscientia est mala: quia cauteriata de qua. j. ad Timo. iiij. Cauteriatam habentes conscientiam. i. corruptam praua intentione ⁊ adustam igne male concupiscentie. Nam cauterium est corruptio carnis ex igne per ignem facta. Tertio cōscientia est mala: qđ perturbata. de qua Sap. xvij. Semper pūsumit seua perturbata conscientia: qđ extollit contra deum peccare non metuens: cū est perturbata ex remorsu vermis: vel qđ extollit alios affligendo: ⁊ hoc cū est perturbata. i. inquieta ⁊ crudelis. Unde conscientia perturbata eius scilz qui desperat ex crime: et presumit seua super se vētura anteq veniāt sicut fecit Cain. Gen. iiij. qui dixit antequā puniretur a deo. Ero vagus ⁊ profugus.

Conscientie bone descriptio.

Cōscientia prauа facit fame.

Conscientia mala dicit triplici ratione.

§. VI. Notandū qđ cōscientia re

cta in scriptura aliquando domus dicitur. Unde Ps. cxxvj. Nisi dominus edificauerit domum: in vanum laborauerūt: domum id est conscientiam. Et de hac domo potest exponi illud quod christus dixit paralytico sanato. Vade in domum tuam. Mat. x. Ubi moraliter tria imperat.

¶ Primum vt nequa quā quis per desidiam ejcietur: in eo qđ dicit. Vade.

¶ Secundum vt secundum rectam conscientiam operetur: in eo qđ dicit. in domum.

¶ Tertium vt alienam vitam non scrutetur: cum dicit. tuam. Quantum ad primum dixit pater familias qui signat dominū deum quibusdam stantibus in foro. Quid hic statis tota die otiosi: ite ⁊ vos. vt habet parabolice Mat. xx. Ire enim est operari. Et qua via eundum sit docet Ps. lxxxiij. dicens. Ibunt de virtute in virtutem id est de opere vnius virtutis ad opus alterius: ⁊ de bono in melius. Et quo tandem perueniatur ostendit idem Ps. xlij. Effudi in me animam meam: exeundo scilicet de potentijs anime ad actus virtutum: et quasi declarans istā effusionem subdit. Quoniam transibo in locum tabernaculi admirabilis scilicet conscientie que tabernaculum ⁊ domus dicitur: vsq ad domum dei. s. superne glorie. Quantum ad secundum sciendum qđ tunc quis vadit in domū suā quādo operat scām rectā conscientiam. Nā qđ dom⁹ significet conscientiā patet per illud Eccles. xxvij. Si non tenueris te instanter in timore dñi cito subuertit domus. i. cōsciētia tua. Tertiū seruandū est qđ ita quis ingrediat domū suā. i. cōsciētiā ad diligēter perscrutādū: qđ nō intret aliena curiose inquirēdo vitā aliorū: qđ minus tunc vacare poterit. Unde dicit prouerb. xxiiij. Nō queras impietatē in domo iusti. i. in cōsciētia: nec vastes requiē eius. Peuertendo autē ad scām membrū. Notādū qđ ad hoc vt cōsciētia sit recta: debet se habere ad modū domus materialis peroptime dispositē: quā dispositionē notat Salomō Prouer. ix. vbi dī. Sapientia edificauit sibi domū. i. conscientiā: ⁊ excidit colūnas septem immolauit victimas: miscuit vinum ⁊ posuit mensam.

¶ Est ergo prima conditio domus bene dispositē vt congruenter edificetur. vnde dicit. Sapientia edificauit sibi domum.

¶ Secunda est vt firmiter sustentetur. vnde subdit. Excidit columnas septem scilicet ad sustentandum.

¶ Tertia est vt delectabiliter ibi quiescat. vnde cōcludit. Immolauit victimas: miscuit vinū ⁊ posuit mēsam. Certe huic domui sic bene dispositē cōgruit illud qđ dixit christus Zacheo. Salus huic domui facta est. Luc. xix. Et quilibet sic cōsciētiā suā deberet aptare vt sic esset recta. Unde in figurā dictum fuit Ezechie. Dispone domui tue. Esa. xxxviij. id est cōscientie eā ordinando. Quantū ad primū scilicet ad hoc vt domus conscientie cōgruenter edificet: oportet qđ fundamentū tangat solidū: paries erigat in altū: tectum ponat desursum: solaria intra multiplicent in medium. Solidū autē fundamentū est petra: petra autē erat christus ait apostolus. i. significat christū. Et fundamētum aliud in domo. s. recte conscientie nemo pōt ponere preter id qđ positum est qđ est christus Jesus. j. ad Coun. iij. hoc est fides eius. Unde ⁊ saluator noster loquens de viro sapienti dicit: qđ edificauit domum suā supra petrā. Mat. vij. id est conscientiam suā super veram fidē doctrine eius. Et ideo vt subdit ibi descendēte pluuia. s. tentationū: que sunt a demonijs existētibus in aere: ⁊ flantib⁹ ventis ambitionis ⁊ inanis glorie: que sunt a mundo ⁊ superuenientibus fluminibus cōcupiscentiarū q̄ sunt a carne: ⁊ irruentibus in illā domū: non cecidit sed stetit: quia fundata erat supra firmam petram. Paries qui a fundamento surgit ⁊ versus celū erigitur: est spes procedens a fide ⁊ respiciens dei promissum: qđ paries ad modum domus est quadruplex: videlicet expectatio premij in celis: expectatio venie de peccatis: expectatio auxilij in agendis: ⁊ expectatio refrigerij in aduersis. Unde apostolus secund. ad Corinthi. v. Habemus domum non manufactam scz conscientiā: in celis: videlicet per spem. Tectū talis domus scz cōscientie recte est charitas. De qua dicitur Prouerb. x. Universa delicta operit charitas. Hec omnia sustinet sicut tectū domus. s. grādinē calorē ⁊ huiusmodi: que significāt tribulatiōes. Respicit etiā tectū in extremitatibus suis terrā: qđ nō solū contēplatur deum in altitudine: sed etiam inclinat ad sufragandū proximo. In cuius figuram paralyticus iacens in lecto a quibusdā per tectum domus fuit submissus ante christum ⁊ inde curatus. vt habetur Matth. ix. ⁊ Luc. v. Solaria huius domus sunt quatuor. de quibus dicitur Sap. viij. Sobrietatem ⁊ sapientiam docet ⁊ iustiam ⁊ virtutem: quibus vsus nihil est in vita hominibus. Est igitur primū solarium sobrietas seu temperātia que facit abstinere a superfluis delectationib⁹: ⁊ in hoc solario sunt plures camere siue officine scilz virtutes ei annexe: de quibus nunc non oportet dicere breuitatis causa. Secundū solariū dicitur sapientia: que precauet insidias in agēdis habens cameras suas: videlicet virtutes anneras. Tertium est iustitia in malis vitandis proximorum in miserijs subleuandis: habens ⁊ ipsa multas cameras id est virtutes anneras. Quartum est virtus id est fortitudo in perferendis molestijs cum suis cameris id est virtutibus anneris. Vade ergo in domū tuam. i. conscientiaz sic recte edificatam de solario in solarium: ⁊ de officina in officinam: ⁊ de camera in camerā virtutum discurrendo: ⁊ sic recte operaberis. Hanc tamen domū cōscientie nō tu: sed principaliter deus edificat. Et ideo bene dicitur qđ sapientia scilicet christus edificauit sibi domum. Quantum ad secundum ad hoc vt domus firmiter sustentetur cum lata est ⁊ alta requiruntur plures colūne que sustineant pondus. Septem aūt colūnas sapientia excidit ad stabiliendū ⁊ sustentandum domū cōscientie: alias propter diuersos impulsus vitioū corrueret. Et sunt he septem colūne septez conditiones vere penitentie: quas ponit apostolus. ij. ad Corv. di. Que enim fm deū tristitia est penitentiā in salutē stabilez operatur. Operatur enim in nobis solicitudinē: sed desideriuz: sed defensionem: sed indignationem: sed timorem: sed emulationem: sed vindictam. scām Hug. card. Est igitur prima columna

Quasi dom⁹ cōscie cōgruenter edificat.

Fundamētum.

Paries.

Tectum

Solaria

Domus cōscie firmiter ⁊ sustētat.

Septem columne requiruntur ad domum cōscientie ⁊ qđ significāt eas.

solicitudo

solicitudo. s. ad bene custodiendum sensus suos: qui sunt fenestre anime seu porte per quas ingredit diabolus vt furetur thesaurū virtutum. Unde solicite vigilare oportet qđ docet christus Mat. xxiij. Si sciret paterfamilias qua hora fur venturus esset: vigilaret vtiq; z non sineret perfodi domum suā. Scđa est desiderium. s. placendi deo qui est feruor charitatis multum domum conscientie fortificans z absorbens peccata quotidiana: sicut ignis guttas aque. In huius figura; Zacheus desiderans christum videre z non valens propter paruitatem statute: ascendit in arborem sycomorū: propter qđ desiderīū christus dixit. Descende quia in domo tua oportet me manere. Ascensio aūt in arborē signat ascensum mentis per meditationem z affectū ad crucē seu passionem christi. Circa qđ dixit Bern̄. super Cañ. Quid efficacius ad curandum conscientie vulnera: necnō ad
Luc. xix. purgandum anime mentē q̄ christi vulnerum sedula meditatio. tertia columna dicitur defensio: vt si cū inimicus vult circū dare domū conscientie z intrare per desperationem vel lasciuiam vel per alia vitia: defendat se quis viriliter resistendo. Qđ quia non fecit mulier que fuit posita ad custodiā domus Isboseth regis Israel: sed dormitauit: intrantes duo principes latronum domum: occiderunt ipsum regem percutientes in inguine, vt habetur. ij. Reg. iiij. Ad figurandū q̄ si mulier. i. ratio non defendit se contra tentationes: sed dormit: occiditur animus z domus conscientie spoliatur. Quarta colūna dicit indignatio contra seipsum detestādo peccatum commissum in quantum est dei offensa. Et quāto quis magis indignatur z detestat peccatum: tanto fortior est colūna. Non aūt debet quis indignari cōtra naturam peccatoris vel contra personam eū ad misericordiam suscipientis. Sicut indignatus est frater prodigi de patre suscipiente ipm prodigū reuertentem ad penitentiam et ad do
Luc. xv. mum paternā: adeo indignat⁹ q̄ noluit in domū introire. Sed ipse prodigus indignatus contra suam culpam intrauit domū: z honorabiliter susceptus est. Quinta colūna est timor: qui in peccatoribus aliqualiter dispositis in conscientia solet esse principaliter de penis inferni. Et hic timor licet non sit sufficiēs ad salutē: tamē cauere facit a multis malis. Et ideo bon⁹. Timor enim dñi expellit peccatū: vt dicit Eccli. j. Sz in recte cōsciētia timor iste est de non offendendo deum ne amittat gratia beneuolētie eius: z iste est necessarius. Unī Eccli. xxvij. dicitur. Si nō in timore domini tenueris te instanter cito subuertetur domus tua. Sexta colūna est emulatio illa videlicet de qua dicit apostolus. Emulamini charismata meliora. j. ad Corinthi. xij. Hec emulatio importat affectum magnum habendi dona spiritualia que videt in proximo cum quadam tristitia de defectu illorū bonorū que in se esse nō videt. Et hoc facit hominē laborare ad proficiendum in via dei. Hāc emulationē videt habuisse Martha que christum excepit in domum suā. vt dicit Luce. x. propter qđ quasi dolēs q̄ soror sua erat magis dedita spūalibus: q; sedēs secus pedes dñi audiebat verbum illius dixit christo. Domine nō est tibi cure q̄ soror mea reliquit me solā ministrare? Septima columna dicitur vindicta. i. punitio de ipsis peccatis. Quāto eñ quis plus peccauit et grauius tanto magis de-
Exēplus magdalene penitētis. bet dolere z se corporaliter affligere. Est enim penitentia vt dicit Aug. quedam dolētis vindicta: puniens in se qđ dolet commisisse. de pen. di. iij. penitentia. Quod optime seruauit Maria Magdalena: quando intrans in domū vbi christus erat: stans retro lachrymis cepit rigare pedes ꝛc. Luc. vij. Has igitur septē colūnas domū conscientie sustentātes: sapientia christus excidit ex se, pcedentes: pponēs etiā homo per liberū arbitrium in domo conscientie habitare: supponit has etiam colūnas. Unde ergo in domū ad huiusmodi colūnas supponēdū vel reficiēdum. Possunt etiā intelligi per has colūnas septē dona spūsancti. Quantū ad tertiū principale dico q̄ ad bonitatē domus requirit q̄ delectabiliter ibi homo quietet: dicit eñ Prouer. xxvij.
Tria fūt q̄ inquietāt hoiez in domo. q̄ fumus stillicidiū z litigiosa mulier expellunt hominem de domo: z hoc ideo quia inquietāt ipm. Et fumus quidem qui in altum ascēdit est mētis elatio. Mulier litigiosa est sensualitatis cōtradictio ad spiritū. Stillicidiū est peccatorū etsi paruorum vilipensio: seu curationis eorū neglectio. Sed diuina sapientia in domo conscientie quam edificauit vt sibi sit quies z letitia posuit mensam sacrorum eloquiorum: bonorum spiritualium que defendunt nos contra volentes inquietare. Unī ps. xxxij. Parasti in conspectu meo mensam aduersus eos qui tribulant me.
Luc. xv. Immolauit victimas. i. sacrificia christi et sanctorum quibus seipsos obtulerunt morti. Proposuit vt in eucharistia et alijs sacramentis. Sic pater filio prodigo in domum reuerso obtulit vitulū saginatum in esum. Miscuit etiā vinum qđ letificat cor hois: z oēm mentem facit securam. vt dicitur. ij. Esdre. iij. id est spūalem consolationē z letitiā. De qua domo cōscientie sic preparata dicit Sapiēs. Intrans in domum meā sez cōscientie cō quiescā cū illa. Non enim habet amaritudinē cōuersatio illius: nec tedium conuictus illius: sed letitiā z gaudiū. Sap. viij. Qđ gaudiū causat ex septē fructibus ipsius conscientie: quibus fruitur sez in vita presenti. Et horum primus est: quia ipsa est radix charitatis. Unde. j. ad Tim̄. j. Fidis precepti est charitas de cor Septem fructꝰ bo
de puro z conscientia bona sez procedens. Et Bern̄. in li. de cō ne cōsciē
sideratione. Fortitudo tua fiducia fidelis cōscientie. Secūdus tie.
fructus est nitor veritatis. Unde Ps̄. orabat. Dirige in conspectu tuo viam meā. Glos. in conspectu tuo. i. in conscientia vbi solus deus videt: via que ducit est via veritatis: z subdit. quoniā
Ps̄. v. non est in ore eorum veritas. s. inimicorū: qui falso opinantur de conscientia alterius. Sed vt dicit Greg. Quem enim conscientia defendit: liber est inter accusatiōes et liber sine accusatione esse non potest: si sola que interius adijcitur conscientia accuset. xxj. q. iij. in cunctis. Tertius fructus est ornatus venustatis. s. anime que est sponsa christi. Unde dicit ipse spōsus anime sancte Cañ. iiij. Quā pulchra es amica mea: quā pulchra. s. quoad interiorē dispositionem z exteriorem cōuersationē. Et ideo dicit bis pulchra: oculi tui colūbarū per diligentē circunspectionē absq; eo qđ intrinsecus latet sez in conscientia per bonorū ornatū sez ppositionem. Quartus est retractorū a peccatis. Quē eñ conscientia mordet et stimulat qđ aliquid sit illicitum: per hoc retrahit a peccato in quo labi posset. Cōsiderat eñ illud Jaco. iij. Scienti bonum z nō facienti peccatū est illi. Et. ij. Pet. ij. Melius erat illis non cognoscere viā iustitie: q̄ post agnitionē retrorsum cōuerti abeo qđ illis traditum est sancto mandato. Nec tñ propter hoc fugiendum est ad latebras ignorantie: vt dicit Augu. Quia affectata ignorantia peccatum auget non minuit. Et qđ conscientia retrahat a malo et prouocet ad bonum ostenditur Malis
Prouer. xij. Et qui promittit et quasi gladio pungitur cōscientie. doctoribus ma
Nam instinctus conscientie promittit premium benefacienti et ior dānatio.
pūgit minādo penā eternā bona negligēti. Quintꝰ est thesaurus honestat⁹. de quo Eccles. xvij. Bona est substātia cui nō est peccatum in conscientia. Quod tā de substātia rerū terrenarū q̄ spiritualiū intelligi pōt: vt sez nec de virtutibus nec scientia superbiat: et temporalia illicite non retineat. Hinc Lassiod. in epīs. Quid acquirit aut putatur vbi bona conscientia perdit: aut in qua parte possit homo proficere: si innocentiam ꝓbatus fuerit amisisse. Sextus est testimonium bonitatis. ad Rom. ij. Testimonium illis reddēte conscientia ipsorū. Unī Greg. sup Ezech. Quid prodest si oēs laudent z conscientia accuset: aut quid poterit obesse si omnes derogent z conscientia defendat? Et Bern̄. super Cañ. Omnino sufficit aduersum nos loquētiū iniqua opinio bonorum cum testimonio cōscientie. Septimus fructus bone conscientie est conuiuium delectabile. Nā vt dicit Prouer. xv. Mens secura quasi iuge conuiuium: securitatē aūt Conscientie ornatus.
mentis facit bona conscientia. Unde et sapientia parauit mensam: miscuit vinum: quod vinum etiam intelligi potest sanguine christi qui principaliter operatur conscientie bonitatem. Unde apls ad Hebr. ix. Sanguis christi emundauit cōscientiā nostrā ab operibus mortis ad seruiendū deo viuēti. Quātū ad quartū de ornatu domus requiritur q̄ sit picturata. i. exemplis sanctorū edocta. Unī quidā rex turpis specie cubiculū suū depingi fecit pulcherrimis imaginib⁹ vt earum aspectu vxor sua pulchrū pareret filiū. Cur christianus domū sue cōscientie in memoria bonorū exēplorū non depinget: vt vxor sensualitatis ꝓples virtutum gignat? Scđo requirit ad ornatum domus q̄ sit odoribꝰ nō fetoribꝰ referta: qđ fit per bonā famā ex honesta cōuersatiōe et virtuosa. Unī apls. ij. ad Cor. ij. Christi bonus odor sumus deo in omni loco. Et in figurā huius dicit de domo vbi christo facta est cena a Martha et Maria q̄ domus repleta est ex odore vnguēti. Jo. xij. Tertio pertinet ad ornatum domus vt sit bene illustrata lumine gratie vel lucerne lumina scripture veritatis. Unī etiā in figurā mulier vt ad inueniret drachmā accēdit lucernam z euertit domum: vt habetur parabolice Luc. xv.

§. VII. Sed queri potest vtrum

Circa cō scientiā septez sunt differentie hoim

quis scire valeat se habere rectam conscientiam lumine. s. gre illustratam an non? Ad quod respōdetur sm Alexā. de Hales qđ septem sunt differentie hoim circa hmōi attendente. Aliqui

enim putant se habere bonā conscientiam ⁊ gratiā seu charitatem: sed neutrū habent. alij sciunt q̄ illā non habent. alij dubitāt de hoc. alij opinātur q̄ habeant gratiā ⁊ bonam cōscientiā. alij experiuntur sed nō habent de hoc cōscientiam: alij hoc sciūt tātum per reuelationem: septimi hoc sciūt per causam ⁊ certā: visionē. Primi ergo sunt infideles ⁊ hereticī: imo etiam christiani quidā tepidi: qui non illustrātes conscientiam suā ex ignorātia crassa: mortalia communia non credunt mortalia esse. Unde in his perseuerant: ⁊ sacramentū eucharistie indigne percipiunt: propter quod dicit apl's. j. ad Cor. xj. Probet aūt seip̄m homo id est. conscientiā examinet: ⁊ sic de pane illo edat. In tali cecitate fuit aliquādo Paulus: vt ipse testatur. Nam capt⁹ a romana militia Hierosolymis Judeos ad quor̄ petitionē capt⁹ fuerat sic alloquitur. Ego omni conscientia bona cōuersatus sum ante deum vsq; in hodiernum diem. Act. xxiij. Qui tñ persecutus fuerat ecclesiam putans bene facere. Secundi sunt qui sciunt se habere non bonam conscientiam: vt hi qui sciunt se esse in mortali actu vel proposito non penitentes: ad quos potest illud dirigi. Ecclesia. vij. Scit cōscientia tua: quia tu crebro male dixisti alijs. Tertij sunt qui dubitant se habere bonam conscientiam: qui scilicet habent rationes eque fortes ad hoc quod sint in gratia: sicut ad oppositum: puta cum vident se esse tepidos in amando deum: non habendo affectum orandi ⁊ ad alia spūalia: vel multum remissum parū dolorez sentire de peccatis ⁊ huiusmodi. Et ex opposito cosiderant nullā voluntatem se habere peccandi mortaliter: sed propositū abstinēdi: detestari peccata commissa ratione ⁊ hmōi. Tales dicere possunt illud apostoli. Nihil mihi cōscius sum: sed nō in hoc iustificat⁹ suz. j. ad Cor. iij. Quarti opinantur se habere bonam conscientiam et se esse in gratia: etiā probabiliter cū formidine tamē aliqua de opposito: sicut illi qui vident se feruentes in amore dei et ꝓmi: ⁊ amare lugere dei offensas paratos ad sufferendum aduersa. Sentiunt tamen aliquando rebellionem carnis ad spiritum ⁊ fragilitatem: ⁊ hi dicere valent illud. ij. Corinth. j. Gloria nostra hec est testimonium cōscientie nostre: q̄ in simplicitate cordis: ⁊ sinceritate dei et non in sapientia carnali: sed in gratia conuersati sumus. Quinti experiuntur se habere gratiam a bona conscientia: sicut illi q̄ sentiūt dulcedinem diuine bonitatis in oratione: ⁊ gustant quam suauis est dominus. ad quod inuitat p̄s. xxxiij. Gustate et videte quoniam suauis est dominus: beatus vir qui sperat in eo. Gustate ait scilicet notitia experimētali ⁊ affectiua causata ex re vnita sensui: gustus scz ⁊ affectus. Uidete scilicet contemplando eius bonitatem: quoniam suauis est dñs anime querenti eum et gratie possessionē. Beatus vir qui sperat in eo scz habens conscientiam bonam. Nam q̄ cōscientia bona significet spem: patet ex illo apostoli. j. ad Tim. j. Charitas de corde puro scz ꝓcedit ⁊ cōscientia bona. Ubi glos. i. spe vera que causatur ex dei amicitia: sicut ⁊ spes causatur ex bona conscientia. Ista tamē cognitio nō est per medium infallibile: sed per signa. Et q̄ de bona conscientia queat haberi experimentalis cognitio probat Apoc. ij. vbi dicit. Uincenti dabo mānā absc̄ditū. Uincēti scz vitia dabo mānā absc̄ditum. i. dulcedinē ex inhabitatione christi in domo cōsciētie. Absconditū: q̄ ab alijs non videt: nec clare a seipso sentitur. Et dabo ei calculū candidū: id est habitū gratie ⁊ charitatis: que gratia lucet ⁊ emūdat: unde dicitur candidū. Calculus aūt hic dicitur carbunculus: et nomē nouū scriptum q̄ nemo scit nisi qui accipit: hoc nomē est quo filij dei per adoptionē efficimur. Sexti sunt qui sciunt se habere bonā conscientiam ⁊ gratiā per reuelationē dei: q̄ habuit Abraā quando dominus ei dixit per angelū. Nunc cognoui q̄ timeas deū. Gen. xxij. Cognoui. i. cognoscere te feci q̄ timeas deū. s. timore filiali: qui sine gratia ⁊ conscientia bona esse non potest. Septimi sunt qui sciunt per causam rei vel ratione rei: vt hi qui clare viderūt diuinam essentiam in vita p̄senti: sicut Moyses in veteri testamento: ⁊ Paulus in nouo quādo raptus fuit ad tertū celum. Unde ipse dicebat. Certus sum quod nec mors nec vita ꝛc. separabunt: nos a charitate christi. ad Rom. viij.

Uincentium mānā.

Domus cōsciētie efficitur spelūca latronuz ex septez malis.

§. VIII. Hec ergo bona con:

scientia dicitur domus. de qua christus dixit. Domus mea domus orationis vocabitur. Et de mala subdit. Uos autem fecisti illam spelūcam latronum. Mat. xxj. Facit aliquis domū conscientie spelūcam latronum ex septem malis que reperiuntur in ea. Et primum est: quia bellū intestinū generat dum vna cogitatio alteri recalcitrat. Gen. Timidum non facit animum nisi reprehensibilis vite conscientia. Secundum malum est: quia proximum enecat: q̄ cū quis abintra habituatus mala conscientia: adextra mala operari incipit proximo causa ruine insistit. Unde apostolus. j. ad Cor. viij. Si quis viderit q̄ habet scientiaz in idolio recūbentem: nonne conscientia eius cum sit infirma edificatur ad manducandū idolothita: ⁊ peribit infirm⁹ frater in cō scientia tua. Tertiū munda immūda sibi aptitat seu facit. ad Titum. j. Omnia munda mundis: coinquinatis aūt ⁊ infidelibus nihil est mundum: sed inquinate sunt eorum mens ⁊ cōscientia. Quartum malum est: quia difficilem viam partitur cū iniustis: qui dicunt Sap̄. v. Ambulauimus vias difficiles. Quod cōtrarium suadet apostolus ad Hebr. x. dicens. Accedamus ad sacerdotem magnū christum cū vero corde in plenitudie fidei aspersi corda a conscientia mala. Hinc ⁊ Sen. Mala conscientia sepe tuta est: secura nunq̄. Quintum ad errorē adiuuat: ita vt nōnūq̄ ad hereſim inducat. j. Tim. iiij. In nouissimis temporibus discedēt quidam a fide attendentes spiritibus erroris ⁊ doctrinis demoniorū in hipocrisi: loquentium mendacium ⁊ cauteriatam habentium suam conscientiam id est corruptam ⁊ concupiscentiam aduſtam. Sextum ad gehennā edificat. Omne enim quod contra conscientiam fit etiam erroneam si durat: vel quod non est ex bona conscientia edificat ad gehennam. xxviij. q. j. omnes. Septimum malum est: quia tristitiam cōtinuat in magnum grauamen anime. Sap̄. xvij. Semper presumit seua perturbata cōscientia. Et Isido. dicit. nulla pena grauior q̄ mala cōscientia.

§. IX. De conscientia scrupulo:

sa potest exponi illud p̄s. liiij. Saluū me fecit scilicet deus a pusillanimitate spiritus ⁊ tempestate. Ubi tria possunt notari. Tria doctrina.

¶ Primum est scrupulose conscientie sanatio. ibidem. Saluum me fecit.

¶ Secundum scrupulose conscientie causatio. ibi. A pusillanimitate.

¶ Tertium scrupulose conscientie nociua aggrauatio seu propagatio. ibi. Et tempestate.

Incipiendo aūt a secundo vt ordinatius loquamur. Sciendum q̄ scrupulus est vacillatio quedā consurgens cum formidine ex aliquibus coniecturis debilibus ⁊ incertis. Unde videtur esse scrupulus id q̄ apud alios dicit⁹ pusillanimitas: que est tedio seu timore rerum aduersarum iners ⁊ incōsiderata fracti animi dejectio. Et sic vtrūq; s. tam scrupulus q̄ pusillanimitas importat inordinatū timorem. Unde ipse scrupulus a quibusdā vocatur erronea conscientia: ab alijs timor conscientie ⁊ ab alijs pusillanimitas. Contra q̄ dicitur Eccles. vij. Noli esse pusillanimis in animo tuo. Sciendum autem ꝑm Alber. in lib. de quatuor coe- Differūtius. q̄ differentia est inter scientiam: fidē: opinionē: dubitationē: ⁊ scrupulum seu suspicionem. Nam scientia proprie est eorū que cognoscūtur per causam: ⁊ q̄ impossibile est aliter se habere. Fides aūtē est perfecta persuasio vnius partis seu cōclusiōis per multa probabilia vel auctoritatem dicentem: ⁊ hoc etiam appellatur credulitas ⁊ conscientia. Opinio autem est acceptio vnius partis cum formidine alterius: ita tamen q̄ ad illam quam formidatur non habetur ratio expressa: formidatur tamen propter debilitatem rationis alterius partis. Dubitatio vero est interminatus motus rationis super vtranq; partem contradictionis per equalia media ita q̄ non magis pendet ad vnam partem q̄ ad aliam: et hec etiam dicitur ambiguitas. Demum scrupul⁹ ex leuibus cōiecturis seu mediis ⁊ multum debilibus mouetur ad vnam partium. Et hic etiā dicitur suspicio ⁊ pusillanimitas spiritus que repellenda est. Unde dicitur. xj. q̄. j. oues. Omnis suspicio potius est repellenda q̄ approbāda vel recipienda. Et ratio assignatur in. iij. parte: cū dicitur. Et tempestate. In qua quidem tertia parte notatur effectus nocuus qui sequitur ex ipsa pusillanimitate seu scrupulo. Inducit enim ad quoddam tedium ⁊ tristitiam aggrauantem animum: vt nil boni ei agere libeat. Et sic velut tempestas que descendit in Egyptum consumpsit omne quod reperit viride. Sic tristitia procedens ex scrupulo consumit vigorem ⁊ robur animi. Diminuit etiam audaciā aliorum ad bonum sui exemplo. Propter quod dominus precepit: q̄ hi qui erant cum Gedeone pugnaturi contra hostes formidolosi ⁊ pusillanimes non irent cum alijs: sed reuerterentur domum: ne videlicet ex timore fugiendo aliorum audaciam debilitarēt: vt habetur Judic. vij. Et in figurā scribitur Jone. j. q̄ hi qui nauigabant cum Jona prophēta orta tempestate in mari omnes timuerunt valde: sed ipso Jona ab eis semoto cessauit tempestas ⁊

Quidest scrupul⁹.

Opinio

Dubitatio.

Scrupul⁹ seu suspicio.

stas ꝛ securi facti sunt. Inducit demū scrupulosa cōscientia tempestatē desperationis a qua liberari se petebat ℙsal. lxviij. dic. Nō me demergat tēpestas aque: quidā scrupulosi ex societate Machabeorū qꝛ noluerunt se defendere cōtra hostes bellātes aduersus eos in die sabbati: timētes ne ꝓpter hoc violarēt sabbatū occisi sunt ab eis. Causaꝫ aūt ista scrupulositas siue pusillanimitas inducens tēpestatē multorū malorū quādoqꝫ ex cōplexione ad timorē idonea: vt est cōplexio frigida: puta in feminis vetulis et melancholicis. Timor em̄ naturaliter ꝑm Damas. cor cōstringit: sicut ꝛ frigida cōstringunt: ꝛ cōgelationē faciunt ad quē motū cōtractionis imaginatio mouet a timoris dispositione: ita vt cōcipiat qs aliqd esse futurū malū ꝛ per ꝯs fugiendū. Quādoqꝫ causatur pusillanimitas seu scrupulus ex egritudine maniacave melancholica: que est infirmitas capitis: ꝑ quā ledit imaginatio et q̄ñqꝫ ratio. Vñ Gale. ꝛ Auicē. dicunt qꝫ mania est infectio anterioris cellule capitis cum diminutione imaginationis. Melācholia vero est infectio medie cellule capitis cū diminuttione rationis. Causaꝫ ꝛ aliquando scrupulus ex tentatione diabolica: pōt em̄ diabolus deo ꝑmittēte mouere melancholicos humores in hoīe: ꝑ quos imaginatio vel errare pōt: aut turbari ad timorem inordinatū. Unde ꝛ Auicē. dicit qꝫ quibusdā medicis visum est qꝫ melācholia cōtingat a demonio. Aliq̄n̄ vero ꝓcedit pusillanimitas seu scrupulus ex regiminis corporalis negligentia. ſ. per nimiā abstinētiā: vigilias ꝛhmōi. Vñ bearus Hiero. Rationalis hois dignitatē amittit: qui vel ieiuniū charitati: aut vigilias prefert sensus integritati: vt per immoderatam abstinentiā atqꝫ indiscretā psalmorū vel officiorū decantationē aut amentie aut tristitie. i. melācholie notā incurrat. de cōse. dist. v. nō mediocriter. Aliqñ causaⁿ scrupuli ex societate timidorū. Nā vn⁹ scrupulosus facit aliū scrupulosum. Remouende igit hmōi sunt cause: ne ipsa pusillanimitas tempestatē inducat: ꝛ demū in infernū deuolat. Qd̄ inde cōsequi ostendit ℙsal. lxviij. qui postꝫ dixit. Non me demergat tempestas aque: vt expositum est. Subdit. Neqꝫ absorbeat me profundum. i. infernus.

Etiā causatur pusillanimitas vel scrupulus.

Melancholia vñ cōtingat ꝯ Auicē.

§. X. Qñ autē remoueatur talis scrupulositas declarandū est nunc reuertendo ad primam partē: vbi dicit. Saluū me fecit. ſ. ab huiusmodi. Saluat ab isto malo sicut ꝛ ab aliis cunctis principaliter deꝰ. Unde ꝛ dixit Sara vxor Tobie dño loquens. Post tempestatem. ſ. scrupulositatis tranquillū facis. Saluū autē facit ab hmōi tanqꝫ per instrumenta per morales medicos: prelatos ꝛ cōfessores: consultores idoneos. Non autem debent scrupulosi dure corripi: sed animari ad deponendum pusillanimitatem ꝛ scrupulū ostēdendo pericula supradicta nisi sequaꝫ medici spūalis monitū. Septem autem sunt regule quarum adminiculo conscientia scrupulosa seu erronea deponi potest ꝛ debet. ꝛ sic saluari.

Septem sunt regule ꝑ quas erronea cōsciētia pōt rectificari.

¶ Primū videlicet debita ad gratiā dei preparatio.
¶ Secundū solicita sacre scripture indagatio.
¶ Tertiū orationis deuote continuatio.
¶ Quartū opinionis alicuius tuta electio.
¶ Quintū obedientie humilis imitatio.
¶ Sextum scrupulorum animosa obiectio.
¶ Septimum preceptorum discreta epikeizatio. i. interꝓtatio.

Que septē iubet habere eterna sapientia Prouerb. ij etsi non ꝑm ordinē positū di. Si suscepis sermones meos: subaudi modo debito quoad septimum: ꝛ mandata mea custodieris penes te. ſ. obseruando: et sic te ad gratiam preparando quoad primum. Si sapientiam inuocaueris. ſ. per orationem: quo ad tertium ꝛ inclinaueris cor tuum. ſ. ꝑ obedientiā quoad quintū prudentie. ſ. eligendo opinionē tutam quoad quartum. Si quesieris eā quasi pecuniā: quoad sextum. ſ. animose obiciendo scrupula: tunc intelliges timorē dñi ꝛ scientiam dei inuenies: que facit rectā cōscientiam. Prima igitur regula est: vt quis se ad gratiam preparet quantuz pōt seruando mandata dei: de peccatis ꝓpetratis dolendo ꝛ cōfitēdo. Nā quicunqꝫ facit qd̄ in se est ꝑm Tho. in. iiij. nulli tali abstrahit deus gratiam: sed infallibiliter infundit: ꝛ lumē doni sapientie: scientie: consilij: ꝛ intellectus tribuit ꝙbus tuuari pōt ad depositionē erronee conscientie. vnde ipse dicit per Hiere. c. iij. Conuertimini filij reuertentes quantū ſz in vobis est: ꝛ ego sanabo auersiones vestras. Et ꝑ Ezechi. xviij. Nunquid voluntatis mee est mors impij: ꝛ non potius vt cōuertat ꝛ viuat. Et per Esa. xlix. dic. Nunquid obliuisci potest mulier infantē suū vt nō misereat filio vteri sui? Etsi illa oblita fuerit: ego tñ nō obliuiscar tui. Figurā huius habes. ij. Reg. xiij. in Absalone fratricida recepto ad gratiaz a patre suo Dauid recognita offensa se humiliādo. Scda regula est solicita sacre scripture indagatio. vñ dicit Salomō Prouer. ij. Si quesieris eā quasi pecuniā: amatores mūdi: qui studiū habēt acquirē di pecunias preceptorē querunt primo bene doctuz in arte per quā volūt acquirere pecuniaz: vt doceat eos subtilitates ꝛ modos acquirendi: exinde sunt soliciti ad videndū ꝛ recolligendū libros suorū cōputorū: auxilia etiā querūt aliorū. Et sic etiā spiritualiter queri debet sapiētia scripturarū diuinarū. vñ Prouer. j. ō. Audiens sapiēs sapiētior erit: ꝛ intelligēs gubernacula possidebit. Aliaduertet parabolā ꝛ interpretationē verba sapientū ꝛ enigmata eorū. Hinc Hiero. ad Paulinū. Intelligere te in sacris scripturis sine premio ꝛ mōstrante semitā nō posse ingredi. Et exēplificat de quibuslibet artibus: ꝛ de Paulo q̄ post annos. xiij. cōtulit cū apūs euangeliū: ꝛ saluatore nostro duodenni interroganti doctores in tēplo. Deinde debet quis assiduus esse in lectione scripturarū. vñ Hiero. ad Nepo. Scripturas sepius lege: imo de manu tua nunqꝫ sacra lectio deponatur. Disce qd̄ doceas. In huius figurā mādauit dñs. Exod. xxxviij. vt vectes quibus portabat arca iugiter anulis ipsius arce essent inserti: ne cū haberet trāsferri mora fieret de trāsmittendis vectibus. Ad signandū qd̄ qui habent alios docere: ꝑ quos ecclia quasi circumfertur: debēt cōtinuo adherere studio scripturarū ꝑm quadruplicē sensum signatū per quatuor anulos ne cū habēt alios instruere: tūc querant addiscere. Tertia est orationis deuote cōtinuatio. Unde Jac. j. ō. Si qs vestrū indiget sapientia postulet a deo qui dat oibus affluēter: ꝛ nō improperat ꝛ dabit ei. Sapiens in se expertus ait. Sap. vij. Inuocaui ꝛ venit in me spūs sapiētie qui spūs est vnctio que docet de oib⁹: vt ō. in. j. Cano. Jo. sz necessarijs ad salutē. Sic ꝛ Salomō postulans sibi dari sapientiā ad recte iudicandū populuz vbi occurrunt multa dubia: obtinuit eā. iij. Re. iij. Et Josaphat rex ad dñm inquit Cum ignorem⁹ quid agere debeamus hoc solū residui habemus vt oculos nostros dirigamus ad te. Et precipue oratio valet ad tollendum scrupulos ꝓut procedunt ex tentatione diaboli: qd̄ figuratuz est Mat. xvij. in demoniaco lunatico sanato a christo qui proijciebat illū obsessum qñqꝫ in ignem: quandoqꝫ in aquā. Sic scrupulosus de vno contrario vadit ad aliud: et de eo dixit qd̄ illud genus demoniorū ejicit in oratione ꝛ ieiunio. Sic beatus Petrus martyr oratione liberatus fuit a scrupulo infidelitatis. Quartam regulam quia prolixa est ponemus in fine. Est igitur quinta regula obedientie humilis imitatio: vt. ſ. scrupulosus captiuet intellectum suum dictis sapientum ꝛ obedientie superiorum quantuncunqꝫ scrupulus sibi dictet aliud. Unde Prouerb. iij. dicitur. Ne inuitaris prudentie tue. Et Tob. iij. Consilium semper a sapiente perquire. ꝛ Prouerb. xxij. Ne transgrediaris terminos antiquos quos posuerunt patres tui. Hinc ꝛ cancellarius Parisien. in. iij. de vita anime inquit. Unum hoc generale damus documentum credere videlicet faciliter sapiētiorum ꝛ bonorum iudicio: ꝛ contra cōmunes eorum sentencias nō leuiter sibimet formare scrupulos anxios et timidos. Et in libro de vitis patrum predicatorum narratur: quod cum quidā defunctus appareret alteri eiusdem ordinis. ſ. predicatorū: qui erat multum scrupulosus ipso interrogante de scrupulis suis. Respondit defunctus. Consule discretos ꝛ acquiesce eis. Similiter legitur de quodā discipulo beati Bernardi qd̄ cum nō posset deponere scrupulos suos: propter quod ad celebrandum nō auderet accedere. Dixit ei Bern. Vade frater ꝛ in fide mea celebres. Obediuit ille simpliciter ꝛ omnis ille scrupulus perpetuo recessit. Sed si quis scrupulosus diceret. Utinam talis esset prelatus qualis erat Bernardus: crederē faciliter imperanti ꝛ acquiescerem consulenti. Nunc autem cum superiorus mei paruā sapientiam conspicio: non audeo meam conscientiam sue fidei committere. Respōdet cancellarius. Quisquis ita dicis ꝛ sapis erras ꝛ decipieris. Debes ergo sibi obedire non vt homini: sed vt deo iubenti cuius vices gerit. Unde Luce. x. christus dixit. Qui vos audit me audit: si tamen non contra deum iusserit. Et cum causa scrupulositatis: vt dictum est. ſ. aliquando procedit ex qualitate complexionis precipue melancholice: aliquando ex egritudine superueniente maniaca vel melancholia aliquādo ex indiscreto vite regimine: puta per nimias abstinentias: pertinebit ad moralē medicū rectorem vel confessorem in

Prima regula.

Secūda regula.

Tertia regula.

ij. Paralipo. xx.

Quarta regula

Quinta regula.

Respōsio Ber. ad scrupulosuz fratrē.

hmõi adhibere remedia de cõsilio medicine: vt scrupulos9 seip sum vincat. Et si durũ videatur in assumẽdo illa remedia precipue consulta vel data seu imposita ab ipso medico spũali. Dicitur eñ Eccli. xxxviij. Altissimus de terra creauit medicinã et vir prudens nõ abhorrebit eã. Nõ tñ expedit in oibus viuere medicinaliter precipue religiosis. Nam vt dicit Ambro. de conse. dist. v. cõtraria. Cõtraria sunt diuine cõditioni precepta medicine que a ieiunio reuocãt: lucubrare non sinunt: vigilare nõ permittũt: ab omni intẽtione meditationis abducunt. Nec etiã scrupulosus debet timere vitã sibi abbreuiare ex obseruatione preceptorũ dei ⁊ ecclesie vel obseruatione sue religionis: dummodo ex capite suo nõ addat alia magis austera. Nã vt dicit Job. xiiij. Constituisti terminos ei9: scz vite hois: qui preteriri nõ poterũt: nec ꝑm prolõgationẽ nec ꝑm abbreuiationẽ: sz etsi abbreuiaretur ꝑm causas secundas ⁊ naturales sibi esset ad cumulũ premij non peccat: illa scz faciendo ad placenduz deo: et ꝑm cões regulas traditas ab ecclesia ⁊ religionibus approbatas. Serta regula est animosa pugnatio seu repulsio scrupulorum seu pusillanimitatis. Ad quod hortatur dñs. Esa. xxxv. dicens. Confortamini pusillanimes: confortamini et nolite timere: ecce deus vester: scz adiuuans et illustrans. Unde Greg. in moral. dicit q diabolus assimilatur myrmicoleoni: qõ animal dicitur leo formicarũ. Nam formicis q̃ minutissime sunt discurrentibus insidiatur et occidit. Sed alia animalia grãdiuscula itinerãdo conculcant ⁊ perimunt. Sic diabolus inuestigat cõpliones hominum: vt dicit Grego. ⁊ quos videt parui cordis et pusillanimes et scrupulosos ipsos aggreditur ⁊ scrupulis et vitijs occidit. Sed a magnus spe ⁊ vigore rationis diabolus ipse prosternitur ⁊ abijcitur. Unde ⁊ Cancellarius in quodam tractatu suo inquit. Mille surgunt apud aliquos scrupuli more canum oblatrantes ⁊ lacerare minantes ipsos qui voluit ire p viam dei: quos conuincere ⁊ compescere melius q̃s per cõemptũ nequimus. Tantummodo si contẽptus ille sit timoratus ⁊ regulatus: non absq; preuio alterius presertim superioris consilio. Et idem in tractatu de regulis moralibus ait. Consilium salubre est frequenter agere contra scrupulos leues ⁊ tepidos vitando eos ad aliorum iudicium: quatinus ex consuetudine fiat homo robustus: solidus et tranquillus in exercitio spirituali. Sicut etiam si quis vellet ligamentum distortum ad rectitudinem ducere: oporteret quod retorqueret ipsum ex parte opposita curuando: et sic reduci posset ad rectitudinem. Notãdũ etiam quod dicit Cancellarius in quodam tracta. quod aliqui doctores tenent: quibus assentit: aliquando non tam meritoriũ esse credere sicut velle credere: nec dolere sensualiter de peccatis: sicut velle dolere et non posse. Probatur hoc per ꝓ̃s. dicẽtem. Desiderium pauperum exaudiuit dominus: preparationem cordis eorum audiuit auris tua. Et ita iudicat nos deus secundum superioris arbitriũ: voluntatẽ et iudicium: et nõ ꝑm ea que nobis inuitis ⁊ contranitentibus portio sensualitatis inferior adhesit et perducit: qualia sunt volubilitas imaginationum ⁊ phantasiarum. Solet aũt impedire proportionẽ scrupulorũ snia aliquarum auctoritatũ nõ bene intellectarũ. ⁊ ideo declarande sunt: vt illa que habetur extra de spõ. iuuenis. scilz in dubijs tutior via est eligenda: propter quod scrupulosus eligit viã rigidiorẽ. Sed ad hoc respõdetur q eligere viam tutioriẽ cõsilij est nõ precepti: alꝫ oporteret multos ingredi religionẽ: in qua tutius viuntur q̃s in seculo. Non ergo de necessitate opz tutiorem eligere: quãdo etiã alia via potest eligi tuta. Sicut eñ diuerse vie tendunt ad vnã ciuitatẽ: licet vna tutior alia sit. Sic ad ciuitatem celestem alius sic: ali9 sic vadit ⁊ tute licet aliquis tutiori modo. Item q; ꝑ: Eccli. iij. Qui amat periculũ in illo peribit. Unde est quod bea. Tho. ⁊ alij dicũt q ille q̃ agit id de quo est dubiũ vtrum sit mortale an non: peccat mortaliter: quia periculo se exponit mortalis. Cum ergo in aliqua materia morali sunt varie et contrarie opiniones: ille qui adheret opinioni latioris vie: videtur se exponere periculo mortalis quia in dubio: cum possit illa opinio esse falsa ⁊ contraria vera. Sed ad hoc respondetur q vtiq; ille qui agit sciẽter id de quo dubitat esse mortale permanente dubitatione mortaliter peccat: etiã si illud in se non esset mortale: sumendo proprie ⁊ stricte dubitationẽ: videlz prout rationes sunt eque ponderantes ad vtrãq; partem: nec magis declinat quis ad vnã q̃ ad aliam. Sed si dubiter leuiter quis et per modum scrupuli: sicut dubitat seu formidat habens opinionem de aliquo: quia ita inheret ipsi sententie quod tamen formidat de opposito. Sic agendo cõtra tale dubiũ nõ peccat: dũ adheret opiniõi alicuius doctoris: et habet rõnes ꝓbabiles pro ipsa magis q̃s ꝓ opposita opinione: etiã si ipsa opi. quaz tenet nõ esset vera: ⁊ hoc nisi ipsa opi. sumpta esset cõtra manifestũ testimoniũ scripture vel determinationẽ ecclie. Talis eñ nõ operat in dubio moralis sed ꝑm opi. probabilẽ: qõ magis declarabit in septima regula. Qõ etiã Greg. dicit. Bonarus mentiũ est ibi etiã culpas suas cognoscere: vbi culpa nõ est. dist. v. ad eius. circa finẽ. Ad hoc dicit glo. cognoscere. i. timere: ⁊ nõ per assensum firmum determinare. Hoc stultũ esset et periculosum ꝑm Cancellariũ. Septima regula est pro scrupulorũ depositione preceptorũ discreta epykeizatio: id est interpretatio vel declaratio. Equitas eñ quã ꝓhs nominat epykeiã preponderat iuris rigori ꝑm iurisperitos. Est aũt equitas iustitia pensatis omnibus circũstãtijs particularibus: dulcore misericordie temperata. Et ait sapiens. Noli esse nimis iustus qui peruerit in iustitia sua. Pertinet aut; ad virtutẽ epykeie cõsiderare nõ nudũ de se preceptũ: sed circũstantias oẽs particulariter ipsuz vestientes. Unde ꝓhs. v. ethi. dicit q epykeia interpretatiua legũ est melior q̃s iustitia legalis. Et ꝑm hanc virtutẽ epykeie possumus precepta dei ecclesie: prelatorũ seu iudicũ benigne interpretari. Et in foro quidã cõtentioso eius est interpretari: cuius est condere vel sententiare. Sed in foro conscientie circa precepta ⁊ humana ⁊ diuina dico q pertinet ad quẽlibet pro facto suo: si tamẽ rationabiliter interpretetur. Et ꝑm Jo. de Amb. septuplex doctrina p virtutẽ epykeie scrupulose cõsciẽtie proficua dari põt. Quarũ prima est: inter durã ⁊ benignã circa preceptã sniam: q benigna est potius ceteris paribus interpretatio facienda: qõ etiã asserit Guil. Huius ratio est: qz precepta dei ⁊ ecclesie nõ sunt ad tollendã oẽm spũalem dulcedinez: qualis certe tollitur q̃n nimis scrupulose ⁊ timide precepta interpretantur. Scõa doctrina ꝑm virtutẽ epykeie est: qõ nec deꝰ nec ecclesia per sua precepta intendit obligare ad vir possibile alicui. Cuz enim ꝑm regulam iuris: nemo possit ad impossibile obligari: extra de reg. iur. lib. vj. nemo. Non solũ ꝺ impossibile qõ absolute nõ est possibile. Sed etiã videtur interpretandum ꝑm virtutẽ epykeie in lege noua esse impossibile qõ vix est possibile: vt puta nimiam habens difficultatem: alias quo saluaret illud. Onus meũ leue. Mat. xj. Tertia doctrina est qõ nec deus nec ecclesia intendit suis preceptis aliquem obligare ad hoc q sit fatuus. i. talia precepta loco ⁊ tẽpore non obligant quibus eorum obseruantia fieret ridiculosum: saltem apud discretos ⁊ bonos viros. Patet igitur a simili de votis ex diuino precepto deo reddendis: que tamen si stulta sint secunduz docto. nullus obligatur implere: ad quod facit glo. Inno. sup. c. nouerit. de sen. excõmuni. Quarta doctrina est quod in dubijs bonorum vita alijs debet esse viuendi regula: a tanto magis quanto meliores sunt. Unde Hiero. ad Rusticum monachum ⁊ habetur. xvj. q. j. sic viue. Inter bonos semper sectare meliores: propter quod christus discipulos suos vocat sal terre: quia videlicet et moribus ipsorum populi sunt condiendi. Et ratio huius regule est: qz tales ꝑm virtutem epykeie presumi debent habere rectum iudiciũ: qz habent rectuz affectum: sicut sanus bene iudicat de saporibus: qz nõ hz gustũ infectum. Quinta doctrina est: qz in his que solũ sunt mala: qz prohibita: vt cõmuniter posituna precepta multũ excusat vel in toto vel in tanto consuetudo si sit prescripta: imo aliquando tollit legem scriptã positiuam: vt dist. iij. in istis. ⁊. c. seq. cum glo. Sicut enim epykeia est interpretatiua legum: ⁊ sic consuetudo est optima legum interpres. extra de consue. cum dilectus. Serta doctrina est quam tradit ꝓ̃. de palu. in. iij. sen. quod homo vbi nõ peccat mortaliter nunq; incurrit sententiam excommunicationis iuris. Cum enim per excommunicationem ab homine nullus debeat eici ab ecclesia nisi pro mortali vero vel presumpto secundum bea. Tho. in. iij. quia maxima pena est. Sic etiam cum sententia iudicis non sit iniusta: potest homo formare sibi conscientiã quod vbi non peccat mortaliter: non incurrit sententiaz iuris. Septima est quod in quocunq; casu pretermittens facere hoc quod lex imponit: posset excusari a peccato puta quia hoc facit sine contemptu ꝓ virtutem epykeie ratione alicuius periculi considerati: quia potest fieri quandoq; contra verba legis. Reuertendo ad quartã omissam: dico qõ ipsa est opinionis alicuius tuta electio. Sunt eñ aliq̃ de aliquibus materijs moralibus doc. opinionũ ꝓtrariarũ: ⁊ tũc scrupulosi dubitant quã partẽ possint cũ bona conscientia eligere. Pro cuius enodatione difficultatis notandũ q cũ bona cõsciẽtia põt quis tenere vnã partem alicuius opinionis: ⁊

Serta regula.

Vita tutior ẽ eligenda.

Regula moralis.

Septima regula.

Quid ẽ q tas.

Doctrina septuplex scrupulose cõsciẽtie proficua.

Vita bonor alios dr esse regula.

Quarta regula q hic ponit ꝓter ꝓlixitatẽ qua.

nis:ꝛ sin eam operari:excluso saltez scandalo:que sez pars habeat ꝓ se notabiles docto.dūmodo talis opinio nō sit cōtra auctoritatē expressaz sacre scripture:nec cōtra determinationē ecclesie catholice:ꝛ q̄ etiā ex cōtrarietate taliū opinionū nō inducaꝫ ad indubitandū:sed bonā sibi conscientiā ꝛ credulitatē formet de eo q̄ credit tanq̄ de probabiliori parte:ꝛ p̄cipue q̄n q̄s adhibet diligētiā inquirēdo an liceat: nec inuenit aliq̄d q̄ eū sufficienter moueat ad hoc q̄ sit illicitū. Q̄ sint cōtrarie opiniones inter doctores sanctitate ꝛ scientia maximos in materia moali: aliq̄n etiā ad salutē necessaria ptz ꝓ exēpla. Nā. b. Tho. in. iiij. tenet q̄ post lapsum in mortale nō oportet aliquē statim cōfiteri sub p̄cepto habita copia cōfessoris:nisi in paucissimis casibus qui ibi ponuntur. dis. xvij. Et cū eo tenet Richar. ſz Hugo de sancto Victo. ꝛ beatus Bonauētura sunt in hoc cōtrarie opinionis. Sanctitas aūt et magnitudo scientie ipsorum nota est toti ecclie:neutra aūt illoꝝ opinio reprobaꝫ. Etsi b̄ati Thome opinio cōmunius teneaꝫ:que tamē minus tuta videꝫ. Raymūdus decretista ꝛ sanctus in summa tenet q̄ participare cum excōicatis maiori excōicatione in loquela:cibo:ꝛ hmōi. in casu nō cōcessio sit mortale vniuersaliter. Sed. b. Tho. in. iiij. ꝛ Joan. and. ꝛ Archidia. tenēt cōtrariū. Et illud cōtrarium cōiter teneꝫ. Et sic exempla innumera possent poni. Q̄ aūt dicit. b. Tho. in quodlibeto. iij. q. iiij. arti. ij. q̄n due sunt opiniones cōtrarie de eodē oportet alterā esse verā ꝛ alterā falsam. Si ergo ille qui facit contra opinionē magistroꝝ:ꝛ puta in habendo plures prebendas faciēs cōtra verā opinionē:nō excusaꝫ a pctō cū faciat contra legē dei:quāuis nō faciat cōtra cōscientiā. Hec enim verba beati Tho. nō possunt intelligi: nisi de his vbi manifeste ptz ex scriprura vel ecclesie determinatione q̄ sit cōtra legem dei:ꝛ nō de illis intelligit vbi nō apparet:aliꝫ sibi cōtradicerer in eodē libro q̄ nō esset credendū. Itē Ulricus in summa dicit q̄ si quis de aliquo agēdo dubio magis pitos ꝙsulat:de quo nullā hz expīssam auctoritatē:vtrū ita sit an nō:dūmō formet sibi bonā cōscientiā:etiā si res aliter se habeat q̄n id q̄ sentit:ꝛ q̄ sibi cōsultuz fuerit:excusaꝫ:q; fecit q̄ potuit:et deus plus nō requirit. Itē ex responsis que videntur data ab Alberto magno habeꝫ q̄ frater simplex vel quilibet homo cū salute pōt sequi in cōsilijs quā cunq̄ opinionem voluerit: dūmodo alicuius doctoris magni opinionē sequaꝫ. Hostiē. etiā dicit extra de cogna. spiri. sup. c. si vir. vbi sunt diuerse opiniones ꝛ diuersa iudicia:semp humanior est preferenda ꝛ equior. Et ad idē facit q̄ ait Augu. di. ix. sana. Guil. etiam in glo. Ray. dicit q̄ in apicibus iuris vbi dubitant etiā sapientes excusabilis est ignorātia. Ūñ si aliq̄s bona fide ptē illā vel illā elegerit nō debet sup hoc habere cōscientiam nimis scrupulosam. Item Pe. de palu. super. iiij. di. xvij. dicit q̄ si cōfessor dubitaret vtrum illud de quo confitens nō penitet nec cōfitetur esset mortale:et ipse confitens dicit q̄ cōsilio periti illoꝝ fecit:de quibus ex vita et scientia ꝓbabile est q̄ nō consulerent nisi bene:illi iudicio se pōt conformare. Secus aūt esset si esset certus de oppositō. Idē videt sentire Goffr. de fontibus:in his scilicet opinionibus cōtrarijs que tolerant ab ecclesia: vt dictū est. Et q̄ dz proponere cōfitenti q̄ bene studeat de hoc seipsum per prudens informare:eo q̄ alij tenent contrariā opinionē:maxime si illius cōtrarie opinionis cōfessor sit inordinarius eius: ꝛ sic eū absolueret. Itē sentit Richar. Claremoñ. Nō distinguēdo vtrū confessor eius sit ordinarius vel nō ordinarius. Idē potest haberi ex decretali extra de sen. excō. inquisitioni. tā in text. q̄n in glo. vbi declaratur q̄n mulier vxorata incipit ꝓ nouā informationem dubitare:an attineat viro gradu ꝓhibito:quo se debeat habere in tali dubio circa exactionē vel redditionē debiti coniugalis. Probatur et hoc idem tali ratione secundum Cancellarium. Non plus nocet homini errare in articulo fidei qui non est declaratus adhuc ab ecclesia quod sit articulus de necessitate credendus:q̄n necesse posset actus moralis contra aliquid agibile perpetratus:q; actus nō dicitur esse certus ex scriptura aut determinatione ecclesie quod sit illicitus. Patet hoc ex eo q̄ fides est tam necessaria sicut virtutes morales:etsi nō amplius. Sed constat cōmuniter apud theologos q̄ in materia fidei dum doctores sentiunt contraria: licitū est ante determinationē ecclesie tenere vnā partē vel alterā sine periculo peccati vel fidei:vt patet in abbate Joachim qui tenebat cōtrariū ad id q̄ magister sen. diceret in. j. distin. j. lib. ꝓ quo magistro senten. ecclesia postmodum determinauit. extra de sum. trini. dānamus. Hec tamen dictus Joachim incidit in heresim aut perfidiam propter hoc:quia dicta sua omnia subiecit correctiōi ecclesie. Ergo a simili licet vnam opinionem in moralibus tenere:iuxta limitata superius:vbi saltem magis sapientes non sentiunt contrarium:ꝛ vbi paratus est obedire ecclesie ꝛ scripture si ei erroꝛem explanauerit. Solet autem mouere scrupulosus ꝛ detinere illud dictum August. Tene certum ꝛ dimitte incertuz. de pe. di. vij. c. si quis. ij. Sed vbi in eadem materia moali sunt contrarie opiniones doctoꝝ: illa videtur tutior que est rigidior:ꝛ sic potius amplectenda ad quod instigantur scrupulosi. Sed ad hoc respondetur quod Aug. loquitur in dic. c. proprie de eo qui differt penitentiam vsq; ad extremum vite:cuius saluatio dubia est ꝛ incerta:non quia vera penitentia non possit esse in extremis ꝛ deus indulgeat:vt patet in latrone cum christo crucifixo. Sed quia incertum est ꝛ dubium vtrum talis vere peniteat:quia videtur moueri principaliter timore gehēne magis q̄n respectu diuine offense et diuine gloie quod req̄ritur ad veram penitentiam secundum Aug. de pe. distin. vij. nullus. Sed extendatur illa auctoritas Augu. ad alias materias morales. Notandum secundum Cancellarium quod certitudo que req̄ritur in materia moali non est certitudo euidentie:sed probabilis coniecture. Et ꝓ huius declaratione sciendum quod triplex est certitudo. Una supernaturalis:alia naturalis: tertia ciuilis seu moralis. Et certitudo supnaturalis ita se habet quod non stat aliquem certa sentire ꝛ falli:ꝛ ipsa est triplex. Prima euidentie intuitiua qualis est beatoꝝ superne patrie. Alia est euidentie reuelate:vt in prophetarum illustratione. Tertia est solius adherentie in speculo ꝛ in enigmate:qualis est certitudo fidei que non innititur euidentie rationis humane:sed auctoritati diuine que continetur in sacra scriptura. Est autem quelibet trium certitudinum supernaturalium tanta: quod per nullam potentiam etiam diuinam ꝛ absolutam fallax esse poterit:aliquin deus negaret seipsum. Certitudo vero naturalis ita se habet quod non stat per naturam aliquam taliter assentire et falli:quam philosophi nobis posuerunt possibilem in principijs ꝑ se notis:cognitis scilicet ex sola apprehensione terminorum vt quodlibet est vel non est. Posuerunt etiam in conclusionibus demonstratiuis ꝛ in consequentia euidenti deductis per talia principia quemadmodum dixerunt scientiam mathematicam esse scientiam certissimam. Tertia etiam certido: scilicet moralis seu ciuilis: tangitur vna cum precedenti in principio Ethicorum. vbi dicitur quod disciplina est in vna quaq; re certitudinem querere iuxta exigentiam materie. Eque enim vitiosum est persuadentem querere mathematicum ꝛ moralem demonstrantē. Nō enim consurgit certitudo moralis ex euidentia demonstrationis:sed ex probabilibus coniecturis grossis et figuralibus magis ad vnam partem q̄n ad aliam se habentibus. Dicitur autem probabile quod pluribus ꝛ maxime sapientibus apparet verū. Ex his igitur sequitur quod in humanis agibilibus que tantā habent varietatem: teste Aristo. ꝛ experientiam sufficit talis certitudo que non semper scrupulos omnes obiiciat:sed sufficit vt contennat seu superet eos. Ad quod etiam optimum facit illud Leonis pape dicētis. In his que dubia fuerint aut obscura: ad nouerimus sequendum: quod nec preceptis euangelicis cōtrarium: nec decretis sanctoꝝ patrum inueniatur aduersum. dis. xiij. c. sicut quedam. Ista autem certitudo moralis colligitur ex vno trium modoꝝ: videlicet ex alterius auctoritate: quod p tinet ad incipientes: qui scilicet eruditur per alios in doctrinis et addiscunt ꝛ obediunt iuxta illud Deutero. xxxij. Interroga patrem tuum ꝛ annuntiabit ꝛc. Secundus modus est ex propria eruditione: quod congruit proficientibus studendo in scripturis iuxta illud Prouerbioꝝ. xxvij. Stude sapientie fili mi. Tertius modus est ex circunspectione circunstantiarum: ꝛ hoc quo ad perfectos.

Doctores ẽt sancti q̄nq; cōtrariā tur i materia morali ꝛ spirituali.

Submissio ecclie excludit heresim.

Triplex est certitudo.

Ignorantia i apicibus iuris est excusabilis.

In duobus q̄d sequēdū.

De actu intellectus. Capitulum. xj.

De actu intellectus. Et primo quomodo cognoscit anima in corpore.
Et quantū ad hoc consideratio erit tripartita.
Primo de cognitione eoꝝ que sunt infra se.
Scō de cognitione eoꝝ que sunt in ipsa anima et de se.
Tertio de cognitione eorum que sunt supra ipsam.

§. I. Anima cognoscit corpora p

intellectuz. Pro cuius declaratione dicit beatus Thomas in. j. parte. q. lxxxiiij. articu. j. quod primi philosophi qui de naturis

rerum inquisierunt putauerũt nil esse in mundo nisi corp⁹. Et q; videbãt oia corpora esse mobilia: ⁊ putabãt esse in continuo fluxu: estimabãt q; nulla certitudo de rerũ varietate haberi posit a nobis. Quod eñ est in cõtinuo fluxu p certitudinẽ apprehendi non potest: q; prius labitur q̃ a mẽte dijudicetur. Sicut Eraclius dixit q; non erat possibile aquam fluuij currentis bis tangere: vt recitat ph̃s in. iij. metaph. Ideis autẽ supuenies Plato vt posset saluare certam cognitionẽ a nobis veritatis per intellectũ posse haberi: posuit preter ista corporalia quasdã substãtias subsistentes separatas a materia et a motu: quas nominauit species vel ideas: per quarũ participationẽ vnũquodq; singulariũ ⁊ sensibiliũ istorũ dicitur homo vel equus vel aliquid huiusmodi. Sic ergo dicebat scientias ⁊ diffinitiones: ⁊ quicquid ad actũ intellect⁹ pertinet: nõ ad ista materialia ⁊ sensibilia referri: sed ad illa immaterialia ⁊ separata: vt sic anima nõ intelligat ista corporalia: sed intelligat horũ corporaliũ spẽs separatas. Quod apparet esse falsum: q; cũ ille species separate sint immateriales ⁊ immobiles ꝑm ipm excluderetur a scientijs cognitio ⁊ motus materie: quod est propriũ sciẽtie naturalis ⁊ demonstratio per causas mouentes ⁊ materiales. Dicendum igitur quod aia per intellectũ cognoscit corpora cognitione intellectuali: immateriali: vniuersali: ⁊ necessaria. Sicut enim forma sensibilis alio modo est in re que est extra animã: et alio modo in sensu: qui suscipit formas sensibiliũ absq; materia: sicut colorẽ auri absq; auro. Sic intellect⁹ species corporũ: que sunt materiales et mobiles: recipit immaterialiter et immobiliter ꝑm modũ suũ. Nã receptũ est in recipiente per modũ recipientis. Quod autẽ Aug. dicit in lib. soli loquiorum corpora intellectu cõprehendi nõ posse: intelligẽdũ est quãtũ ad ea quib⁹ mediãtibus intellectus intelligit: non quantum ad ea que cognoscit. Cognoscit enim intellectus corpora: sed non per corpora: nec p similitudines corporales ⁊ materiales: sed per species immateriales ⁊ intelligibiles: que per sui essentiam esse possunt in aia. Et vt dicit etiam Augu. vlti. de ciui. dei. Non est dicendũ q; sicut sensus cognoscit sola corporalia: ita intellect⁹ cognoscit sola spiritualia: quia sequeretur q; deus et angeli corpora non cognoscerent. Huius diuersitatis ratio est: q; inferior virtus non se extendit ad ea que sunt virtutis superioris: sed bene superior virtus ad ea que sunt inferioris virtutis excellentiori modo operatur. Quãuis etiã transmutetur forma substantialis rerũ inferiorũ: remanet tamen materia immobilis rerũ. Rerum etiam mutabilium sunt habitudines immobiles. Sicut Sortes: etsi non semper sedeat: tamen immobiliter verum est q; ñ sedet in vno loco manet: ⁊ propter hoc nihil prohibet de rebus mobilibus immobilem scientiam habere.

Idee platonis.

Materialia quomõ cognoscũtur.

Alia intelligit per intellectũ et nõ per suã essentiã.

§. II. Anima humana non cognoscit per essentiã suã corpora: sed p intellectũ suũ mediantib⁹ speciebus intelligibilibus.

Antiqui autẽ ꝓbi posuerũt animã ipsam p essentiã suã cognoscere oia. Et q; cõsiderabãt res inferiores cognitas esse corporeas et materiales: posuerũt etiam oportere res cognitas esse in anima cognoscẽte materialiter. Et ideo vt anime attribuerent omniũ cognitionẽ: posuerũt eã habere naturã cõem cũ oibus. Et q; natura principiatorũ ex principijs cõstituitur: attribuerũt aie naturã principij. Vñ qui dixit principiũ oim esse ignem: dixit aiam esse de natura ignis. Qui dixit esse aerem principiũ oim: dixit aiam ex aere. Empedocles qui posuit quatuor elementa principiũ omniũ: dixit animam ex his constituã. Sed hec est falsa opinio. ⁊ eam reprobat Aristo. in. j. de anima. Quod autem ipse in. iij. de anima dicit animã quodammodo esse oia: non ex hoc vult dicere q; actu sit composita ex oibus. Sed inquãtũ est in potentia ad omnia per sensum ad sensibilia: ⁊ per intellectum ad intelligibilia. Solus ergo deus est qui per essentiã suã intelligit omnia: quia essentia eius immaterialiter in se omnia habet: prout effect⁹ virtute preexistunt in sua causa. Non autẽ anima humana vel angel⁹ per essentiam suam cognoscit omnia. Intellectus tamen cognoscit perfectius q̃ sensus: quia sens⁹ accipit formam rei cognite sine materia: sed cum materialibus conditionibus. Intellectus autem abstrahit in cognoscendo non solum a materia: sed etiam a conditionibus indiuiduantibus materialibus.

Opinio erronea repellit.

Alia non hz spẽs naturaliter inditas: sed acq̃sitas.

§. III. Anima humana non intelligit per species naturaliter inditas: quia eas non habet: vnde philosophus in. iij. de anima dicit quod intellect⁹ est sicut tabula rasa in qua nihil est scriptum. Pro cuius declaratione dicit. b. Tho. vbi. s. q; nos videmus q; homo q̃q; est cognoscẽs in potentia tantũ: tã ꝑm sensum q̃ ꝑm intellectũ. Et de tali potentia ad actũ reducit: vt sentiat p actiones sensibiliũ: in sensu vt intelligat p disciplinã aut inuentionẽ. Unde oportet dicere q; anima cognoscitiua sit in potẽtia tã ad similitudines que sunt principia sentiẽdi: q̃ similitudines que sunt principia intelligendi. Et propter hoc Aristo. posuit q; intellectus quo anima intelligit nõ hz aliquas species naturaliter inditas: sed est in principio in potẽtia ad oẽs species hmõi. Sz q; id q̃ habet actu formã interdũ nõ põt agere ꝑm formã ꝓpter aliq̃ impedimentũ: sicut leue nõ põt ferri sursum si impediat: ꝓpter hoc Plato posuit q; intellectus noster naturaliter est plen⁹ oibus speciebus intelligibilib⁹ sed per vnionẽ corpis impedit ne possit in actu exire. Sed hoc nõ videt cõuenienter dictũ: q; si habet aia naturalẽ cognitionẽ omniũ: nõ videt esse possibile: q; hmõi notitia naturalis habeat tãtã oblitionẽ: q; nesciat se hmõi sciaz habere. Nullus eñ obliuiscit ea que naturaliter cognoscit. Sicut q; oẽ totũ est maius sua pte: ⁊ precipue est huiusmodi incõuentens si ponat naturale esse animã vniri corpori. Apparet ẽt incõuenies ista: videt hmõi: q; deficiente vno sensu: deficit scientia in hoie eorũ que apprehenduñt per illum sensum. Sicut cecus natus nullã habere põt notitiã de coloribus. Qõ nõ esset si naturaliter omniũ rerũ intelligibiliũ rationes aia haberet. Intellectus autẽ angelicus a principio sue creationis fuit repletus hmõi speciebus intelligibilibus: quibus intelligit perfecte. Unde in libro de causis dicitur. Omnis intelligentia est plena formis: scilicet angeli: non autem hominis.

Unde hz aia spẽs intelligibiles.

§. IIII. In animã nõ effluunt species intelligibiliũ ab aliquibus formis separatis: vt dixerũt quidam: scz Plato ⁊ Auicenna. Sed alio ⁊ alio modo. Nã vt ponit beatus Tho. in. j. parte. q. lxxxiij. art. iiij. Plato dixit formas rerum sensibilium per se sine materia subsistentes: sicut formã hominis quã noiabat per se hoiem ⁊ formã equi seu ideã quaz per se nominabat equum: ⁊ sic de alijs. Has igitur formas separatas dicebat participari ab anima nostra ad cognoscendum ⁊ a materia corporali ad essendum. Et ita intellectus noster p hoc quod participat ideam lapidis: intelligitur lapidem. Participatio autem idee est per aliquam similitudinem ipsius idee in participante ipsam per modum quo ab exẽplato participatur exẽplar. Et sic ponebat species intelligibiles intellectus nostri esse similitudines quasdam idearum ab eis effluentes. Sed Aristo. probat esse contra rationem rerum sensibilium quod earuz forme subsistant absq; materia. Auicen. autem remota hac positione Platonis posuit omnium rerum sensibilium species intelligibiles: non quidem per se subsistere absq; materia: sed preexistere immaterialiter in intellectibus separatis: a quorum primo deriuantur huiusmodi species in sequentem: ⁊ sic de alijs vsq; ad vltimũ intellectũ quẽ nominat intellectum agentẽ: a quo vt ipse dicit effluunt species intelligibiles in animas nostras: et forme sensibiles in materiam corporalem. Sed secundum hanc positionem sufficiens ratio nõ posset assignari quare anima nostra corpori vniretur. Non enim potest dici q̃d vniatur aia propter corpus: q; nec forma est propter materiam: nec motor propter mobile: sed potius econuerso. Maxime autẽ est corpus necessarium aie intellectiue ad operationem eius propriam: que est intelligere: q; ꝑm esse suũ a corpore nõ depẽdet: si autẽ species intelligibilis esset apta nata recipere naturaliter per influentiam aliquorũ separatorũ principiorum tantum: ⁊ non acciperet eas a sensibus: non indigeret corpore ad intelligẽdũ. Unde frustra corpori vniretur. Si autẽ dicatur q; aia indiget sensibus ad intelligendum: quibus quodammodo excitetur ad considerandum ea quorũ species intelligibiles accipit a substantijs separatis: hoc nõ videtur sufficere: q; hmõi exercitatio non videtur necessaria: nisi ad excitandam animam quasi consopitam et obliuiosam ꝑm Platonicos. Et sic sensus non proficerent anime intellectiue: nisi ad tollendum impedimentum quod puenit anime ex corporis vnione. Remanet ergo querendum que sit causa vnionis anime ad corpus. Patet etiaz falsitas huius ex hoc quod qui deficit vno sensu: caret scientia sensibilium illius sensus: quod non esset si ex intellectibus separatis effluerent soluz species intelligibiles in animam. Et quia omne quod per participationem est tale: reducitur in aliquod principium quod per essentiam est tale: vt ignita reducuntur sicut in causam in

Corpus quo fit seruit ei

ignem

ignem: ideo species intelligibiles quas participat intellectus noster reducunt sicut in cām primam in aliqđ principiū qđ per essentiā est intellectuale: scz deū: z ab illo principio ꝓcedunt mediantibus formis sensibiliū rerum et materialium a quibus sciē tiam colligimus: vt dicit Dionysius.

Quidem cognosci in rombꝰ eternis.

§. V. Anima intellectiua cognoscit res materiales in rationibus eternis.

Pro cuius declaratione dicit beatus Tho. vbi. s. artic. v. q ꝑ si qua dixerūt vera et fidei nostre accōmoda tanq̄ ab intrusis possessoribus in vsum nostrū vendicanda sunt. Simulata ẏo z superstitiosa eorū euitari debent. Aug. ergo qui imbutus fuit doctrinis Platonicorum: si qua inuenit fidei accōmoda in eorū dictis assumpsit: fidei autē nostre aduersa in melius cōmutauit. Quidā Plato posuit formas rerū per se subsistere a materia separatas quas ideas vocabat ꝑ quarū participationē dicebat intellectū nostrū intelligere: hoc autē alienū est a fide nostra. Ideo Aug. in lib. lxxxiij. questionū loco harum idearum quas Plato ponebat posuit rationes omniū creaturarū esse in mēte diuina ꝝm quas oia formātur: z ꝝm quas etiā aia nostra oia cognoscit. Sed sciendū qđ aliquid in aliquo cognosci dicit dupliciter. Uno modo sicut in obiecto vel subiecto cognito. Sicut aliquis videt in speculo omnia que in speculo repsentātur. Et hoc modo anima nostra in statu vite presentis nō videt oia in rationibus eternis. Sed in eis omnia cognoscunt beati qui deū vidēt z oia in eo. Alio modo dr cognosci aliquid in aliquo sicut in cognitiōis principio. Sicut si dicamus qđ in sole videntur omnia que videntur ꝑ solem. Et sic necesse est dicere q anima nostra in rationibus eternis oia cognoscit per participationē earū. Ipsum enim lumē intellectuale qđ est in nobis nō est aliud: nisi quedā participata similitudo luminis increati in quo continent rationes eterne. Unde in psal. dicit. Multi dicūt quis ostēdit nobis bona. Cui questioni respondens Psalmista ait. Signatū est sup nos lumē vultus tui dne: quasi diceret: ꝑ sigillationē ipsius diuini luminis oia nobis demōstrant. Qz tamen preter lumē intellectuale in nobis exiguntur species intelligibiles accepte a rebus sensibilibus: vt de eis scientiam habeamus: ideo nō per solam participationez rationum eternarum de rebus materialibus notitiā habemus: sicut Platonici posuerunt qđ per solam participationem idearum scientiam haberemus.

Aliqđ dr in alio cognosci dupliciter.

§. VI. Intellectiua cognitio accipitur a rebus sensibilibus: nō tū totaliter et perfecte sed quedaz est materia media cause cognitionis: ꝝm illud philosophi in. j. Metaphi. Omnis nostra cognitio ortum habet a sensu.

Pro cuius declaratione dicit. b. Tho. vbi. s. arti. vj. q circa hec fuit triplex opinio ꝑor. Democritus dicit q nulla alia est causa nostre cognitionis: nisi cum ab his corporibus que cogitamus veniunt atq̄ subintrant imaginationes in animas nostras. Et sic posuit iste cognitionē nostrā fieri per idola z defluxiones. vt Aristo. dicit de eo in lib. de somno z vigilia. Et hmōi positionis ratio fuit: qz ipse z antiqui nō ponebāt intellectū differre a sensu.

Opinio Platonis.

Plato vero posuit intellectum esse virtutē immaterialē organo corporeo nō vtentē: et intellectualē cognitionē a sensibili nō ꝓcedere: sed per participationē idearū: vt dictum est. s. Nec etiaz sensibilē cognitionē a sensibilibus ꝓcedere: sed q solū sensibilia excitant animā ad sentiendū: sicut etiā ad intelligendū. Aristo. autē media via ꝓcessit: posuit quidē cū Platone differre intellectū a sensu. Et cū democrito q operationes sensitiue partis causent per impressionē sensibiliū in sensu. Sz nō tamē ꝑ modū defluxionis vt Democritus posuit: sed ꝑ quandā operationē. Intellectū vero posuit habere operationē absq̄ cōicatione corporis: nihil autē corporeū imprimere pōt in rē incorporeā. Et ideo ad causandū intellectualē opationē nō sufficit impressio sensibilium corpoꝝ: sed requiritur aliquid nobilis: eo q agens est nobilius patiēte. Id aūt superiꝰ z nobiliꝰ est ꝝm Arist. intellectus agens de quo. s. Hic facit ꝑhantasmata accepta a sensibus intelligibilia in actu per modum abstractionis cuiusdam. Seūduz hoc ergo intellectualis cognitio a sēsibilibꝰ causatur ex parte ꝑhantasmatū. Sed qz phantasmata nō sufficiunt immutare intellectū possibile: opz q fiant intelligibilia in actu per intellectū agentē. Et ideo nō pōt dici q cognitio sensibilis totalis z perfecta causa sit cognitionis intellectualis.

§. VII. Intellectus humanus nō potest actu intelligere per species intelligibiles quas penes se habet: nisi conuertendo se ad phantasmata in vita presenti.

Unde ꝑs in lib. 2o de aia dicit qđ nihil intelligit anima sine phātasmate. Et contrariū dicit beatus Tho. vbi. s. arti. vij. esse impossibile: quod secundum ipsum apparet duobus iudicijs. Primo quidem qz cum intellectus sit quedam vis non vtens organo corporali: nullo mō impediretur a suo actu per lesionem alicuius organi corporalis: si nō requireret ad actū eius actus alicuius potentie vtentis organo corporali: vt sensus: imaginatio: z alie vires pertinentes ad partem sensitiuam. Unde manifestum est qđ ad hoc qđ intellectus actu intelligat: non solum accipiendo scientiam de nouo: sed etiā vtēdo scientia iam acquisita: requritur actus imaginationis et ceterarum virtutum. Uidemus eñ quod ipedito actu virtutis memoratiue: vt accidit in lethargicis: per lesionem organi corporalis impeditur homo ab intelligendo in actu: etiam ea quorū iam scientiam habuit. Secundo qz hoc quilibet in scipso experiri potest. qđ qñ aliquis conatur aliquid intelligere: formet sibi aliqua phantasmata per modum exemplorū: in quibus quasi inspiciat qđ intelligere studet. Et inde est q qñ volumus aliquē facere intelligere aliquid: ꝓponimus ei aliqua exempla: ex quibus sibi phantasmata formare possit ad intelligendum. Huius autem ratio est: quia potentia cognoscitiua proportionatur cognoscibili. Unde intellectus angeli qui est totaliter a materia separatus obiectum propriuz est substantia intelligibilis a corpore separata: z per huiusmodi intelligibile materialia cognoscit. Intellectꝰ vero humani qui est coniunctus corpori est obiectum propriū quidditas seu natura in corporali existens materia: z ꝑ huiusmodi naturas visibilium rerū cognoscit: et etiam ad aliqualem notitiam inuisibilium ascendit. De rōne autē huius nature est q in aliquo individuo existat: qđ nō est absq̄ corporali materia. Sicut de ratione nature equi est q sit in hoc equo: z sic de alijs. Unde natura lapidis vel cuiuslibet rei in materia corporali existentis non potest complete z vere cognosci: nisi ꝝm q cognoscitur vt in particulari existens. Particulare autē apprehendimus per sensum z imaginationem. Et ideo necesse est ad hoc quod intellectus intelligat suū obiectum propriū: q conuertat se ad phantasmata: vt speculetur naturā vniuersalem in particulari existentem. Nec sufficit conseruatio specierum intelligibilium in intellectu possibili ad hoc q actu intelligat: sed oportet q eis vtatur ꝝm qđ cōuenit rebus: quarū spēs sunt nature i particularibꝰ existētes. Incorporea autē quorū nō sunt phātasmata cognoscuntur a nobis per comparationez ad corporalia sensibilia quorū sunt phantasmata. Deum autem vt dicit Dion. cognoscimus vt p causam: per excessum: z per remotionem. Alias etiam substantias incorporeas in statu vite presenti cognoscere possumus: nisi per remotionem vel aliquam comparationem ad corporalia. Et ideo cum de huiusmodi aliquid intelligimus: necesse habemus conuerti ad phantasmata corporum: sed ipsorum nō sunt phantasmata.

Obiectū intellectꝰ angelici.

Sensus sunt particulariū.

§. VIII. Judicium intellectus impeditur per ligamentū sensus.

Unde Augu. dicit qđ in dormiendo ea que cōtra licitos mores contingūt nō imputant ad peccatum: qđ nō esset si homo haberet liberū vsuz rationis z intellectus: qđ etiā sic declarat. b. Tho. vbi. s. arti. viij. Propriū obiectū intellectui nostro proportionatū est natura rei sensibilis: pfectū autē iudiciū de re dari nō pōt: nisi oia que ad rē ptinent cognoscant. Unde impossibile est q sit in nobis perfectū iudiciū intellectus cū ligamēto sensus: per quē reruz species cognoscimus. Sed sciendum q sensus ligatur in dormientibus ꝓpter euaporationes qualsdam et fumositates resolutas: vt dicitur in lib. de som. z vigi. Et ideo secundum dispositionem huiusmodi euaporationum contingit esse ligamentum sensus maius et minus. Quando enim multus fuerit motus: ligatur non soluz sensus: sed etiam imaginatio vt nulla appareant phantasmata: sicut precipue accidit cum aliquis incipit dormire post multum cibum et potum. Si vero motus vaporum fuerit aliquantulum remissior apparent phantasmata: sed distorta z inordinata: vt accidit in febricitantibus. Si vero adhuc motus magis sedetur apparent phantasmata: sed magis ordinata: sicut maxime solet accidere in dormitionis fine: z in his qui sunt sobrij: z qui habent fortem imaginationem. Si autem modicus fuerit motus: non solum imaginatio remanet libera: sed etiam ipse sensus communis soluitur ex parte: ita vt homo in dormiendo interdum

Sōnus ligat sensus.

iudicet somnia esse que videt: quasi diiudicans inter res et rerū similitudines: sed tñ ex aliqua parte remanet sensus ligatus. Et ideo semper licz aliquas similitudines discernat a rebus in aliquibus tñ decipitur. Sic igit̄ per modū quo in dormiendo soluitur sensus et imaginatio: sic etiā liberatur iudiciū intellectus: non tñ ex toto. Unde illi qui dormiendo syllogizant cum excitantur semper recognoscunt se in aliquo defeciſſe.

Quō intellectus abstrahit ſpēm a phantasmatib⁹.

§. IX. De modo et ordine intelligendi.

Et primo q̄ intellectus noster intelligat abstrahendo a phantasmatibus et quō. Pro cui⁹ declaratione dicit. Tho. in. j. parte. q. lxxv. ar. j. q̄ intellect⁹ noster medio modo se hz inter sensum nostrū et intellectū angelicū. Nō em̄ intellectus est actus alicui⁹ organi corpalis sicut est sensus: et ideo ꝓpriū ipsius sensus: est cognoscere formā in materia corpali individuali existētē: sicut colorē in ista vel in alia re particulari. Nec etiā ipe intellect⁹ noster est act⁹ alicui materie corporali nō cōiūctus: sicut est intellect⁹ angelicus. Et ideo angelici intellect⁹ obiectū est forma sine materia subsistens. Quāuis em̄ etiam materialia cognoscat: nō tñ ea nisi immaterialibus intuetur. ſ. vel in seipsis vel in deo. Sed cum intellectus noster sit virtus aie q̄ est forma corporis: ideo ꝓpriū eius est cognoscere formā in materia corporali individualiter existētē: nō tñ ꝓout sunt in tali materia. Cognoscere autē id q̄d in materia individuali est nō ꝓut est in tali materia: est abstrahere formā a materia individuali: q̄s representāt phātasmata. Et ideo necessariū est dicere q̄ intellect⁹ noster intelligit immaterialia abstrahendo a phantasmatibus. Et p materialia cōsiderata deuenit etiā in cognitionē aliqualē immaterialiū: sicut ecōuerso angeli materialia cognoscūt per immaterialia. Ad declarandū vero modū hui⁹ abstractionis sciendū ſm Tho. vbi. s. q̄ dupliciter cōtingit intellectū abstrahere. Uno modo per modū cōpositionis et diuisionis: sicut cū intelligimus aliquid non esse in alio vel esse separatū ab eo. Alio modo per modū simplicis et absolute considerationis sicut cū intelligim⁹ vnū nihil cōsiderando de alio. Abstrahere ergo per intellectū ſm primum modū abstrahendi ea que ſm rem nō sunt abstracta: nō est absq̄ falsitate. Sz abstrahere per intellectū sc̄ō modo que ſm rem non sunt abstracta non est cū falsitate: sicut et videm⁹ in sensibus. Si em̄ intelligim⁹ vel dicimus colorē non esse in colorato corpore vel esse separatū ab eo est falsitas in opinione et in locutione. Sed si consideremus colorē et proprietatē eius nihil cōsiderādo de pomo colorato: erit absq̄ falsitate opinionis. Pomum em̄ nō est de rōne colo⁹is: et nihil prohibet intelligi colorē nihil intellecto de pomo. Similiter ea que pertinent ad rationē speciei cuiuscūq̄ rei materialis puta lapidis: aut hoīs et alia hmōi: possunt cōsiderari sine principijs individualib⁹: que nō sunt de ratione speciei. Et hoc est abstrahere vle a particulari: vel spēm intelligibilē a phantasmatibus cōsiderare. ſ. naturā speciei sine individualiū consideratione principiorū: que per phantasmata representantur. Si ergo obijciatur q̄ intellectus est falsus intelligendo rem aliter q̄ est. Respondetur quod verum est si aliter referatur ad rem intellectā. Tunc em̄ intellectus est falsus q̄n intelligit rem aliter esse q̄ sit. Sicut si abstraheret spēm lapidis a materia vt intelligeret eam nō esse in materia. Sed si aliter referatur ex parte intelligentis est intellectus absq̄ falsitate: est enim hoc absq̄ falsitate vt sit alius modus intelligendi q̄s modus rei in existēdo quia intellectum est in intelligente immaterialiter per modum intellectus: nō autē materialiter per modum rei materialis.

Intellectus abstrahit duobus modis.

Obiectio soluitur.

§. X. Fit autem hec abstractio a

materia individuali: nō a materia cōmuni. Est enim materia cōmunis et signata seu individualis. Cōmunis vt caro et ossa. Individualis vt hec caro hec ossa. Intellectus autem ita abstrahit a materia individuali ad intelligendum spēm rei sensibilis q̄ non abstrahit a materia cōi. ſ. considerando hominem cum carnibus et ossibus in cōi: sed non his carnib⁹ et ossibus. Et quia phantasmata cum sint particularium: non possunt imprimere suam virtutē intellectui possibili: ideo virtute intellectus agentis resultat quedā similitudo ab intellectu possibili ex conuersione intellectus agentis supra phātasmata: que quidem est repsitatiua eorum quorum sunt phantasmata: solum quantum ad naturā speciei: et per hūc modum dicitur abstrahi spēs intelligibilis a phātasmatibus. Nō q̄ eadem numero forma que prius fuit in phantasmatibus: postea sit in intellectu possibili ad modū quo vnū corpus accipitur abuno loco et trāsfertur ad alium. Illuminantur autem phantasmata ab intellectu agente: et iterum ab eis per virtutē intellectus agentis species intelligibiles abstrahuntur. Abstrahit em̄ intellectus agēs species intelligibiles a phantasmatibus inquātū p virtutez intellectus agentis accipere possumus in nostra cōsideratiōe naturas specierū sine cōditionibus individuantibus: quarū similitudinibus intellectus possibilis formaī. Quāuis autē intellectus abstrahat species a phantasmatibus: inquantū cōsiderat naturas rerū individualiū: tñ intelligit eas in phantasmatib⁹: q̄ nō pōt intelligere etiā ea quorū species abstrahit: nisi cōuertendo se ad phantasmata. Species a phantasmatibus abstracta nō se habet ad intellectū sicut illud q̄d primo intelligit: sed sicut illud quo mediāte aliq̄d intelligit. Nā si ipse spēs intelligibiles essent illud q̄d intelligitur circa aliquā rez: quod quidā dixerunt: sequeret̄ hoc q̄ scientie oēs nō essent de rebus que sunt extra aiam: sed solū de speciebus intelligibilibus que sunt in aia: q̄d oino est falsum. Nā scientie sunt de rebus que sunt extra aiam: et ea intelligimus de quibus sunt sciētie. Se hz ergo spēs intelligibilis ad intellectū nostrū sicut id quod intelligit: nō sicut illud quod principaliter intelligit: sicut similitudo rei visibilis qua informatur oculus cum videt se habet ad visum vt id quo videt: nō sicut id quod videt. Nam id quod videt est extra oculū. ſ. res colorata. Sed q̄ intellectus supra seipsum reflectit ſm eandē reflectionē intelligit et suum intelligere et speciem per quam intelligit. Et sic species intellecta est secundario id quod intelligitur. Primo em̄ est res cuius species intelligibilis est similitudo id q̄d intelligit. Et hoc etiam ptz ex antiquorū opinione qui ponebant simile p simile cognosci. Ponebant em̄ q̄d aia per terrā que est in ipsa: terrā cognoscit que est extra ipsam: et sic de alijs. Si ergo accipiamus speciez terre loco terre ſm doctrinam Arist. iij. de aia. qui dicit q̄ lapis non est in anima: sed species lapidis: sequeret̄ q̄ aia per spēs intelligibiles intelligit que sunt extra ipsam. Et sic in parte sensitiua reperitur duplex operatio. Una ſm solā immutationē: et sic perficitur operatio sensus p hoc quod immutatur a sensibili. Alia operatio est formatio ſm quod vis imaginatiua format sibi aliquod idolū rei absentis: vel etiam nunq̄ vise. Ita accidit in intellectu. Sed in eo vtraq̄ operatio coniungitur. Nam primo consideratur passio intellectus possibilis: ſm q̄ informatur specie intelligibili: qua quidem informat sibi secundo vel diffinitionem vel diuisionem aut compositionem que per vocem signātur. Cum ergo philosophus dicit. j. Peri hermenias. quod voces sunt note earū que sunt in anima passionum: intelligitur quod signant ea que intellectus sibi format ad iudicandum de rebus extertoribus nō autem species intelligibiles.

Spēs intelligibilis est id q̄d intelligitur.

Modus intelligēdi exponitur.

§. XI. Cognitio singularium est

prior quo ad nos q̄s cognitio vniuersaliū. Et ratio est: q̄ cognitio intellectiua que est vniuersaliū aliquo modo habet primordiū a sensitiua: et q̄ sensus est singularū: intellectus vniuersaliū. ideo quo ad nos opz q̄ prior sit cognitio singularū q̄s vniuersaliū. Sed ſm se simplex cognitio vniuersaliū est prior cognitione singularū: et cognitio magis cōis min⁹ cōi. Ratio est: q̄ intellectus noster cū procedat de potētia in actū: et oīe q̄d procedit de potētia in actū prius peruenit ad actū incōpletū: qui est medius inter potentiā et actū: q̄s ad actū perfectū. Actus autez perfectus ad quē peruenit intellectus est scientia completa: per quā res distincte et determinate cognoscuntur. Actus imperfectus est scientia incompleta: per quā res sciuntur sub quadam confusione. Dicit aūt phs. j. Physi. q̄ sunt nobis primum manifesta et certa confusa magis: posterius autem cognoscimus distinguendo magis distincte principia et elementa. Prius enim occurrit in intellectu nostro cognoscere animal q̄s cognoscere hominem. Et idem est de cognitione sensitiua ſm locum et tempus. Nam prius cognoscitur a remotis aliquid esse animal q̄s esse homo: et prius esse homo q̄s Sortes: ſm tempus: q̄ puer prius distinguit hominem a non homine: q̄s hunc hominem ab alio distinguat. b. Tho. vbi. s. arti. iij.

Cognitio vniuersaliū sequit cognitionē particularium.

§. XII. Intellectus noster potest

multa simul intelligere per modum vnius: non autem multa p modū multorum: dico autē per modū vnius vel multorū p vnā sez vel plures species intelligibiles. Rō est: q̄ modus cuiuslibet actionis consequitur suam formaz que est actionis principium

Quō autez multa possunt simul intelligi.

Quecunq̄

Quecūq; ergo intellectus pōt intelligere sub vna specie pōt simul intelligere: z inde est q deus oia simul videt q vnuz qō est essentia sua. Quecūq; vero intellectus per diuersas spēs intelligit: nō simul intelligit. Huius rō est: qz impossibile est idē subiectū pfici pluribus formis vnius gñis z diuersarū specierū: sicut impossibile est q idē corpus fm idē colorek diuersis coloīb⁹ simul: vel figurek diuersis figuris. Spēs autez spēs intelligibiles sunt vnius gñis: qz sunt perfectiones vnius potentie intellective: lz res quarū sunt species sint diuersoū generū. Impossibile est ergo q idē intellectus perficiak diuersis speciebus intelligibilibus ad intelligendum diuersa in actu.

Intellectus intelligit componendo z diuidendo.

§. XIII. Intelligit autem intelle

ctus noster cōponēdo z diuidendo fm Tho. vbi. s. arti. v. Cuz enim intellectus humanus exeat de potētia in actū: similitudinē quandā habet cū rebus gñabilibus: que nō statim suā perfectionē habēt: sed successiue eā acquirūt. Et similiter intellectus humanus nō statim in ppria apprehensiōe capit pfectā cognitionē rei. Sed primo apprehendit aliqd de ipsa re. s. quidditatē rei: que est propriū z primū obiectū intellectus: deinde intelligit accidētia et proprietates et habitudines circūstantes rei essentiā. Et fm hoc necesse hz apprehensum vnū alijs cōponere z diuidere: z ex vna cōpositione z diuisione ad aliā procedere qō est ratiocinari. Intellectus autē diuinus z angelic⁹ se habēt sicut res incorruptibiles: que statim a principio habēt totā suā perfectionē. Unde intellectus diuin⁹ z angelicus statim perfecte cognitionē totā rei habent in cognoscendo quidditatē rei: cognoscit de re quicquid nos cōponēdo z diuidēdo z ratiocinādo possumus intelligere ablqz hoc q cōponat. diuidat vel ratiocinet. Intellectus noster circa ppriū obiectū etus: scz quidditatez rei per se loquēdo nō pōt esse falsus: sed circa ea que circūstāt essentiā rei fm beatū Tho. vbi. s. arti. vj. Unde phūs in. iij. de aia. quātū ad hoc assimilat intellectū sensui. Sensus eñ circa ppriū obiectū nō decipit: sicut visus circa colorē: nisi forte p accidens ex impedimento circa organum contingente: sicut gustus febricitantiū dulcia iudicat amara: ppter hoc q lingua malis humoribus est repleta. Circa sensibilia vero cōmunia decipitur sensus: sicut in magnitudine et figura iudicando vt cū iudicat qs solē esse pedalē: qui tamē maior est terra. Et multo magis decipitur circa sensibilia p accidens: vt cū iudicat fel esse mel ppter coloris similitudinē. Et huius ratio est in eut dēti: qz ad propriū obiectū vnaquecq potētia per se ordinatur fm q ipsa: que aut⁹ sunt huiusmodi semper eodē modo se habent. Unde manēte potentia nō deficit eius iudiciū circa propriū obiectū. Obiectum autē intellectus propriū est quidditas rei. Unde circa quidditatē rei nō fallitur. Sed circa ea que circūstant quidditatem rei falli pōt: dū vnū ordinat ad aliud: vel cōponendo: vel diuidendo: vel ratiocinando. Et propter hoc circa illas propositiones intellectus errare nō potest: que statim cognoscuntur cognita terminorum quidditate: sicut accidit circa prima principia. Circa conclusiones tamen per accidens contingit intellectū decipi. Circa vero quidditatē in rebus cōpositis cōtingit intellectū decipi: non ex parte organi: qz intellectus nō est vtens organo corporali: sed ex parte cōpositionis interuenientis circa diffinitionē: dū scilicet diffinitio vnius rei est falsa de alia: sicut diffinitio circuli de triangulo: vel dum aliqua diffinitio est falsa implicans compositionē incōpossibilium: vt si accipiatur hoc vt diffinitio alicuius animalis irrationalis: rationale animatuz. Unde in rebus simplicibus in quaruz diffinitionibus cōpositio interuenire nō potest: non potest decipi intellectus: sed deficimus in attingendo: vt dicit philosophus. ix. Metaphi. Error autem in peccantibus cōtingit ex applicatione rationis ad particulare.

Qñ intellect⁹ pōt decipi et qñ non.

Obiectū proprium intellect⁹

§. XIIII. Cum queritur vtrū vnā

z eandem rem vnus alio melius intelligere possit? Respondet. b. Tho. vbi. s. arti. vij. quod intelligi aliquid melius vel magis ab vno cō altero potest intelligi dupliciter. Uno modo qō magis vel melius determinet actum intelligendi ex parte rei intellecte: z sic non potest vnus eandem rem magis intelligere quā alius: quia si intelligeret illam rē aliter cō sit: vel melius vel petius: falleretur z non intelligeret. Alio modo potest intelligi vt determinet actum intelligendi ex parte intellectus. Et sic vnus potest magis vel melius intelligere vnā rem cō alius: quia melioris est virtutis in intelligendo. Sicut etiam melius videt aliquid vnus cō alius: inquantum virtus perfectio videndi est in vno cō in alio. Sic etiam inuenitur per experientiam vnus alio profundius intelligere. Sicut profundius intelligit qui aliquā conclusionem potest reducere in prima principia z causas primas: quam qui potest reducere solum in causas proximas. Cōtingit autē hoc quod scilicet vnus intelligat melius altero duplici ex causa. Primo ex parte dispositionis corporis: quia quāto est corpus melius dispositum: tanto meliorem sortitur animā qua mediante melius intelligit. Secundo contingit hoc ex parte inferiorum virtutum quibus intellectus indiget ad sui operationem. Illi enim in quibus virtus imaginatiua: cogitatiua: z memoratiua sunt melius disposita: sunt melius dispositi ad intelligendum.

Intelligit vnus melius alio duplici ex causa.

§. XV. Si queritur vtruz prius

intelligatur diuisibile cō indiuisibile. Respondet beatus Tho. vbi. s. arti. viij. quod indiuisibile aliquid dicit tripliciter: vt dicitur in iij. de anima. Uno modo sicut continuum indiuisibile: qz est indiuisuz actu: licet sit diuisibile potentia. Et huiusmodi indiuisibile prius est intellectum a nobis cō eius diuisio que est per partes: quia cognitio confusa prior est cō distincta: vt dictuz est. s. Secundo modo dicitur indiuisibile secundum speciem: sicut ratio hominis est quoddam indiuisibile. Et hoc modo est etiam prius indiuisibile intellectum: cō diuisio etus per partes rationis: vt dictum est. s. Et iterum prius cō intellectus componat z diuidat affirmando vel negando. Et huius ratio est: quia huiusmodi indiuisibile duplex intellectus secundum se intelligit sicut proprium obiectum. Tertio modo indiuisibile dicitur vt punctus z vnitas que nec actu nec potentia diuiduntur. Et huiusmodi indiuisibile per posterius cognoscitur: nā cognoscitur per priuationem diuisibilis. Unde punctum priuatiue diffinitur. Punctum est cuius pars non est. Et similiter ratio vnius est quod sit indiuisibile: vt dicitur. x. Meta. Et ratio huius est: quia huiusmodi indiuisibile habet quandam oppositionem ad rem corporalem: cuius quidditatem primo z per se intellectus accipit.

Indiuisibile dicit tripl'r.

§. XVI. Quod intellect⁹ noster

intelligit corporalia que sunt infra se prout sunt abstracta a materia. i. vniuersalia z necessaria. Indirecte autem intelligit etiaz singularia contingentia et futura. Quantum ad primum sciendum secundum. b. Tho. vbi. s. q. lxxxvj. articu. j. quod singulare in rebus materialibus primo et directe intelligere non potest. Cuius ratio est: quia principium singularitatis in rebus materialibus est materia indiuidualis: intellectus autem noster vt dictum est intelligit abstrahendo speciem intelligibilem ab huiusmodi materia: quod autem a materia indiuiduali abstrahitur est vniuersale. Unde intellectus noster directe nō est cognoscitiuus nisi vniuersalium. Indirecte autem z quasi per quādā reflectionem potest intelligere singulare: quia sicut dictum est: etiam postq̄ species intelligibiles abstraxerit: non potest secundum eas actu intelligere: nisi conuertendo se ad phantasmata: in quibus species intelligibiles intelligit: vt dicit. iij. de anima. Indirecte igitur intelligit singularia quorum sunt phantasmata. Et hoc modo format hanc propositionez. Sortes est homo. Quod enim potest virtus inferior vt sensus apprehendere singulare: pōt z superior vt intellectus et eminentiori modo. Sed et vniuersalis ratio intellectus practici in electione non mouet ad appetendum nisi mediante particulari apprehensione partis sensitiue. Contingentia autem dupliciter possunt considerari. Uno modo inquantum contingentia. Et fm hoc a sensu directe cognoscuntur: ab intellectu autem indirecte. Est enim vnū quodq̄ contingens ex parte materie: quia contingens est quod potest esse et non esse. Potentia autem pertinet ad materiam. Materia autem est indiuiduationis principium: et ideo hic vt singularia indirecte intelliguntur. Alio modo possunt considerari secundum quod in eis aliquid necessitatis reperitur. Nihil enim est adeo cōtingens quin in se aliquam necessitatē habeat: sicut hoc ipsum quod est Sortem currere: in se quidem contingens est: habitudo autem cursus ad motum est necessaria. Necesse est enim Sortem moueri cū currit. Et secundū hoc cognoscuntur directe ab intellectu: videlicet rationes vniuersales z necessarie contingentium. Unde si attendantur rationes vniuersales scibiliuz omnes scientie sunt de necessarijs. Si attendantur res ipse: sic quedam scientia est de necessarijs: quedam de contingentibus.

Indirecte intellectus intelligit singulare.

Cōtingēs tia dupliciter possunt cōsiderari.

§. XVII. De cognitione futuro

rum eodem modo cõsiderandũ est sicut et de cognitione contingentiũ. Nam ipsa futura vt sub tempore cadũt sunt singularia: que intellectus human⁹ nõ cognoscet: nisi per reflectionẽ vt dictũ est. Rationes autẽ futurorũ possunt vles esse in intellectu pceptibiles: et de eis possunt esse scientie. Sciendũ tamen q futura dupliciter cognosci possunt. Futura dupliciter cognosci possunt. Uno modo in seipsis. Et sic cognosci non possunt nisi a deo cui futura sunt presentia: in quã tum scz ei⁹ intuit⁹ etern⁹ fertur simul supra totũ tẽpus cur suz. Alio modo cognosci possunt futura in suis causis: ꝛ sic etiam a nobis possunt cognosci. Et si ita sint in suis causis: vt ex eis de necessitate proueniãt: cognoscũtur per certitudinẽ scientie: sicut eclipsis ab astrologo. Si autẽ ita sint in causis suis vt conueniãt ex eis vt in pluribus: sic cognosci possunt per cõiecturã vel magis vel min⁹ certã: ꝑm q causa est magis vel minus inclinata ad effect⁹ hmõi. Nõ aũt aliqñ anima cognoscat futura: hoc nõ est ꝑm naturã aie etiã cũ alienatur a sensib⁹ sed magis p impressionẽ causarũ aliquarꝫ superiorꝫ: vel virtute dei ministerio angelorũ: sicut in veris prophetis: vel virtute demonũ: sicut in diuinis ꝛ maleficis: vel etiã aliqñ per impressionem corporũ celestiũ. Ex impressione eñ corporũ celestiũ immutat aliquando phantasia: vt fiant: aliqua signa imaginatiua futurorũ euentuũ ad que se ettendit virtus corporũ celestiũ: et hec magis percipiũt a dormientib⁹ q̃s a vigilantib⁹. Infinita aũt neq; in actu neq; habitu intellect⁹ cognoscere põt: q; in reb⁹ materialib⁹ q̃rum quidditas est obiectũ propriũ intellectus nostri nõ inuenitur infinitũ: vt dr in. j. Phy si. Sed in potentia tantũ: q; nunq; potest tot cognoscere quin adhuc plura possit cognoscere. Infinit⁹ autẽ dicit deus: sicut forma q̃ nõ est determinata per materiã: ꝛ in statu vie a nobis cognosci non potest propter defectũ intellectus nostri: qui nõ intelligit nisi materialia. Sed in alia vita in gloua cognoscetur perfecte.

§. XVIII. Anima intellectiua in

telligit se et ea que in ea sunt vel ab ea proceduntꝫ vt habitus: actus: intellect⁹: et volũtas. Et quãtũ ad primũ. Anima nõ cognoscit seipsam per essentiã suã: sed per spẽs intelligibiles sicut et alia. Pro cui⁹ declaratione dicit. b. Tho. in. j. parte. q. lxxxvij. artic. j. q vnũquodq; cognoscibile est ꝑm q est in actu: non ꝑm q est in potentia: vt dr in. ix. Metaphy. Sic enim aliq̃d est ens ꝛ verum: quod sub cognitione cadit prout est in actu: ꝛ hoc manifeste apparet in sensibus. Non enim visus percipit coloratũ in potentia: sed coloratũ in actu. Essentia igitur dei q̃ est actus purus et perfect⁹: est simplr ꝛ pfecte ꝑm seipsum intelligibilis. Unde deus p essentiã suam nõ solũ seipm: sz etiã oia alia intelligit. Angeli aũt essentia est quidẽ in gñe intellectuũ vt act⁹: nõ tamẽ vt actus purus ꝛ cõplet⁹. Unde eius intelligere nõ cõpletur p essentiã suã. Quãuis eñ angelus p essentiã suã se intelligat: nõ tamẽ alia oia a se per essentiã suã cognoscere põt: sed p similitudines rerũ intelligibiliũ. Intellectus autẽ humanus in genere intellectuũ se habet vt ens in potẽtia tantũ: sicut ꝛ materia se habet in gñe rerũ sensibiliũ: vnde ꝛ possibilis nominatur. Et quia connaturale est intellectui nostro: vt ad materialia et sensibilia respiciat: vt dictũ est. s. q; is est vt sic seipm intelligat intellectus noster ꝑm q fit actu per spẽs intelligibiles a sensibilibus abstractas per lumẽ intellectus agentis. Non ergo per essentiam suam: sed per actum se cognoscit intellectus noster. et hoc dupliciter. Uno modo particulariter ꝑm q Sortes vel Plato percipit se habere animam intellectiuam: ex hoc q percipit se intelligere. Alio modo secundũ q naturã mẽtis ex actu intellectus consideramus. Et ad istam secundam cognitionẽ non sufficit presentia anime: sicut ad cognitionem primo modo. Sed requiritur diligens et subtilis inquisitio. Unde multi naturam anime ignorant: et alij multi circa naturam anime erraueruntꝫ. Quod autem August. dicit in libro de trinita. q anima seipsam per seipsam cognoscit: intelligitur quod in suipsius cognitionem venit: sed per actum suum. Cognoscit intellectus habitus: sed per actus ipsorum. Pro cuius declaratione dicit beatus Tho. vbi. s. arti. ij. quod habitus est medium inter potentiam puram et actum purum. Dictum est autem quod nihil intelligitur: nisi secundũ q est in actu. Sicut igitur inquãtum habitus deficit ab actu perfecto: deficit ab hoc vt non sit per seipsum cognoscibilis: sed necesse est vt per actum suum cognoscatur. Siue dum aliquis percipit se habere habitum: per hoc quod percipit se producere actum propium illius habitus. Siue dum aliquis inquirit naturam et rationez habitus ex consideratione actus. Si autem obijciendo dicatur illud p: pter quod vnumquodq; tale: et illud magis: sed res cognoscuntur ab anima per habitus: ergo multo magis habit⁹ ab anima debent per se cognosci. Rñdeꝺ q regula ista propter qd̃ vnumquodq; ꝛc. habet veritatem si intelligatur in rebus vnius ordinis: puta in vno genere cause: vt si dicatur quod sanitas sit propter vitã: sequitur quod vita sit magis desiderabilis. Sed si accipiatur ꝑm ea que sunt diuersorum ordinum non habet veritatem regula illa: vt si dicatur quod sanitas est propter medicinã: non ideo sequitur q medicina sit magis desiderabilis q̃ sanitas: quia sanitas est in ordine finium: medicina autem est in ordine causarum efficientium. Sicut si accipiamus duo: quorũ vtrũq; sit per se in ordine obiectorum cognitionis: illud ꝓpter quod aliud cognoscitur erit magis notum: sicut principia conclusionibus. Sed habitus inquantum habitus non sunt de ordine obiectorum: nec propter habitum alia cognoscuntur: sicut per obiectum cognitiõis: sed sicut propter dispositionẽ vel formam qua cognoscens cognoscit. Cognoscit insuper actum proprium intellectus. Intellect⁹ cognoscit ꝓpriũ actum. Unumquodq; enim cognoscitur secunduz qd̃ est in actu. Ultima autem intellectus perfectio est eius operatio. Non enim est sicut actio tendens in alterum: que est perfectio operati: sicut edificatio domus edificate: sed manet in operante vt perfectio ꝛ actus eius: vt dicitur. ix. Meta. Hoc est ergo primum quod de intellectu intelligitur actus eius: sed est ipsum eius intelligere. Sed in hoc est differentia in ordine intellectuum: nam intellectus diuinus idem est in eo quod intelligat se intelligere: et quod intelligat suam essentiam: quia suum intelligere est sua essentia. In angelo autem quamuis aliud sit secũdum rationem quod intelligat suum intelligere: ꝛ quod intelligat suam essentiam: tamẽ simul in vno actu vtrũq; intelligit: q; hoc q̃d̃ est intelligere essentiam suã est propria perfectio essentie sue: simul autem vno actu intelligit res cũ pfectione sua. In intellectu vero humano nec suum intelligere propium obiectuz est essentia eius: sed aliquid extrinsecum: scilicet natura generalis: ꝛ ideo id quod primo cognoscitur ab intellectu humano est obiectum. Secundario cognoscitur actus eius quo cognoscitur obiectum: ꝛ per quem cognoscitur ipse intellectus.

Modo intelligibilium.

Cognoscit insuper intellectus et actum voluntatis: actus enim voluntatis nihil aliud est q̃s inclinatio quedam consequens formam intellectiuam: sicut appetitus naturalis est inclinatio sequens formã naturalem. Inclinatio autez cuiuslibet rei est in ipsa re per modũ eius. Unde inclinatio que est appetitus sensibilis est in sentiente: ꝛ similiter inclinatio intelligibilis que est actus volũtatis est intelligibiliter in intelligẽte: sicut in principio et obiecto proprio. Quod aũt intelligibiliter est in aliquo intelligente consequens est vt ab eo intelligatur: vnde actus voluntatis intelligitur ab intellectu: et inquantuz aliquis percipit se velle: et inquantũ quis percipit naturã huius actus: ꝛ per cõ sequens naturã huius principij q est habitus vel potentia.

Actꝰ voluntatis ꝙliter cognoscit.

§. XIX. Sunt autẽ effectus ani:

me qui sunt actus voluntatis in intellectu: nõ per similitudinez tantũ sicut corpora: nec per presentiaz: vt in subiecto sicut artes: sed sicut principatũ in principio in quo habeꝺ notio principiati. Quõ anima humana ꝑm statũ vite presentis non põt perfecte intelligere que sunt supra se: scz angelos ꝛ deum. Unde Sap. ix. Que in celis sunt quis inuestigabit. Et angeli quidem qui dicuntur substantie separate neq; per seipsos: neq; per similitudines rerũ materialiũ possunt intelligi perfecte ꝑm beatũ Tho. in. j. parte. q. lxxxviij. arti. j. ꝛ ij. Sciendum tñ ꝑm ipm q Plato q̃ posuit substantias immateriales: etiam materialiũ per se subsistentes quas ideas vocabat vt dictum est: dicebat q substantie immateriales non solum intelliguntur a nobis: sed sunt prima a nobis intellecta. Sed ꝑm Aristo. sniam quam magis experimur: intellectus noster ꝑm statum vite presentis hz naturalẽ respectũ ad rerum materialiũ naturas: vñ nihil intelligit nisi cõuertendo se ad phantasmata. Et sic substantias immateriales: cum non cadant sub nostra imaginatione ꝛ sensu: primo ꝛ per se ꝑm modum cognitionis nos experte cognoscere non possumus. Sed Auerrois in commento de anima ponit q in fine in hac vita homo peruenire potest ad hoc vt intelligat supbias separatas per continuationem vel vnionem cuiusdam superbie separate nobis: quẽ vocat intellectum agentem: qui cum sit substantia

Alia non põt perfecte intelligere in q̃ sunt supra se.

Quare cognoscit habitus.

stantia separata intelligit superbias separatas: vnde cum fuerit nobis perfecte vnitus: sic vt per eum intelligere possimus: intelligemus tūc superbias separatas: perfecte autē vnīt nobis fm ipm esse intellectus agēs: cū oia intellecta speculata cognouerim⁹: et tūc per eū poterim⁹ cognoscere oia materialia ⁊ immaterialia. Hāc autē positionē Auerrois reprobat. b. Tho. pluribus rationibus. Primo quia intelligere omnia speculata vix contingit alicui in hac vita: ⁊ sic nullus vel pauci ad felicitatem peruenirent: quod est contra phm in. j. Meta. qui dicit q felicitas est quoddā bonum cōmune: qđ pōt prouenire oībus nō orbatis ad virtutem. Secūdo qr phs dicit expresse. in. j. Meta. q felicitas est operatio fm perfectā virtutē. Et enumeratis multis virtutibus in. x. Meta. concludit q vltima felicitas cōsistēs in vltima cognitione maximorū intelligibiliū est fm virtutē sapientie: quā posuit in. vj. esse caput scientiarū speculatiuarū. Et sic ptz q Aristo. posuit vltimā felicitatē in cognitione substantiarū separatarū: qualis potest haberi per speculatiuas scientias: nō per vnionē intellect⁹ agentis cōfictā a quibusdā. Tertio qr vt dictum est. s. fm Arist. intellectus agens non est substantia separata: sed quedam virtus anime. Inducit ⁊ alias rationes tres ob breuitatē omissas. Item neq; per rerū cognitionem materialiū possumus deuenire ad cognitionē angelorum seu substantiarum separatarū. Cum enim substantie immateriales vt angeli sint omnino alterius rationis a quidditatibus rerū materialiū quantūcunq; intellectus noster abstrahat quidditatē rei materialis a materia nequaq; puenit ad aliquid simile substantie immateriali. beatus Tho. vbi. s. Unde ⁊ Dionysius dicit. j. c. de diuinis nominibus. q sensibilibus intelligibilia: compositis simplicia: et corporibus incorporalia apprehēdi nō possunt: possumus vtiq; ex huiusmodi materialibus consideratis in aliqualem cognitionem deuenire substantiarum separatarū sed non perfectam: qr non est sufficiens comparatio materialiū ad immaterialia: ⁊ similitudines que a materialibus accipiuntur ad intelligendū immaterialia sunt multum dissimiles scōm Dionysiū. Tractatur autē in scientijs maxime de superioribus per viam remotionis: sicut corpora celestia notificat Aristo. per negationem proprietatum corporum inferiorum: ⁊ sic a sanctis dantur documenta de angelis per remotam formā. Ex his sequitur quod deus non est id quod primum ab intellectu nostro cognoscitur in hac vita. Si enim substantias separatas creatas intelligere non valemus: multo minus essentiam substantie increate. Unde Joannis. j. Deum nemo vidit vnq;. Sed magis per creaturas deuenimus in cognitionē dei: fm illud apostoli ad Rom. j. Inuisibilia dei a creatura mundi per ea q facta sunt intellecta conspiciuntur. Primum enim quod intelligitur a nobis in statu vie est quidditas rei materialis: quod est obiectum proprium intellectus nostri: deus autem omnino immaterialis est. beatus Tho. vbi. s. arti. iij.

Opinio Auerrois.

Intelligētie natura.

Titulus. IIII. De voluntate.

De comparatione voluntatis ad intellectū. Capm. j.

DE voluntate que est alia potentia a sensualitate. Ubi primo sciendum quod voluntas non est eminentior intellectu simpliciter sed secundum quid. Pro cuius declaratione dicit beatus Tho. in. j. parte. q. lxxxij. q eminentia alicuius ad alterum potest attendi dupliciter. Uno modo simpliciter. Alio modo fm quid. Consideratur autem quid tale simpliciter: quādo prout est fm se tale. Scōm quid autē dicitur aliquid tale prout secundum respectū ad alterū est tale. Si igitur intellectus ⁊ voluntas considerentur fm se: sic intellectus eminentior inuenitur. Et hoc apparet ex cōparatione obiectorum adinuicē: obiectum enim intellectus est simplicius ⁊ magis absolutum q̄ obiectum voluntatis. Nam obiectum intellectus est ipsa ratio boni appetibilis. Bonum autē appetibile cuius ratio est in intellectu: est obiectum voluntatis: quāto autem aliquid est simplicius et abstractius: tanto fm se est nobilius et altius. Et ideo obiectum intellectus est altius q̄ obiectum voluntatis. Cum ergo propria ratio potentie sit secundū ordinē ad obiectū sequitur fm se et simpliciter q intellectus sit nobilior voluntate ⁊ altior. Uñ et phs in. x. Ethic. ponit intellectum altissimam potentiam anime. Scōm quid autē ⁊ per comparationem ad alterū voluntas interdū inuenitur altior intellectu: ex eo scilz q obiectum voluntatis in re altiori inuenitur q̄ obiectū intellectus. Sicut si dicerem auditum esse nobiliorē visu fm quid inquantum res aliqua cuius est sonus nobilior est aliqua re cuius est color: quāuis color sit nobilior et simplicior sono. Ut enī. s. dictum est electio intellectus consistit in hoc: q ratio rei intellecte est in intelligente. Actus vero voluntatis perficitur in hoc qđ volūtas inclinatur ad ipsam rem: prout in se est. Et ideo phs dicit in. v. Meta. q bonū et malum que sunt obiecta voluntatis sunt in rebus. Uerum autem ⁊ falsum que sunt obiecta intellectus sunt in mente. Quanto igitur res in qua est bonum est nobilior ipa aīa in qua est ratio intellecta p cōparationē ad talē rē intellect⁹ est altior volūtate. Uñ melior est amor dei q̄ cognitio. Econtrario autē melior cognitio rerū corporaliū q̄ amor. Simpliciter tamen intellectus est altior q̄ voluntas.

Quō volūtas est nobilior intellectu et quō non.

Melior est amor dei q̄ cognitio.

§. I. Est etiam intellectus quo ad

Quō volūtas est prior intellectu vel econtrario.

actum prior voluntate secundū ordinem nature ⁊ simpliciter: sicut motuū mobili: ⁊ actiuū passiuo. Bonū enī intellectū est qđ mouet voluntatem. Unde figuratur intellectus per virum qui est perfectior et nobilior muliere que significat voluntatē. Sic enim exponit August. illud Jo. iiij. dictum Samaritane: scz vocā virum tuum. i. representa intellectum tuum. Ubi sciendum q primo voluntas hominis accipit quasi viros illegitimos quinq; sensus iuxta illud. Quinq; viros habuisti. Nam a deo dispositum est vt vsq; ad tempus vsus rationis quis sequatur instinctus sensuum seu sensualitatis sine pctō. Hec enim imputatur ad peccatum quod quis facit ante vsum rationis. Postea si accipit voluntas intellectum seu rationem in virum: vt scilz sequatur instinctum rationis non est sensualitatis legitime est voluntas desponsata. Si autem sequatur errorem id est sensualē appetitum adulteratur seu fornicatur spiritualiter anima. iuxta illud Hiere. iij. Tu autem fornicata es cū amatorib⁹ multis ⁊c. Jo. iiij. Nunc quem habes non est tuus vir. Sicut ergo ex viro et muliere legitime contunctis: generatur proles legitima cui debetur hereditas: ita ex intellectu et voluntate concipitur bonum propositum operis: principium tamē actiuū est vir: et mulier passiuum. Ita et intellectus est qui mouet voluntatē ⁊ concipitur opus bonum per propositum: nascitur per operis executionē. Operatur etiam ad generationem influxus solis: qr homo hominē generat et sol: sic influxus gratie solis Jesu christi principaliter operatur in bonis operibus nostris: que opera si sint magne probitatis masculi sunt: si imperfecta femine quib⁹ demum reseruatur hereditas eterna. Diabolus autem per maxime querit impedire precipua opera: vt puta: restitutionem: mundi contemptum ⁊ hmōi: non autē multū curat de his que sunt de genere bonorū: vt ieiuniū: eleemosyna ⁊ hmōi. In cuius figuram legitur: q̄ Pharao rex Egypti precepit masculos Hebreorum occidi: et feminas reseruari: vt exponit Eugenes. Nutriuntur hi filij scilz bonorum operū per orationem ⁊ doctrinā ⁊ sacramēta. Crescunt per profectū virtutum. Sic ecōtrario per volūtatē cōcipiuntur ex errore intellectus sequentis sensualitatem per mala opera q̄ priuāt hereditate eterna. Et sicut mulier laborat in partu: ita voluntas in bene operādo: iuxta illud Jo. xvj. Mulier cum parit tristitiam habet. Cum autem queritur. Si voluntas moueat intellectum. Respondet. b. Tho. in. j. parte. q. lxxxij. art. iij. q aliquid dr mouere dupliciter. Uno modo p modum finis: sicut dr q finis mouet efficientem: et hoc modo intellectus mouet volūtatē quia bonum intellectum est obiectū voluntatis: et mouet ipsam vt finis. Alio modo dicitur aliqd mouere per modum agentis: sicut alterans mouet alteratum ⁊ impellens impulsum. Et hoc modo voluntas mouet intellectum et omnes alias vires: vt Ansel. dicit in libro de similitudinib⁹. Cuius ratio est: qui a in omnibus potentijs ordinatis actiuis: illa potentia que respicit finem vltm mouet alias potētias que respiciunt fines particulares: et hoc apparet tam in naturalib⁹ q̄ in politicis. Celum enim quod agit ad conseruationem vniuersalem generabilium et corruptibilium mouet omnia inferiora corpora: quorum vnūquodq; agit ad conseruationem proprie speciei vel individui. Rex etiam qui intendit bonum commune totius regni mouet per imperium suum singulos prepositos ciuitatum: qui singulis ciuitatibus regni curam impendunt. Obiectū igitur voluntatis cum sit bonū ⁊ finis in cōmuni: et quelibet potentia comparatur ad aliquod bonū proprū sibi conueniēs: sicut visus ad perfectionem coloris: intellectus ad cognitionem veri: ideo voluntas per modum agentis mouet omnes anime potentias ad suos actus preter vires natu-

Exodi. j.

Quō volūtas mouet intellectuz et ecōtrario.

rales vegetatiue partis, que nostro arbitrio subduntur. Hec autē due potētie in actibus suis seinuicē includūt: q intellectus intelligit volūtatē velle: z volūtas vult intellectū intelligere. Et simili rōne bonū cōtinetur sub vero inquātū est quoddā verū intellectū. Et verū cōtinetur sub bono inquātū est quoddā bonū desideratū: sm tamē rationē cōmunitatis obiecto⁹ vtriusq; vt dictū est intellectus simpliciter et altior z nobilior voluntate. Nec est ire in infinitum: quia intellectus qui mouet voluntatē non mouetur semper a voluntate: sed principium consiliandi z intelligendi est aliquod intellectiuum principium altius intellectu nostro: et hoc est deus.

§.II. Vtrum voluntas velit aliquid ex necessitate.

Respōdet bea. Tho. vbi. s. arti. j. q necessitas multipliciter dr. Necesse eñ est qđ nō potest non esse: quod quidem cōuenit alicui dupliciter. s. ex principio intrinseco: vel ex principio extrinseco. Ex principio quidem intrinseco dupliciter: scz vel ex materiali vel ex formali principio. Ex materiali quidē principio sicut cū dicim⁹. Omne quod compositū est ex contrarijs necesse est corrumpi. Ex formali sicut cum dicimus q necesse est triangulum habere tres angulos equales duob⁹ rectis. Et hec est necessitas naturalis et absoluta. Alio modo conuenit alicui q non possit non esse ex aliquo extrinseco fine vel agente. Fine quidem sicut cum quis non potest cōsequi sine hoc vel bene consequi aliquem finem: vt cibus dicitur necessarius ad vitam: et equus ad iter. Et hec vocatur necessitas finis: que interdum etiam dicitur vtilitas. Ex agente autē hoc alicui conuenit: sicut cum aliquid cogitur ab aliquo agente: ita q non possit contrarium agere: z hec dicitur necessitas coactionis. Hec ergo necessitas coactionis repugnat volūtati. Nam hoc dicimus violentum quod est contra inclinationem naturalem rei: ipse aūt modus volūtatis est inclinatio quedā in aliquid. Et ideo sicut dicitur aliquid naturale: quia est sm inclinationem nature: ita dicitur aliquid voluntariū: quia est secundū inclinationē voluntatis. Sicut ergo est impossibile q sit aliqđ simul violentum z naturale: ita est impossibile q aliquid simul sit simpliciter coactum z voluntarium. Necessitas finis non repugnat voluntati quando ad finem non potest peruenirī nisi vno modo: sicut ex voluntate transeundi mare fit necessitas in voluntate vt velit nauim. Similiter necessitas nature non repugnat voluntati: quinimmo necesse est vt sicut intellectus inheret primis principijs: ita volūtas inhereat vltimo fini q̄ est beatitudo. Finis enim se habet in operatiuis sicut principium in speculatiuis: vt dicitur in. ij. libro Phys. Et sic ex necessitate vult quis beatitudinem.

Multiplex ē necessitas.

Naturale quō dr

§.III. Voluntas nō vult omnia ex necessitate: etsi aliquid vt beatitudinem.

Pro cuius declaratione dicit beatus Tho. vbi. s. arti. ij. quod sicut intellectus naturaliter z ex necessitate inheret primis principijs: ita volūtas vltimo fini. Sunt autem quedam intelligibilia que non habēt necessariam connexionem ad prima principia: sicut contingentes propositiones: z talibus non de necessitate assentit intellectus. Si ex parte voluntatis sunt quedam particularia bona que non habent necessariam connexionem ad beatitudinē: quibus scz huiusmodi quis deo inheret in quo sola consistit vera beatitudo. Sed tamē anteq̄ per certitudinem diuine visionis necessitas huiusmodi connexionis demonstretur: voluntas nō ex necessitate inheret deo: nec his que sunt dei. Sed volūtas videntis deum per essentiam ex necessitate inheret deo: sicut nūc ex necessitate volum⁹ esse beati. Patet ergo q volutas in nihil tendere potest: nisi sub ratione boni. Sed quia bonū multiplex est: non propter hoc ex necessitate determinatur ad vnum.

¶ De libero arbitrio. Capitulum. ij.

Diffinitio li. ar.

DE libero arbitrio. hoc sic diffinit magister sentē. in. ij. lib. dicens. Liberum arbitrium est facultas rationis z volūtatis qua bonum gratia assistente eligitur: z malū gra desistente. i. deficiente. Ex prima particula huius diffinitionis ostenditur: q liberum arbitrium est potētia non actus vel habitus: dr enim facultas hic potētia expedita. i. libera. Neq; enim potest dici actus: q actus non semper manet in homine sed transit: liberum arbitrium semper manet in homine. Sed neq; in homine habitus dici potest. Et ratio est: q habitus dicūtur sm quos nos habemus bene vel male ad actus vel passiones: vt dicit in ij. Ethi. Nam per temperantiā bene nos habemus circa cōcupiscentias: per intēperātiā autē male: per habitū scientie bene nos habemus ad actū intellectus dū per eum cognoscimus verū: et per contrariū habitū male. Liberū autem arbitriū indifferenter se habet ad bene vel male eligendum. Unde impossibile est q liberū arbitriū sit habitus: est ergo potentia. Quāuis eñ secūdum propriam significationē vocabuli nominet quēdā actum tamē secundū cōem vsum loquendi liberum arbitrium dicimus id quod est principiū huius actus: scz quorū homo libere iudicat. Principiū autē in nobis actus est potētia vel habitus: sed probatū est q habitus esse non pōt: ergo potētia est.

Secda particula diffinitionis.

Ex secunda particula diffinitionis cum. s. dr rationis z volūtatis: nō datur intelligi q ista potentia sit vna composita ex ratione z voluntate: vel q sit vtraq;: sed q ad actum liberi arbitrij cōcurrunt ratio et voluntas: et dicit bea. Tho. in. j. parte. q. lxxxiij. ar. ij. Pro cuius declaratione dicit. b. Tho. vbi. s. ar. iij. q liberū arbitriū est electio: per hoc dicimur liberi esse arbitrij: q possumus vnū recipere de duobus alio recusato: quod est eligere. Et ideo naturam liberi arbitrij ex electione considerare oportet. Ad electionem autē concurrit aliquid ex parte cognoscitiue virtutis: z aliqđ ex parte appetitiue. Ex parte cognoscitiue requiritur consiliū per qđ diudicatur quid sit tandē preferendū. Ex parte appetitiue requirit q appetēdo acceptet qđ p cōsilium diudicatur. Unde phs in. vj. Ethi. sub dubio reliqt virū electio principalius pertineat ad vim cognitiuā: vel ad vim appetitiuam. Dicit enim q electio: vel est intellectus appetitiuus vel appetitus intellectiuus. Sed in. iij. Ethic. in hoc magis declinat q sit appetitus intellectiuus nominās electionē desideriū consiliabile. Et huius ratio est: quia propriū obiectum electionis est id quod est ad finem. Hoc autē inquātum huiusmodi habet rationē boni qđ dr vtile. Unde cū bonum inquantum hmōi sit obiectū appetitus: sequitur q electio sit principaliter actus appetitiue virtutis: z per ps liberū arbitriū est potentia appetitiua. Arbitriū eñ importat iudicium. Judicium vero est quasi conclusio et determinatio consilij. Determinatur autē consiliū primo per sniam rationis. secūdo per acceptationē appetit⁹. Et quāuis appetitus nō sit collatiuus quia collatio importat comparationē vnius ad alterū: qđ ptinet ad rōnem: tñ inquātum a vi cognitiua conferente mouetur: habet quandā collationis similitudinē dum vnū alteri preoptat. Ex tertia particula diffinitionis. s. bonū eligitur gra assistente: ostenditur gratia necessaria ad bene agendum: nec tamē ex hoc tollitur libertas arbitrij. Liberum eñ arbitriū est causa sui motus: p hoc quod homo seipsum mouet ad agendum: non tñ hoc est de necessitate libertatis q fit prima causa sui id qđ liberū est. sicut etiā nec ad hoc q aliquid sit causa alterius: requiritur q sit prima causa eius. Deus ergo est prima causa mouens causas naturales et voluntarias. Sicut ergo mouendo causas naturales non eis aufert quin actus earum sint naturales: ita mouendo causas voluntarias nō aufert quin actiones earū sint voluntarie: sed potius hoc eis facit. Operatur eñ in vnoquoq; secundum eius proprietatē. Et hoc est qđ ait aps Phil. ij. Deus operat in nobis velle z perficere. et Prouer. b. xxj. Cor regis in manu dei est: et quocūq; voluerit vertet illud. bear⁹ Tho. vbi. s. Operatur eñ in oib⁹ deus velle inquātū illud velle est quidā actus naturalis sm q de⁹ est causa oim motionū suo influxu quo oia mouet. Operatur autem in bonis velle. s. meritorie inquantum deus lumine gratie mouet voluntatem ad mouendum aliqđ meritorium. Ex vltima particula ostenditur q nullus cogitur ad malum. Aū Amb. Nemo nostrū tenetur ad culpam: nisi pro pria volūtate deflexerit. xv. q. j. non est. z Aug. Vasis ire nunq̄ deus redderet interitū si non spōtaneū inueniretur homo habere peccatum. xxiij. q. iij. Nabuchodonosor. §. j. Unde z Cain dictum fuit a dño Gene. iiij. Sub te erit appetitus eius scz peccati: z tu dominaberis illius. Qđ aūt Auguſt. dicit q homo peccando seipsum perdidit z liberum arbitrium: non vult dicere qđ perdiderit illud quo ad libertatem naturalem que est libertas coactione: sed quantum ad libertatem que est a culpa et miseria. iuxta illud Joan. viij. Qui facit peccatum seru⁹ est peccati. Et nota quod hec diffinitio liberi arbitrij tantum conuenit libero arbitrio hominis dum est viator: vel si intelligatur de libero arbitrio angeli: tunc oportet intelligere de ipso quantum ad statum primum angelorum: in quo fuerunt vertibiles secundum Alex. de Hal. in summa. Raynerius.

Tertia pricula diffinitionis.

Quarta particula diffinitionis.

§.I. Hoc autem liberuz arbitriũ

nõ est alia potẽtia a voluntate. Ũñ Damascẽ. in. iij. lib. dicit: qõ liberũ arbitriũ nil aliud est q̃ volũtas. Pro cuius declaratione dicit bea. Thoñ. vbi. s. arti. iij. q̃ potentias appetitiuas oportet esse proportionatas potentijs apprehensitiuis. Sicut autem ex parte apprehensionis se habent intellect⁹ z ratio: ita ex parte appetitus intellectiui se habẽt voluntas et liberũ arbitriũ: que nihil aliud est q̃ vis electiua. Et hoc ptz ex habitudine obiecto rum et actuum. Nam intelligere importat simplicẽ apprehen sionem alicui⁹ rei. Ũñ intelligi ꝓprie dicuntur principia q̃ sine collatione per se cognoscuntur. Ratiocinari autem est de vno deuenire in cognitionem alterius. Ũñ ꝓprie de cõclusionib⁹ ratiocinamur que ex principijs innotescũt. Ex parte autem ap petitus velle importat simplicẽ appetitũ alicuius rei. Unde vo luntas dicitur esse de fine qui ꝓpter se appetitur. Eligere au tem est appetere aliquid ꝓpter aliquid consequendũ. Unde ꝓprie est eorum que sunt ad finem. Sicut autẽ se habet in co gnitiuis principium ad cõclusionem: cui ꝓpter principia assen timus: ita in appetitiuis se habet finis ad ea que sunt ad finẽ q̃ ꝓpter finem appetuntur. Unde manifestum est q̃ sicut se ha bet intellectus ad rationẽ: ita se habet volũtas ad vim electiuã: id est liberum arbitriũ. Ostensum est autem. s. q̃ eiusdem potẽ tie est intelligere et ratiocinari: sicut eiusdem virtutis est quie scere z moueri. Unde etiam eiusdem potẽtie est velle eligere et per eandem rationem. Et ꝓpter hoc voluntas et liberum ar bitrium non sunt due potentie: sed vna. Electio ergo z volũtas quantum ad ipsum velle sunt diuersi actus: sed tamẽ pertinent ad vnam potentiam: sicut intelligere et ratiocinari. Et quãuis ex parte intellectus sint due potentie: scilz intellectus agens: et intellectus possibilis: non sic fit distinctio voluntatis in agen tem z possibilem. Et ratio huius est quia intellectus agens cõ paratur ad possibilem vt mouens. Sed ad voluntatem compa ratur vt mouens non liberum arbitium: sed intellectum: quia bonum apprehensum per intellectum mouet voluntatem z li berum arbitrium.

Intellectus est principio rum.

Voluntas est finis.

§.II. Liberum arbitrium est sub

iectiue in deo: in angelis et in hominibus: z perfectius in deo: q̃ in angelis: z perfectius in angelis q̃ in hominibus. Primũ scilicet q̃ sit in deo liberũ arbitriũ probatur auctoritate et ratio ne. Dicit enim Ambro. in libro de trini. Spiritussanctus diui dit singulis prout vult: id est pro libere voluntatis arbitrio non necessitatis obsequio. Spiritus autem sanctus est deus: er go in deo est liberum arbitrium. Ratione probatur sic. Libe rum arbitrium est eorum que non ex necessitate vel naturali in stinctu volumus: sed libere. Sed deus necessario vult suam bo nitatem velut finem vltimum voluntatis diuine. Alia vero om nia vult quasi ordinata ad istum finem: scilz ad bonitatem suaz. Que quidem non necessario vult: sed libere: eo q̃ sua bonitas his que ad ipsam ordinantur non indiget: vnde remanet in eo iudicium liberum ad volendũ hoc vel illud: sicut etiã in nobis est in his que ad finem nõ sunt necessaria. Quod autem ipsum liberũ arbitrium sit perfectius in deo q̃ in angelis vel homini bus: probatur tali ratione. Liberũ arbitrium presupponit tria naturam: vim cognitiuã: et volitiuã. Sed hec tria perfectius sunt in deo q̃ in angelis et hominibus: ergo ꝛc. Et quantũ ad primũ scz q̃ natura sit perfectius in deo q̃ in angelis et homi nibus ptz ex hoc: quia natura diuina est increata: z est suũ esse et sua bonitas. Unde in eo nõ potest esse defectus aliq̃s. Nec cor ruptibilitatis: quia cum sit increata non est ex nihilo: et ideo nõ est vertibilis in nihil. Nec defectus permixtibilitatis: quia cum natura diuina sit per essentiam talis non est alicuius admixtio nis vel compositionis susceptibilis. Nec defectus culpabilita tis: quia cum eius bonitas sit essentialis non est in malum flexi bilis. Liberum autem arbitrium hominis vel angeli in suis na turalibus consideratum: est defectuosum quantum ad ista tria. Secundo liberum arbitrium presupponit virtutem intellectiuam: vbi autem perfectius inuenitur et nobilius virtus intelle ctiua: ibi est perfectius liberum arbitrium: sed perfectius natu ra intellectiua inuenitur in deo q̃ in alijs: quia deus intelligit p vnum solum quod est idem cũ ipso. i. p essentiam suã Angelus autem per conuersionẽ ad suũ superius. s. deum. Homo mediã te phantasmate a rebus inferioribus: ergo ꝛc. Tertio liberum arbitrium presupponit virtutẽ volitiuam tanq̃ primã causam eius. Et quantum ad hoc etiam perfectius est in deo: q̃ in ma lum oĩno tendere non põt arbitriũ eius: sicut angeli et hoĩs. Si aũt obijciatur sic liberum arbitriũ in vtranq̃ partẽ flecti põt scilz in malũ et in bonũ: z vitã habet ad oppositа: sed de⁹ ad ma lum flecti non põt. Dicit eñ Adamãtius. Non peccare soli⁹ dei est: emendare sapientis. de peni. di. iij. c. inter hec. Quod intelli gitur non q̃ omnis creatura peccauerit: vt Hiero ny. dicit. Sed quia nulla est que peccare non possit. de peni. dist. ij. principiuz eñ §. vlti. Ad hoc respõdeť q̃ cũ malũ culpe dicatur per auer sionem a bonitate diuina per quã deus omnia vult: manifestũ est q̃ impossibile est deum velle malum culpe: et tamen ad op posita se habet eius voluntas in quantum potest velle hoc esse vel non esse. Ubi notandum q̃ ad rationẽ liberi arbitrij nõ per tinet q̃ quis indeterminate se habeat ad malũ z bonum. Cui⁹ ratio est: quia liberũ arbitrium per se est ordinatũ in bonum: cũ bonum sit obiectum volũtatis: nec in malũ tendat: nisi ꝓpter aliquem defectũ qui apprehẽditur vt bonũ: cum electio que est actus ꝓprius voluntatis: non sit nisi boni vel apparentis bo ni. Et ideo vbi liberum arbitrium est perfectissimum vt in deo in malum tendere non potest. Sed ad libertatem arbitrij perti net vt actionem aliquã facere vel nõ facere possit: et hoc deo cõ uenit: quia bona que facit potest non facere: nec tamen põt ma lum facere ratione predicta. Cum ergo dr q̃ liberũ arbitriũ viã habet ad oppositа: potest intelligi tripliciter. Primo quia põt velle bonum et malum: et sic non conuenit deo: quia hoc impor tat defectibilitatem. Secundo vt prius aliquid velit: et postea illud nolit. Et hoc etiam deo non conuenit: quia repugnat im mutabilitati diuine. Tertio potest intelligi viam habere ad op positа: q̃ potest velle hoc et non velle. Et hoc conuenit deo: q̃ ipse habet liberam electionem volendi aliquid vel non volen di: q̃ multa ita libere vult q̃ põt ea velle z nõ velle absq̃ ei⁹ de fectibilitate et mutabilitate. Hec Tho. in questionibus de verи tate. Raynerius. Liberum arbitrium est in angelis z perfecti⁹ q̃ in hoĩbus. Et sit in angelis probatur auctoritate Damascẽ. qui dicit in lib. ij. q̃ angelus est substantia intellectualis semper mobilis. arbitrio libera ꝛc. Probatur etiam tali ratione. Om ne creatum est vertibile vel ꝑm esse vel ꝑm electionem: sed ange lus est creatus: ergo est vertibilis non secundum esse cum sit mortalis: ergo est vertibilis secundũ electionem que pertinet ad liberum arbitrium. Hec Alexan. in sum. Ostenditur etiam hoc ex hoc q̃ habetur de pe. dis. ij. principiũ. Quod angeli li berum arbitrium sit perfectius q̃ hoĩs patet ex hoc: q̃ cũ libe rũ arbitriũ sit facultas volũtatis et rationis vbi est ꝑfectio ra tio seu intellectus et maior facultas voluntatis: ibi est maior li bertas arbitrij. Sed perfectius est virtus intellectiua in ange lo q̃ in hoĩe: q̃ ptz: q̃ apprehẽdit cognitionem veritatis absq̃ discursu et inquisitione: vñ non accidit dubitatio vel difficultas in eo. Homo autẽ intelligit cũ discursu et inquisitione: vñ acci dit dubitatio et difficultas. Similiter maior facilitas vel facul tas volũtatis est in angelo ad exeundũ in actum q̃ in homine: quod ptz: q̃ q̃cito angelus est: habet potestatẽ volendi: eligẽ di: amandi: homo autẽ nõ sic: vt patet in paruulo qui habet im pedimẽtũ a carne: et expectat tẽp⁹ vt habeat vsum rõnis: ergo perfectius est liberũ arbitriũ in angelo q̃ in homine. Si autem obijciatur sic. Ubi est maior libertas: ibi perfectius liberũ arbi trium: sed in hoĩe maior libertas videtur: quia homo potest cõ uerti a bono in malum: z inde a malo in bonũ: sed angelus se mel vertitur in bonũ vel malum sine reuersione: ergo ꝛc. Respõ detur vtiq̃ maior vertibilitas est in homine q̃ in angelo: sz nõ maior libertas. Liberum vero arbitrium attenditur penes li bertatem: non vertibilitatem. Alia enim ratione est libertas in creatura: alia vertibilitas: quia libertas est dignitas existẽs in creatura rationali vel intellectuali per conuenientiam et cõuer sionem ad primum. s. deum. Uertibilitas autem sequitur ipsam naturam creature rationalis secundum se. Et ideo non sequi tur q̃ vbi est maior vertibilitas sit maior libertas. Hec Alexã der. in. ij. parte summe. Item quãuis electio que pertinet ad li berum arbitrium sit eorum que sunt ad finem: et angelis adue nerit finis eorum: quia scz coniuncti sunt ipsi deo inseparabiliter ac etiam sancti in patria: non tamen sequitur q̃ cesset in eis ele ctio: nec per consequens liberum arbitriũ. Et ratio est: quia id quod est ordinatum ad finem est duplex. Quoddam vt distãs a fine: et in huiusmodi aduenиente fine cessat electio ei⁹ quod ordinatur ad illum finem. Sicut nunc quis eligit velle crede re et sperare que electio cessabit in patria. Aliud ordinatũ ad

Liberuz arbitriũ ꝑfectius est in deo q̃ alijs.

In deo nulli⁹ est defect⁹.

Obiectio mouetur.

Quid ꝑtinet ad rõnem liberi arbitrij.

Liberuz arbitriũ q̃ſr posſit ad oppoſita.

Liberuz arbitriuz eſt in angelis z ꝑfecti⁹ q̃ in hoĩb⁹.

Liberuz arbitriuz attendit penes libertatez nõ vertibilitatẽ.

finem est vt coniunctum fiat. Et huiusmodi electio non cessat aduenientе fine: sed manet cū fine. bea. Tho. sup. ij. sentē. Item sciendū q̄ hoc pertinet ad perfectionem libertatis arbitrij qō possit diuersa eligere: seruato tamē debito ordine finis. Sed q̄ eligat aliquid deuiando ab ordine finis: vt fit in peccādo: hoc pertinet ad effectum libertatis: vt ideo maior libertas est in angelis z sanctis qui peccare non possunt q̄s in viatoribus. beat⁹ Tho. j. parte. q. lx. arti. iij. In homine est liberū arbitrū et ante peccatum et post peccatum: aliter tamen et aliter. Unde Hiero. ad Damasum. Nos dicimus hoiem semper peccare z nō peccare posse: vt semper nos liberi confiteamur arbitrij. Si em̄ post peccatum mortale cōmissum: non posset quis vitare peccatum tam non peccaret: quia Augusti. dicit q̄ nullus peccat in eo qō vitare nō potest. Gregorius etiam dicit q̄ debilis est hostis qui non potest vincere nisi volētē: ergo non necessitatur ex quo est volens. Et quamuis habens habitum necessario faciat secundum habitum: non tamen opz quod peccator semper faciat fm habitū peccati. Sed per liberum arbitrium potest vti habitu et non vti. Et facere potest aliqñ contra ipsum habitū peccati: licet cum difficultate. Tamen manente habitu: nō potest contingere q̄ diu maneat nihil agens secundū habitū. Item videtur q̄ peccator non habeat liberū arbitrium: qz liberū arbitrū diffinitur q̄ est facultas voluntatis et rationis qua bonū gratia assistente eligitur. Sed peccator non habet gratiā: ergo nō pōt libere eligere bonū: et ita non habet liberum arbitrium ad bona. Respondetur q̄ ille qui nō habet gratiā potest eligere bonum: sed non meritorū. Hoc aūt nō derogat libertati arbitrij. Dicitur em̄ homo esse liberi arbitrij fm q̄ potest agere hoc vel illud. Et non secundum q̄ potest agere sic vel sic taliter: scz qualiter virtuosos agit nisi inquantum potest acquirere habitū virtutis. Uel etiam sic potest aliter responderi. Licet gratiam qua homo possit meritoria opera facere non possit quis ex libero arbitrio promereri seu acquirere: potest tamen ad eam gratiā habendā se preparare: que ei a deo nō denegabitur si faciat quod est in se: z ideo nō est omnino extra potestatem arbitrij opera meritoria facere: quāuis potestas arbitrij per se ad hoc nō sufficiat: eo q̄ modus qui ad meritū requiritur facultatem nature excedit: non autem modus qui est in operibus ex virtutib⁹ politicis. Nullus autem diceret hominem non esse liberi arbitrij: quia nō potest taliter velle eligere: sicut deus vel angelus. Q̄ autem Augusti. dicit q̄ necesse est hominem peccare ante reparationem damnabiliter. Intelligitur aliquo posito: tamē respectu nullius habet necessitatem. Uel dicas q̄ de hoc est dupler opinio. Quidam dicunt q̄ homo immortali existens non pōt diu manere quin peccet mortaliter: potest tamen vitare hoc vel illud mortale sicut communiter omnes dicunt de venialibus. Quidam alij dicunt q̄ in mortali existens potest vitare omne mortale: nō tamē potest vitare quin sit sub peccato: quia nō potest per se resurgere sine gratia: sicut potuit per se cadere: et fm hoc libertas arbitrij sustinetur.

Qualr liberū arbitriū est in hoie.

Gratia quō habeatur.

Primus error.

§. III. Notandum igitur q̄ duplex error extat circa liberū arbitriū. Unus est eorū qui dicūt p liberū arbitriū posse hominē sufficienter mādata implere omnia: z meritorie agere sine gra dei. Sed per gratiā facilius operatur bene. Et hoc est heresis Pelagianorū. xxiij. q. iij. c. penul. Et condēnatur de conse. distin. iiij. placuit. iij. vbi dicitur. Placuit vt quicunq̄ dixerit ideo nobis gratiā iustificationis dari: vt quod facere per liberum arbitrium iubemur: facilius possim⁹ implere per gratiā: tanq̄ etsi gratia nō daretur: non quidē facile: sed tamē possumus etiā sine illa implere mandata diuina: anathema sit.

Secōs error.

Secundus error est eorū qui dicunt act⁹ humanos ex necessitate procedere: et hoc vel ex constellationib⁹ sub quibus homines nascuntur vel ex immutabilitate diuine prescientie. Sed primum scilz de constellationibus. xxvj. q. iij. igitur genus. Et per Augusti. in. v. de ciui. dei reprobatur. Secundū reprobatur per beatum Tho. in. j. parte. et etiam in decre. xxiij. q. iij. Nabuchodonosor § due sunt. vbi Augusti. Si qd prouidentia dei presciens videt: id necesse est esse: tamet si nullā nature habeat necessitatē. At quidem ea futura que ex libertate arbitrij prouenunt prescientia cōtuetur. Hec igitur ad intuitum relata diuinum necessaria fiunt per dispensationem diuine notionis per se vero considerata absolute nature sue libertatem non deserunt. Fient igitur proculdubio cuncta que futura deus esse prenoscit: sed eorum quedam de libero proficiscuntur arbitrio. Hec Augusti. ibi. Quod homo sit liberi arbitrij probatur per illud Eccli. xv. c. Deus ab initio constituit hoiem: z reliquit eum in manu consilij sui. id est in libertate arbitrij fm glos. Ad quod etiam facit quod dicit Hiero. cōtra Jouinianū: scilz liberi arbitrij nos condidit deus: nec ad virtutes: nec ad vitia necessitate trahimur. Alioquin vbi necessitas: ibi nec corona. de peni. di. ij. si enim inquit § ceterum. Secūdo pbatur ex legū ordinatione z exhortatione sic. Precepta z phibitiones nō debent fieri nisi ei qui pōt facere: alʒ enim frustra fierent: sed homini etiam diuinitus fiunt phibitiones z precepta: ergo in hominis potestate est facere et non facere: et ita est in eo liberū arbitriū. Tertio ex premio z pena sic. Nullus debet puniri vel premiari pro eo vel de eo quod non est in eius potestate facere et nō facere. Sed homo iuste a deo punitur et premiatur pro suis operibus: ergo homo potest operari z non operari: et ita est liberi arbitrij. Quarto q̄ homo sit liberi arbitrij pbatur rōne sic. Ubicūq̄ est intellect⁹ est et liberū arbitriū: sed in hoie est intellectus: ergo ꝛc. Maior sic pbatur. Ubi est estimatio vel discretio ibi est z electio: sed in homine est estimatio z discretio q̄ pertinēt ad liberū arbitriū. Nā voluntatē habēt indeterminatā: respectu aliquorū libere eligendi vel nō eligēdi: quod patet p experientiā: dum quis eligit vnū postea contrariū: ergo est liberū arbitriū. Quinto probari pōt per exemplū quod ponit Augu. de Nabuchodonosor et Pharaone. xxiij. q. iiij. Nabuchodonosor vbi dicit. Nabuchodonosor penitētiam meruit fructuosam. Nōne post innumeras impietates flagellatus penituit: et regnum quod amiserat rursus accepit. Pharao autem ipsis flagellis durior est effectus et periit: z infra. Quantum ad naturā ambo homines erant: quantū ad dignitatē ambo reges: quantum ad causam ambo captiuum dei populū possidebant: quantū ad penam ambo flagellis clementer admoniti. Quid ergo fines eorū fecit esse diuersos: nisi q̄ vnus dei manū sentiēs in recordatione propie iniquitatis ingemuit: alter libero cōtra dei misericordissimā veritatē pugnauit arbitrio. Hec ibi. Probatur hoc idem sexto ex sufficienti diuisione sic. Actuum humanorū oportet aliquā causam dare. Non autē possumus dicere q̄ propria causa eorum immediate sit deus. Ratio est: quia ea q̄ sunt a deo immediate non possunt esse nisi bona. Actus autem humani: alij sunt mali: alij sunt boni. Secūdo non possumus dicere q̄ causa eorū sit necessitas. quia ea que sunt ex necessitate eueniūt semper z eodē modo se habēt: vt ortus solis z huiusmodi. Hoc autē nō est in humanis actibus: quia innumerabiliter variantur. Tertio non possumus dicere esse causam eorū fortunā vel casum: quia fortuna z casus est eorū que raro eueniūt: z preter intentionem vt dicitur. ij. Phisy. Ergo relinquitur ipm hominem facientē esse causam suorū actuum z principiū: z hoc p liberum arbitrium. Septimo probatur idē ex diffinitione liberi arbitrij: diffinitur em̄ sic sic: q̄ est facultas voluntatis z rationis ꝛc. sed in hoie inuenitur ratio et volūtas: ergo ꝛc. Pro huiꝰ declaratione dicit Tho. j. parte. q. lxxxiij. ar. j. Q̄ quedā agunt absq̄ iudicio: sicut lapis mouetur deorsum et similiter oīa cognitiōe carētia. Quedā alia agūt iudicio: sed non libero sicut aialia bruta. Judicat em̄ ouis lupum videns eū esse fugiendū naturali iudicio et non libero: q̄ non ex deliberatiōe: sed ex naturali instinctu hoc iudicat. Et simile est de quolibet iudicio animalium brutorum. Sed homo agit iudicio libero: quia per vim cognoscitiuam iudicat aliquid esse fugiendū vel prosequēdum. Sed quia iudicium istud nō est ex instinctu naturali in particulari operabili: sed ex collatione quadā ratiōis: ideo agit libero iudicio potēs in diuersa ferri. Ratio enim circa contingētia viam habet ad oppositа: vt ptz in dialecticis ꝓpositionib⁹ z rhetoricis persuasionibus. Particularia autē operabilia sunt quedam contingentia: z ideo circa ea iudicium rationis ad diuersa se habet: z non est determinatum ad vnum. Et tanto necesse est q̄ hō sit liberi arbitrij ex hocipso q̄ est rōnalis. Quod autem dicit apls ad Rom. vij. Non enim quod volo bonū hoc facio sed quod nolo malum illud ago non est contra determinata. Nam appetitus sensitiuus: etsi in aliquo possit repugnare rationi concupiscendo contra illud quod dictat ratio: tamē ex hoc tantum non tollitur quin subijciatur rationi. Et hoc est bonum quod homo non facit cum vult: quia scz vellet non concupiscere: id est non sentire motum sensualem contra rationem: et tamen sentit. Sed per hoc non tollitur libertas arbitrij: quia ibi non est assensus rationis in tali motu: qui requiritur in actu liberi arbitrij. Similiter qō idem apostolus dicit ad Rom. ix.

Arbitriū libertas pbatur.

Illa que sūt a deo immediate nō possunt esse nisi bona.

Exponitur verba apli.

Non

Non est volentis neq; currentis ⁊c. Nō sic est intelligendū qua si homo non velit ⁊ currat. id est operetur bene ⁊ feruēter libero arbitrio. Sed q; liberū arbitriū ad hoc nō est sufficiens: nisi moueatur ⁊ iuuetur a deo quod etiam dicitur Hiere. x. Nō est in homine via ei⁹: neq; viri est vt ambulet ⁊ dirigat gressū⁹ suos Intelligitur quantum ad executiones electionū suarū in q̄bus potest homo impediri: velit nolit. Sed electiones ipse que pertinent ad liberum arbitrium sunt in nobis supposito diuino auxilio. Hec beatus Tho. vbi. s.

§. IIII. Libertatem arbitrij verti

bilem in malū dedit deus homini: seu fecit deus hominem liberi arbitrij vertibilem in malū quinq; rationibus. Prima ratio est manifestatio diuine potentie. Voluit eñ deus ostendere homini: q; sicut sine eo fact⁹ nō fuerat: ita nec sine ipō pſistere poterat. Vt ergo cognosceret q; diuinū posse nō solū est oīs potētie ſz etiā oīs potētie ꝑseruatiuū: ⁊ q; ille sol⁹ est indefectibilis ⁊ inuertibilis ideo voluit et sibi placuit creaturā rōnalē facere vertibilē: nec ipaz ꝑfirmare in bono: quousq; illi cōstaret q; ipe sol⁹ deus est: in quo non cadit non posse. Ad quod facit q̄ ait August. de peni. dist. ij. c. fiſ. vlti. dicens. Solus ille omnipotēs vocatur qui hoc nō pōt: scz peccare: q; omnia potest que posse est aliquid posse. Seda ratio est manifestatio diuine sapiētie: ex ordine malorū cum bonis: scz ex vertibilitate hominis in malum quod quidem malum deus ordinat cū bonis. Ex eo eñ q; de⁹ ex malo bonū elicit: diuina sapientia manifestatur: eo q; maioris sapientie est ordinare malū cū bonis: et elicere bonū ex malis: q̄z ordinare solū bona cū bonis: vel elicere bona ex bonis. Et ideo cum diceret nec possibile esset deū facere mala: debuit talem facere creaturā que posset in operando deficere et malū committere: vt deus mala illa ordinādo in bonū suā sapientiā declararet. Dicit eñ Aug. in. x. de ciui. dei. Neq; deus vllū non dico angelorū vel hoim crearet: quē malum futurū presciret: ni si pariter nosceret quibus eos bonorū vsib⁹ cōmodaret. Ostēditur etiam dei sapientia in huiusmodi vertibilitate ex cōparatione meriti ad premiū. Nemo eñ est dignus coronari nisi qui legitime certauerit. ij. ad Timo. ij. Et ideo decuit diuinā sapientiam prius hominē quasi in campo certaminis examinare q̄z in gloria coronare et exaltare. Ad hoc facit quod habetur. lix. distin. c. j. vbi dicitur q; dignitates nec ecclesiastice nec seculares conferende sunt nō examinatis seu ꝑbatis laboribꝰ ⁊ exercitijs. Tertia ratio est manifestatio diuine misericordie: q̄ potissimum manifestata est cum vnigenitum suum tradidit ꝓ hominis liberatione. Unde Joan. viij. ait ipse vnigenit⁹. Si filius vos liberauerit: vere liberi eritis. Ubi Augu. Si fili⁹ vos liberauerit: non a barbaris: sed a diabolo: non a corpis captiuitate sed ab anime iniquitate. Et Grego. ait redemptor noster totius cōditor creature: ad hoc propitiatus humanam carnem voluit assumere vt diuinitatis sue gratia dirupto quo tenebamur captiui vinculo seruitutis: scz peccati: pristine nos restitueret libertati. xij. q. ij. cum redemptor. Quarta ratio est manifestatio diuine iustitie: que potissime manifestatur in hoc q; de⁹ tribuit vnicuiq; ſm opera sua: scilz bonis bona eterna tribuendo: ⁊ malos eterna pena puniēdo. Hec autē retributio et punitio eterna nō fuisset nisi deus hominē in statu vertibilitatis cōdidisset: q; non meretur aliquis vel demeretur: et per consequēs non premiatur nec punitur: nisi per hoc q; est domin⁹ suorū actuū per liberam voluntatem. Ad hoc etiā facit quod dicit Augu. Vasis ire nunq̄z deus redderet interitū si non spontaneū inueniretur homo habere peccatū. xxiij. q. iij. Nabuchodonosor. ſ. j. Et Hiero. Ubi necessitas scilz benefaciendi ibi nec corona: scz debetur de peni. dist. ij. si eñ ſ. ceterū cōfido. Quinta ratio est augmentatio glorie beatorū. Nā gloriosus est homini in vertibilitate ad malū condito quodāmodo ex meritis gloriā obtinere: q̄z in inuertibilitate conditū fuisse: ⁊ sic sine aliquo genere meriti beatificari. Et ꝓpter hoc ad commendationē iusti vertibilis in malum dicitur Eccli. xxxv. Qui potuit transgredi et non est transgressus scilz preceptum: et iam ab homine puniendū: et facere mala ⁊ nō fecit: quo ad occulta: ideo stabilita sunt bona illius in domino. id est opera illi⁹ sunt firmata in dño: quasi in fundamēto. quasi diceret. premia illi⁹ firmiter reseruata sunt a dño Hec Alexā. ij. pte summe. q. lvj. exceptis allegationib⁹ decretorum.

Creatio dei optima.

Benefitū incarnatiōis.

§. V. Quod liberum arbitrium

debuit dari a deo ⁊ angelo et homini: ostenditur rationibus et similitudinibus. Rationibus quidem sic. Primo ex comparatione boni: et est interrogatio Augustini a Deodato. Quid tibi melius esse videtur in nobis. An illud sine quo recte viui potest an illud sine quo viui non potest. Respondet Deodatus. Quis ambigat id longe esse prestantius sine quo recta vita nulla est. August. cum ergo in corpore concedas esse aliquid: quo amisso tamen ad recte viuendum non impeditur homo: voluntas libera tibi videtur nullum bonum sine quo recte nemo viuit: et confirmat per exemplum dicens. Uides quantum boni desit corpori cui deficiat manus: et tamen manibus male vtitur qui eis vel seua vel turpia operatur. Si aspiceres aliquem sine pedib⁹ fatereris esse integritatem corporis plurimum bonum: ⁊ tamē qui vteretur ad nocendum cuiq̄ vel seipsum dehonestādo: male vti pedibus non negares: et sic de oculis ⁊ de alijs. Quēadmodum ergo ista probas in corpore et non intueris eos q; male vtuntur: in his laudas illum qui hoc dedit donum: ⁊ qui hec dedit bona: sic liberam voluntatem sine qua nemo potest recte viuere oportet esse bonum etiā diuinitus datum: et potius eos esse damnandos qui hoc bono male vtuntur: q̄z qui dederit dare non debuisse fateris. Secunda ratio est ex sufficienti diuisione boni. Nam bonorum quedam sunt magna: quedam minima: quedam media. Bona magna sunt quibus recte viuitur: vt virtutes quib⁹ nullus male viuit. Bona minima sunt vt species vel sensus quorumlibet corporum sine quib⁹ recte viui potest. Bona media sunt sine quibus recte viui non potest: vt potentie. Voluntas ergo libera videtur tibi nullum bonum sine qua recte nemo viuit. Tertio debuit deus dare liberum arbitrium ad perfectionem vniuersi. Si quis enim diuerit: non erat tam difficile aut laboriosum omnipotēti deo vt omnia quecūq; fecit sic haberent ordinem suum vt nulla creatura vsq; ad miseriam peruenir et. Non enim est dicere vt hoc aut impotēs non potuit: aut non bonus inuidit. Respondeo et dico ordinē creaturarum a summa vsq; ad infimam: ita gradibus istis decurrere: vt ille inuiderit qui dixerit ista non esse: ⁊ ille inuideat qui dixit ista talia nō debere esse. Si eñ talis vult esse inferiorē qualis est natura vel creatura superior: iam illa est et tanta est vt adijci non possit: quia perfecta est. Uerbi gratia. Qui diceret lunam debere esse vt solem dupliciter errat. Uno modo: q; ad rerum perfectionem aliquid cupit cum desiderat alterum solem. Alio modo: quia perfectionem vniuersi vult minuere cum lunam vult detrahi. Sic a simili. Si dicis quod deus voluntatem nostram debuit facere impeccabilem: et sic esset absq; miseria. Erras primo: quia vis adijcere voluntati diuine: quod est impossibile cum illa sit perfectissima. Secundo quia vis diminuere perfectionem vniuersi: cum etiam nostra miseria ad perfectionem vniuersi faciat. Defuisset autem huic perfectioni: si beati semper essemus. Quapropter si ad miseriam nisi peccando non peruenit: anima: etiam peccata nostra necessaria sunt perfectionis vniuersitatis quam condidit deus. Quid eñ tā opus habet misericordia q̄z miser? Et quid tam indignum misericordia q̄z miser superbus? Quod probat August. per exemplum tale. Quid tam dignum in domo q̄z homo? Et quid tam indignum abiectum ⁊ infimum q̄z cloaca domus? Seruus tamē in tali domo delectus intantū vt mundande cloace dignus habeatur: ornat domuz etiam turpitudine sua. Et vtrunq; horum scilz seruus et mundatio cloace: faciunt ad pulchritudinē domus. Hinc fit vt creatura superior peccans ceteris inferioribus puniatur: quia tamen ille sunt infinite: vt ornari etiam a turpibus animis possint: atq; ita vniuersitatis decor cōgruere. Habitationi ergo celesti talis anima non congruit per peccatum: terrestri autem congruit per supplicium. Raynerius.

Homo ⁊ angelus debēt habere liberū arbitrium.

Bona sunt triplicia.

Institutio hois bene facta.

§. VI. De libero arbitrio q̄ō est

debilitatum in modo. Confirmatum in bono. Obstinatum in malo. Et quantum ad primum dico quod liberum arbitriū est debilitatū in mō. Nā in eo q̄ incidit in pctm liberū arbitriū nō est ablatum: sed dicitur esse debilitatum: hoc modo scilz quod prius ante peccatum facile poterat: postmodum post peccatum sine difficultate et pugna non possit. Sed contra magister sen. in. ij. dist. xxv. dicit: quod homo ante recuperationem gratie non potest non peccare etiam mortaliter: ergo sine gratia non potest homo vitare peccatum. Et sic liberum arbitrium videtur esse ablatum vel coactum. Respondeo et dico q; liberum arbitrium etiam post peccatum potest vitare peccatum: q̄ō ostēdit similitudine et ratione. Et similitudo exempli patet ex hoc.

Utsio duplex.

Visio dupliciter.

Sicut videre dicitur dupliciter: vt dicit phūs in.ij. de anima. scz habere visum et vti visu. Ita etiam peccare dicitur dupliciter. Unde cum dicitur ante recuperationem gratie homo non pōt non peccare: intelligitur non habere peccatū. Nam anteq̄ homo per dei gratiam repararetur et a peccato liberaretur: semp erat in peccato. Sed non potest intelligi q̄ non potest homo non vti peccato: quia existens in mortali potest per liberū arbitriū peccatū cōmittendū vitare: quāuis non tam faciliter sicut ante peccatum. Ratione autem idem probatur tali. In omnib⁹ que sub electione cadunt voluntas libera manet. Electio autē est actus liberi arbitrij: ergo ꝛc. Unde dicere quod volūtas velit aliquid ꝛ cogatur ab eo: est implicatio contradictiōis: quia necessitas coactionis est contraria voluntati: vt in.v. Metaph̄. dicit phūs. Eo q̄ voluntarium est cuius principium est abintra. Violentum autem est cuius principium est abextra: vt dicit philosophus in.iij. Ethicoꝝ. Ergo etiam post peccatum remanet voluntas libera ad non peccandum vel peccatum sequēs vitādum. Hec beatus Tho. in.ij. senten. distin. xxv. Raynerius. Ad hoc etiam facit quod dicitur di. xlv. de Judeis. vbi sic habetur. Sicut homo propria arbitrij voluntate serpenti obediens periit: sic vocante se gratia dei propria mentis conuersione quisq̄ credendo saluatur. Ergo non vi: sed liberi arbitrij sui voluntate et facultate: vt conuertantur suadendi sunt: nō potius impellendi. Hec ibi. Secundo liberum arbitrium considerari potest vt confirmatum in bono. Et ex natura quidem non potest liberum arbitrium esse confirmatum in bono. Et q̄ nulla creatura rationalis habeat liberum arbitrium confirmatum in bono ex sui natura. Probatur primo ex ipsius inuentione. Nam liberū arbitrium non inuenitur in aliqua creatura: nisi in angelo et in homine: sed tam homo q̄ angelus peccauit: ergo nullius creature liberum arbitrium est naturaliter confirmatum in bono. Secundo idem probatur exempli inductione sic. Proprietas nature superioris non potest inferiori nature naturaliter cōuenire: nisi in superiorem naturam conuertatur: vt verbi gratia. Sicut non potest fieri quod aqua naturaliter sit calida nisi cōuertatur in naturam ignis: sed habere indefectibilem bonitatē est proprietas diuine nature: ergo non potest esse. q̄ alicui alij nature conueniat naturaliter: nisi in diuinam naturam conuertatur: quod est impossibile. Tertio probatur idem ratione tali. Quelibet creatura cum non sit: vel cum non habeat per se esse est ex nihilo procedens: et ideo flexibilis ꝛ ex se ad nihilum tendens. Preterea cum nulla creatura sit bonum vniuersale sz particulare: ex se est contrarij: id est mali susceptiua. Solus autem deus est naturaliter impeccabilis. Tum quia ipe est bonū essentiale et actuale nullius potentie permixtionem recipiens. Tū quia ipse est bonum vniuersale nulla perfectione carens. Tum quia ipse est nec esse incipiens: nec ad non esse tendens vel esse desinens. Et ideo solus deus habet liberum arbitrium naturaliter impeccabile ꝛ confirmatū in bono. b. Tho. in questionibus de veritate. Raynerius. Ex gratia autem potest liberum arbitrium confirmari in bono etiam in statu vie. Et hoc probatur exempli inductione: ratione: et distinctione. Exempli inductione patet in beata virgine Maria: que in statu vie ita fuit cōfirmata in bono: vt deinceps peccare non posset. Et merito cōpetebat eo quod beata virgo erat mater sapiētie diuine: in qua nihil coinquinatum incurrit. Sap̄. vij. Probatur idem per exēplum apostolorum: qui per aduentum spiritus sancti fuerūt cōfirmati in bono: quod etiam decuit: quia erant quasi fundamētum ꝛ basis totius ecclesiastici edificij: vñ oportuit eos esse firmos. Secundo probatur hoc idem ratione sic. Tunc homo habet liberum arbitrium in bono confirmatum quando bonum perfectum quod deus est menti humane vnitum: sed deus menti humane vnitur per gratiam: non autem per naturam: ergo liberum arbitrium confirmari potest per gratiam non per naturā. Confirmatur hec ratio per exemplum in humano corpore: quia corpus humanum habet ex sui natura quod sit corruptibile: sed dono gratie efficitur incorruptibile. j. Cor. xv. Oportet hoc corruptibile induere incorruptionem: ita liberum arbitrium hominis quod ex sua natura habet quod sit flexibilem malum: per gratiam potest in bono confirmari. Exemplū aliud induci potest: scz de aere ꝛ de luce. Sicut enim aer naturaliter repugnat quod sit actu lucidus: non tamen q̄ possit illuminari. Ita repugat libero arbitrio ex eo q̄ est ex nihilo quod sit naturaliter confirmatum in bono: nec hoc ei nisi per gratiā concedi potest. Et sicut lux superueniens aeri aufert obscuritatem aeri: quam sine luce habet naturaliter: ita ex defectu liberi arbitrij est q̄ in malum flecti potest. Et hunc defectū aufert gratia perficiendo naturam liberi arbitrij confirmans ipsum in bono. Tertio probatur hoc distinctione sic. Dupliciter aliquis est perfectus: scz secundū quid: vt in via qñ quis habet fidē et charitatem sm modū vite presentis. Et simpliciter vt in patria quā do perfecte diligit deum: nec tamen in via aliquis omnino perfectus est vt in patria: ita aliquis potest esse confirmatus in bono in via: qui tamen non est confirmatus omnino in bono vt in patria. Verbi gratia. Aliquis habet liberum arbitrium confirmatuz in bono dupliciter. Uno modo simpliciter: ita q̄ omnino peccare non potest: sicut beati qui sunt in patria habentes in se fue firmitatis sufficiens principium scz donū glorie: ex quo oino peccare non possunt. Alio modo dicuntur aliqui confirmati in bono: per hoc q̄ eis datur donum diuine gratie: quo ita inclinātur in bonum q̄ non de facili possunt deflecti a bono: non tamē per hoc donū retrahuntur a malo q̄ oino peccare non possint: nisi diuina prouidentia custodiente: et hoc modo aliqui in statu vie possunt confirmari in bono: scilz ex dono gratie ꝛ nō primo modo: scilz ex dono glorie: vt in statu patrie. Et ratio est: q̄ non potest aliquis omnino impeccabilis reddi: nisi auferatur totaliter omnis origo peccati. Quod non contingit in statu vie nisi in domino Jesu qui simul erat viator ꝛ comprehēsor. Et nota q̄ quāuis liberū arbitriū hominis naturaliter possit flecti ad malum non tamen sequitur q̄ gratia superuenies si tollat istā flexibilitatem ad malum: q̄ propterea destruat naturā. Non enī per hoc destruit naturā: sed perficit eam. Nam ex defectu nature liberi arbitrij est q̄ flecti possit ad malum. Sed gratia hunc defectum a natura aufert: perficiendo naturā ꝛ in bono confirmando. Item posse peccare: et tñ nō peccare: nō facit ad meritum: sed ad manifestationem meriti inquantum ostenditur per hoc opus bonum esse volūtarium: propter quod in laudem viri iusti dicitur. Qui potuit transgredi et non est transgressus. Et ideo si ex gratia conferatur alicui q̄ non possit peccare: non propter hoc minuitur virtus meriti. bea. Tho. in questionibus de veritate. Raynerius. Tertio liberum arbitrium considerari potest vt obstinatum in malo. Quod potest intelligi dupliciter: scilz vel in vita presenti: vel in vita futura. Sed obstinatus in malo potest dici quis dupliciter. Importat enim obstinatio quandam firmitatem animi in peccato a qua reuerti non pōt. Sed quod quis nō possit reuerti a peccato potest intelligi vno modo: scilz inquantū vires sue non sufficiunt ad hoc q̄ liberet a peccato totaliter: et sic in mortale cadens dicitur non posse a peccato resurgere et ad iustitiam redire. Sed ex ista firmitate in peccato non proprie quis dicitur obstinatus. Alio modo habet quis firmitatē in peccato: ita q̄ nec cooperari potest ad hoc q̄ a peccato resurgat. Et siquidem istud non posse cooperari ad resurgendum intelligitur quo ad facilitatem: id est quia non de facili potest cooperari ad hoc quod exeat a peccato. Sic est obstinatio imperfecta in vita presenti: dum scilz aliquis habet animum firmatum in malum: quod in eo non surgūt motus ad bonum nisi debiles: tamen quia aliqui surgunt ex eis datur via vt preparetur quis ad gratiam. Si autem non posse cooperari ad resurgendum a peccato: intelligitur simpliciter: ita scilz qō nullo modo potest cooperari quod exeat de peccato: sic est perfecta obstinatio qua demones obstinati sunt et damnati. Hoc autem modo non potest liberum arbitrium esse in via obstinatum. Quod probatur auctoritate: simulitudine: et ratione. Auctoritate primo probatur. Nam super illud ad Roma. ij. Secūdum duritiam tuam et impenitens cor tuum ꝛc. Dicit Augst. ꝛ habetur in glosa q̄ ista impenitentia vel cor impenitēs q̄diu quisq̄ in hac carne viuit: iudicari non potest. De nullo ergo desperandum est q̄diu patientia dei ad penitentiam expectat. Et subdit. Paganus est hodie. Judeus infidelis est hodie. Hereticus est hodie: schismaticus est hodie. Quid si cras amplectatur catholicam veritatem et pacem: et sequatur catholicam fidem et vnitatem veritatis. Quid si isti quos in quocunq̄ genere erroris damnas tanq̄ desperatissimos anteq̄ finiant vitam istam agant penitentiam: in futuro inueniant veram vitam. Nolite ergo anteq̄ veniat tempus iudicare. Hecille. Et Leo papa. Nemo est desperandus dum in hoc corpore constitutus est: quia nonnunq̄ quod diffidentia etatis differtur: consilio maturiori perficitur. de peni. dist. vij. nemo. Secundo probatur idem ratione sic. Quod quis peccat: aut peccat ex rationis errore aut ex passione: aut ex habitus inclinatione. Et siquidem peccat homo ex

Nulla creatura de se est cōfirmata in bono

Ex gra creatura pōt cōfirmari in bono.

Aliquis dr perfectus dupliciter.

Dupliciter aliqs in gra cō firmat.

Quōlibe. arg. pōt in malo esse obstinatum q̄ pōt intelligi dupliciter.

Nullus in via est perfecte obstinatus. Primo.

Nota desperatos.

Secdo.

ro ex errore rationis: quia nō in generali: sed in particulari erat tunc ratio non ita pertinaciter inheret falso: quin per cōtrariā rationalem a tali peccato auerti possit. Si vero ex passione peccat passio resolvitur et reprimitur: et sic a peccato auertitur. Si autem peccat ex habit⁹ inclinatione: tunc quia totaliter habitus animā nō corrūpit potest a peccato auerti. Et sic patet q̄ quocunq; modo vel motiuo quis peccet potest a peccato liberari ꝛ penitere. Tertio ostenditur idem similitudine morbi. Nā morbus potest esse incurabilis tribus ex causis. Prima ꝓpter naturam morbi: vt lepra et huiusmodi. Secunda propter imperitiam medici. Tertia ꝓpter indispositionem subiecti. Sed morbus spiritualis viatoris hominis: scilicet peccati: non est incurabilis ex prima causa: scilicet ex natura morbi: quia non peruenit ad terminum malitie. Neq; ex secunda causa: scz imperitia medici: quia deus scit et potest omne peccatū curare. Unde ex septima synodo habetur. Omnem penitentiam recipit deus. ꝛ infra bonus in oībus deus: et aperta sunt viscera eius omni homini penitenti. J. q. vij. siquis oēm. Neq; ex tertia causa: scilz indispositione hominis: quia sicut per alium in peccatum cecidit: ita per alium resurgere potest. Ergo in statu vie nullus potest ita esse obstinatus: seu immutabiliter firmatus in malo: quin resurgere possit et liberari. Unde Chryſ. Etiā si ad summum quis peruenerit malorum et inde tamen velit reuerti ad virtutis viam suscipit deus libenter amplectitur: et oia facit vt ad priorem reuocet statū. de pen. distin. iij. talis. Raynerius

Tertio

In alia vita liberum arbitrium est firmatū immutabiliter.

Sed in alia vita scilz in inferno liberum arbitrium est omnino firmatum immutabiliter in malo. Et hoc probatur auctoritate contrarietate: ꝛ ratione. Auctoritate quidem Eccles. xj. Ubi ceciderit lignū. i. homo per mortē siue ad Austrū siue ad Aquilonē. i. siue in statu gratie in statu mortalis peccati: ibi erit: scz immutabiliter. Et Luc. xv. dixit Abraam. Chaos magnum firmatum est inter nos et vos ꝛc. quod est immutatio status. Et Damascenus. Quod est homini mors hoc est angelis casus scz homines post mortem non sunt capaces penitentie. Ergo nec angeli post casum. Secundo probatur hoc contrarietate sic. Felicitati beatorum opponitur miseria damnatorum. Sed ad felicitatem beatorum pertinet: q̄ habeant liberū arbitriū ita firmatum in bono: q̄ nullo modo possunt deflecti in malum: ergo etiam ad miseriā damnatorum pertinet: q̄ ita sint obstinati et firmati in malo quod nullo modo possint deflecti in bonū. Tertio probatur idem ratione. Et prima ratio ad hoc est ex defectu penitentie sic. Non ptz reditus de peccato in bonum: nisi per pniam. Sed in agente malum ex certa malitia: et decedente in ipso non cadit penitentia: ergo est immutabiliter cōfirmatus in malo. Alia ratio est ex defectu gratie sic. Sicut gratia superinfusa confirmatur liberum arbitrium in bono: ita diuina gratia exclusa firmatur liberum arbitrium in malo. Sed in eo qui decedit in mortali est gratie priuatio et cōclusio: igitur talis sic decedens penitere non potest. Tertio probatur ex defectu diuine iustitie sic. Justitia diuina exigit vt sicut gloria beatorum est perfecta et perpetua ita dānatorū pena et miseria perpetua sit quia vt dicitur Matt. xv. Ibunt hi in supplicium eternum: iusti autem in vitam eternam. Ergo liberum arbitrium demonum et damnatorum est ita firmatum in malum: quod ad bene volendum reuerti non possunt. Et si arguatur sic in contrarium. Fortior est charitas q̄ cupiditas ad peccatum pertrahēs. Jurta illud quod dicit glos. super illud. Bonum mihi lex oris tui super milia auri et argenti. Sed demones vel homines a charitate in peccatum ceciderunt. Ergo multo fortius a peccato redire possunt ad charitatem: ꝛ a malo ad bonum. Respondeo q̄ charitas est fortior q̄ cupiditas vel peccatum si fiat comparatio secundum eundem modum habendi: vt scz vtrunq; accipiatur vel in via vel in termino vie. Sed si vnum accipiatur in via aliud in termino vie: nō sic est: quod sic ptz. Quia charitas viatoris est fortior q̄ cupiditas viatoris. Sed existens in termino malitie firmius se habet et firmius inheret. Potest etiam dici q̄ demones nunq; habuerunt charitatem secundum quosdam: ad quod facit de pen. dist. ij. c. principium. Vel si habuerūt nunq; eam: nisi sicut in statu vie habuerunt. Homines aūt damnati similiter cadere non potuerunt: nisi a charitate seu gratia viatoris. Hec beatus Thomā. in questione de veritate. Raynerius.

Exactio diuine iustitie.

§. VII. Notandum etiā q̄ liber-

tas arbitrij excludit coactionem: includit electionem: admittit variationem. Quantum ad primum scilz q̄ liberum arbitrium excludit coactionem declarandum: notanda est distinctio quā facit magister sententiarum. ij. lib. distin. xxvij. de libertate. Dicit enim quod est triplex libertas arbitrij. scz a necessitate: a pctō et a miseria. Ratio huius distinctionis secundum bea. Tho. est ista: q̄ coactio quam excludit libertas est dupler. Quedam est ꝓfecta ꝛ sufficiens: q̄ dicitur cōpulsio: et sic prima libertas est a necessitate vel coactione: que libertas a coactione per se et sem per sequitur liberum arbitrium. Unde dicit magister sen. ibidē q̄ liberum arbitrium et ante peccatū et post eque liberum est a coactione: q̄ sicut ante peccatum cogi non poterat: ita nec modo. Jdeoq; voluntas merito apud deum iudicatur: que semper a necessitate libera est et cogi non potest. Ubi necessitas ibi libertas non est: vbi libertas non est: nec voluntas est: et ideo nec meritum. Hec magister ibidem. Quedam vero coactio est imperfecta ꝛ insufficiens: que potius impulsio q̄ coactio dicitur. Et hec est dupler. Una est impulsio: que per se liberum arbitriū impellit vel impedit: sicut habitus ꝛ dispositiōes que sunt in anima. Et sic est libertas a peccato. De qua. ij. Cor. iij. dicit apls. Ubi spiritus domini: ibi libertas: et veritas in euangelio Joā. viij. Si filius vos liberauerit vere liberi eritis. Que libertas a peccato: et si post peccatum non tollitur: tamen debilitatur. Secunda coactio imperfecta que impulsio dicitur impellit vel impedit liberum arbitrium per accidens: sicut impotentie ꝛ penalitates: que sunt ex parte corporis vsum liberi arbitrij impediētes: ꝛ sic est libertas a miseria. De qua apls ad Rom. viij. Ipsa creatura liberabitur a seruitute corruptionis in libertatem glorie filiorum dei. Ubi notandum quod nulla miseria vel penalitas corporis libertatem illam que est a necessitate coactionis excludit: eo quod nūq; ad tātā miseriā vel penalitatē corporis deuenitur: quod liberum arbitrium cogi possit. bea. Tho. in scrip. super. ij. senten. distin. xxv. Raynerius. Contra predicta occurrit triplex obiectio. Prima est talis. Grego. dicit q̄ peccatū quod per penitentiam non diluitur: mor suo pondere ad aliud trahit. Cum ergo tractio sit quidā motus violentus secundum philosophum: ergo videtur quis cogi ad peccatum. Respondeo secundum beatum Tho. in questionibus de veritate: q̄ peccatum commissum non trahit cogendo voluntatem sed inclinādo: inquantum priuat gratia per quam fortificabatur cōtra peccatum: et inquantum etiam ex actu peccati relinquitur dispositio et habitus in anima. Secundo arguitur sic. Quicunq; vincitur: ab aliquo cogitur: sed secundum philosophum incontinens vincitur a passionibus: ergo passiones cogunt voluntatem. Respondeo quod incōtinēs dicitur vinci a passionib⁹: nō quod passiones cogant: ꝛ immutent necessario voluntatē: alioquin incontinens non esset puniendus. Sed dicitur talis vinci a passionibus: inquantum earum impulsui voluntarie cedit. Tertio arguitur per hoc quod dixit paterfamilias Luce. xiij. compelle intrare. Intratur autem ad cenam patrie per voluntatem: ergo per angelum qui est minister dei voluntas potest cogi ad aliquid. Respondeo q̄ illa compulsio non est coactionis: sed efficacis persuasionis per aspera vel leuia. Unde Grego. Qui huius mundi aduersitatibus fracti ad dei amorē redeūt compelluntur intrare. Raynerius. Ad hoc etiam pulchre facit quod habetur. xxiij. q. iij. displicet. ꝛ. q. vj. iam vero ℣ volti. Secūdo libertas arbitrij includit electionem tanq; immediatū ꝛ proprium actum eius. Et secundum hoc Bernar. distinguit libertatem in libro de libero arbitrio sic dicens. Est triplex libertas scilicet arbitrij: consilij: et complaciti. Ratio huius est: quia cum liberum arbitrium includat electionem: et nihil sub electione cadat nisi secundum q̄ habet aliquam rationem boni: secundū diuersos gradus bonitatis in humanis actibus. Bern. diuersos gradus libertatis seu diuersas libertates distinguit. Ut verbi gratia. Primo in humanis actibus est aliquid bonum: quia licitum: quod scilz nulla lege prohibetur: et respectu istius boni liciti dicit libertatem arbitrij: quia in iudicio nostro consistit vt hoc sequamur vel non. Ubi nota q̄ liberum arbitrium habet officium iudicis et arbitri. Primo habet officium iudicis: ꝛ hoc quo ad rationem: quia sicut iudex in iudicando debet sequi leges: et arctatur ad sequendum eas: sic liberum arbitrium habet officium iudicis quo ad rationem: quia inquantum deliberat debet sequi leges. Secundo inquantum liberum arbitriuz libere vult: tenet formam arbitri. Hoc enim ad voluntatem pertinet: libere hoc vel illud velle vel eligere. Et ideo magis dicitur liberum arbitrium q̄ iudicium. Secundo est aliquid in humanis actibus quod non tantum est licitum sed etiam vtile. Ut

Liber-tas arbi. excludit coactio-nem.

Duplex est coactio.

Coactio dupler li bert arbi trij.

Liberuz arbitrii includit electio-nem.

Liberuz arbitriuz habet officiū iudicis et arbitri.

omnia mihi licent: sed non omnia expediunt: vt dicit apls. j. ad Corinth. vj. Et sm hoc assignat & distinguit Bernar. libertatem consilij. Nam consiliū est de melioi bono: quod est expediens ad salutē. Tertio in humanis actibus est aliquid bonū eligendum quod delectat. Et respectu huius assignat Bernar. libertatem complaciti. Unde dicit ibidem Bernard. q libertas arbitrij habet discernere quid liceat. Libertas arbitrij habet probare quid expediat. Libertas arbitrij habet experiri quid libeat. Hec Thoñ. super. ij. senten. distinc. xxv. Tertio dico q liberum arbitrium admittit: id est habet variationem. Et cuz sit triplex libertas: vt dictū est: liberū arbitriū quantū ad libertatē que a necessitate seu coactione compulsiua per se non augetur vel minuitur: sed equaliter habetur: q hoc est naturale et essentiale libero arbitrio: vt sufficienter non cogatur coactione compellente. Et hoc scilz nō posse sufficiēter cogi et cōpelli sequitur liberū arbitriū in quolibet statu: scz ante peccatū et post peccatum. Nō ergo per se augetur vel minuitur libertas arbitrij: sed p accidens tantū. i. rōne nature in qua inuenitur & quā liberū arbitriū cōsequitur: & hoc sic probatur. Dis ppietas que consequitur aliquā naturā quāto illa natura in aliquo inuenit nobilius tanto etiā illa ppietas perfectius participatur ab illo: secundū quē modū homo dicitur minus intelligēs q̄ angel⁹. Unde q libertas arbitrij cōsequitur naturā et potentiā intellectus et voluntatis: et hec perfectissime sunt in deo et in angelo nobili⁹ q̄ in homine. Ideo libertas a necessaria coactione perfectius reperitur et nobilius in deo q̄ in angelo: & in angelo q̄ in hoie et in vno angelo magis q̄ in vno alio. Unde ptz q libertas arbitrij nō variatur ex parte sue nature vel essentie: sed per accidens: scz ex parte sue cause que est intellectus et voluntas. Nā secundū q natura inuenitur intellectiua nobilius in vno q̄ in alio: vel minus nobilius: sic libertas ista intenditur vel remittitur. Libertas scda q̄ scz est a pctō cōtraria coactioni imperfecte & insufficiēti: que impulsio vel dispositio nūcupatur: vt sunt habitus & dispositiones interiores pctōrū: augetur talis libertas vel minuit in hoie sm diuersos actus. Hō sic declarat. Libertas ista a peccato est cōmunis triplici statui hois: scz. In innocentia. In reparata gratia. In gloria. Et tamē augetur & minuitur ante peccatū & post peccatū. Unde magister sentē. lib. ij. distin. xxv. Semper volūtas hois libera est: sed non semper bona est. Nō eñ est bona: nisi a peccato liberata sit: & subdit. Liberū ergo arbitriū cum semper & in singulis sit bonū: non tamen est pariter liberum in bonis & in malis: & ad bona & ad mala. Liberius est enim in bonis vbi liberatū est: scz a peccato per gratiam q̄ in malis vbi liberatum nō est: & liberius ad malū quod per se agit: q̄ ad bonū quod nisi gratia adiuuetur et liberetur non potest. Hec magister. In statu innocētie poterat homo peccare et non peccare. In statu nature reparate potest peccare et non potest non peccare: saltem venialiter. In statu glorie poterit non peccare et non poterit peccare. Sed in statu nature destituta gratia non potest non peccare: etiam mortaliter: id est non esse in mortali quod commisit: quia ex se non potest exire: vel non potest difficulter non incurrere alia mortalia: semper tamen voluntas a coactione est libera. Libertas a miseria que est contraria coactioni imperfecte et insufficienti: que dicit impellens vel inducens: sicut sunt penalitates exteriores: vt fames: sitis: infirmitas corporalis: mutabilitas mentis: tentio hostis et huiusmodi: nō est eque in omnibus hec libertas: sed sm magis & minus reperitur in diuersis. Nā perfectissime in deo post deum maxime in angelo bono minor in homine bono: minima in homine malo nulla in demone vel damnato homine: vt dicit magister senten. distin. xxv. Omnis tamen miseria mentis et corporis quantumcunq̄ magna: necessitatem coactionis semper excludit: quia nunq̄ in statu vite presentis ad tantā miseriam deuenitur mentis vel corporis: vt liberum arbitrium cogi possit: alias non diceretur liberum nec efficeretur meritorium vel demeritorium. b. Tho. super. ij. sen. Raynerius. Hinc Amb. Quorum nos domini sumus. f. actuū nostrorū et pctōrū: eorum principia extrinsecus non requiramus: nec deriuemus in alios sed agnoscamus ea que propria nostra sunt: qō eñ possumus non facere si volumus: huiusmodi electionē mali nobis potius debemus adscribere q̄ aliis. Ideo etiam in iudicijs istiusmodi voluntarios reos non necessitate compulsos: culpa cōstringit: pena condemnat. xv. q. j. c. tilla. et ij. eiusdem questionis dicitur. Ex voluntate peccata procedunt: que libero mentis arbitrio & delinquendi proposito committuntur.

Liberuz arbitriū hz et admittit variationē.

Uolūtas hois semp est libera: lz nō semp bona.

§. VIII. Notandum etiam quod

quadruplex est libertas. f. peruersa: mundana: vera: & plena. Libertas peruersa est quando quis abutitur libertate ad peccandū. et hec libertas a iustitia est quā nullus seruare cogitur. de qua. j. Pet. ij. 82. Quasi liberi et non quasi velamen habentes. i. quo maioi libertate vtimini apud hoies eo liberius diuino famulatui subiugati sitis. Et subdit. Non quasi velamen habentes malitie libertatē. Glos. quia ex hoc q̄ libert sunt multi se velāt & defendūt pctā. Alia glos. Et nō habētes velamē malitie: vt tāto libētius peccetis: quāto iugo seruituris dei munitimini. Et addit apls. Sed sicut serui dei. Glos. Seruitus dei humilitatē & puritatē a culpa requirit. Scōa libertas que dicitur mundana seu humana est qua quis alterius est dominio nō subiectus de qua Job. iij. Seruus et liber a dño suo: scilz in alia vita. Et j. ad Cor. vij. Seru⁹ vocat⁹ es nō sit tibi cure: sed et si potes fieri liber magis vtere. Seruitus huic libertati cōtraria inducta est de iure gentium. vt patet dist. j. ius gentiū. Quginata in iure diuino ex irrisione Noe facta a filio ei⁹ Cham. Gen. ix. Maledictus Chanaan: seruus seruoꝝ erit fratribus suis. Et Amb. Nō esset hodie seruitus si ebrietas nō fuisset. dist. xxxv. c. sexto die. Iure humano cōfirmata: canonico et ciuili. Hec libertas multū appetitur: q̄ non bene pro toto libertas venditur auro. Sed propter peccata multipliciter perditur: vt patz de populo Israel: qui ex libertate frequēter propter scelera est seruitute addict⁹. Judi. per totū. Tertia libertas est vera & spiritualis: que est libertas gratie. f. carere criminibus. Et est ista cōtraria male seruituti. f. peccati. De qua christus Jo. viij. Omnis qui facit peccatum seruus est peccati. Ubi tria nota. Primo dicto generalis: ibi. Omnis scz diues et pauper: Judeus & Grecus: imperator vel vasallus. Nō est eñ distinctio Judei & Greci: omnes enim peccauerunt. Qui omnia dicit: nihil excludit. dist. xix. c. si Romanoꝝ. circa medū. Secundo tangitur transgressio criminalis: ibi. Qui facit peccatum. et non solū qui facit: sed et q̄ concupiscit. Peccatum enim est sm August. voluntas retinendi vel consequendi quod iustitia vetat: vnde liberum est abstinere. xv. q. j. c. j. circa finem. Tertio notatur conditio vilis & penalis: quia seruus est peccati Hieremie. ij. Quā vilis facta es nimis iterans vias tuas. Uilissima autem huius seruitus: q̄ cū peccatum nihil sit in rerū natura. Huius seruitio peccator a dicitur. ij. Petri. ij. A quo quis victus est huius et seruus est sed peccator vincitur a vitijs. ergo &c. Et dicit Ansel. quod peccatum non habet vnde dominetur homini: quia peccatum est quidam defectus seu priuatio modi: speciei et ordinis: sed tamē homo habet vnde sit seruus peccati scilicet voluntatis consensum. Unde August. super Joan. super dicta auctoritate. Omnis qui facit peccatum &c. O miserabilis seruitus. Seruus hominis aliquando sui domini duris imperijs fatigatus fugiendo requiescit. Seruus autē peccati quo fugit secum trahit quocūq̄ fugerit. Peccatum enim quod facit intus est: voluptas transit: peccatum non transit: preterit quod delectat: remanet quod pugnat. Solus de peccato liberare potest qui venit sine peccato. propterea dixit Jo. viij. Si liberauerit vos filius: vere libert eritis. Licet autem ista libertas a crimine sit vera: est tamen in presenti imfecta: q̄ vt ait apls ad Gal. v. Caro cōcupiscit aduersus spiritū: et spiritus aduersus carnem. hec eñ sibijmutem aduersantur: vt nō quecunq̄ vultis illa faciatis. Ubi tria ostendit scilz Pugnam: causam et sequelam. Primo ostendit pugnā dicens. Caro cōcupiscit aduersus spiritū. i. sm glos. August. Anima carnali concupiscentia spiritui reluctatur: que carnalis cōcupiscentia non est in carne sola: nec in anima sola: sed in vtroq̄: q̄ sine carne et aia nulla delectatio sentitur. f. corporalis. Sicut videre nō est solū oculi nec anime sed cōiūcti. Et est ista pugna sm Ambro. in glo. magna: continua: et periculosa. Magna quia contra spiritum vbi maior deberet esse cōcordia. Cōtinua quia semper est noua cōtra spīm. Et periculosa: q̄ habet multos impulsores: vt diabolum & mundū. Ps. xxxiij. Uie illorum tenebre & lubricum: & angelus domini persequēs eos. Secō ostēdit apls Gal. v. pugne causam dicēs. Hec sibijmutecē aduersantur quia caro vult seruire vitijs: spūs virtutibus. Caro infirma: spiritus promptus. Ratio seu spiritus disponit macerare corpus et subijcere seruituti: et caro vt seruus inutilis et piger cōqueritur. Figura in Sara vxore Tobie: que cum reprehenderet ancillam: conquesta est inferens ei contumeliam: dicens eam interfectricem virorum suorum septē. i. mortificatricē quinq̄ sensuum

Libertas est quadrupler.

Seruitus processit ex ebrietate.

Pcti seruitus despicabilis.

Pugna carnis et spiritus.

suum ac etiam phantasie ꝛ intellectus. Tob. iij. Tertio ostendit apostolus pugne sequelã: subdẽs. Ut nõ quecũq; vultis illa faciatis. glo. i. illa facere permittamini. Iurta illud apostoli. Velle adiacet mihi perficere aũt bonũ nõ inuenio. ad Rom. vij. glos. Ambro. i. velle est in nobis ex libero arbitrio. Et dicit adiacet. id est iuxta carnẽ iacet: q̃ naturale est quodãmodo velle bonũ per rationẽ naturalẽ: sed perficere nõ: q̃ facere bonũ meritoriũ solũ est ex gratia dei. Vel sic scõm alios seu altã expositionem. Velle adiacet mihi. i. liberũ arbitriũ post peccatũ tanq̃ infirmũ iacet iuxta carnẽ impotens per se resurgere ab bonũ operãdũ. Quarta ꝛ vltima libertas est libertas plena atq̃ pfecta. s. libertas glorie que erit in patria. De qua apostolus ad Ro. vtõ. Ipsa creatura liberabitur a seruitute corruptionis in libertatem glorie filiorum dei. Et hoc erit: quia nihil erit ibi inclinans ad malum. Nihil opprimens: quia ibi erit libertas a culpa ꝛ pena. Ad Gall. iiij. Illa que sursum est Hierusalem libera est que est mater nostra. Libertas itaq̃ plena ꝛ perfecta erit quando nulle erũt inimicitie: quando nouissima inimica mors destruetur. Hec Tho. in apostilla super Jo. super illud Joã. viij. Si ergo liberauerit vos filius ꝛc. de hac libertate a miseria ꝛ culpa Albinus in sermone. Quid hac vita beatius: vbi non est paupertatis metus: nec egritudinis imbecillitas? Nemo ibi leditur: nemo irascitur. Inuidet nemo. Cupiditas nulla exardescit: nullum cibi desiderium: nulla laboris aut potestatis pulsat ambitio: nullus ibi diaboli metus. Inuidie nulle: terror gehẽne procul. Mors neq̃ corporis neq̃ anime: sed immortalitatis munere vita tocũda: nulla erit tũc discordia: sz cũcta cõsona: tocũda sunt oia: iugis splẽdor.

Libertas plena.

Liberuz arbitriuz põt inclinari vel immutari. Primo.

§. IX. Notandũ etiam q̃ liberũ

arbitrium etsi cogi nõ possit vt dictum est: potest tamẽ inclinari: immutari: determinari ad aliquid volendũ vel agendum. Primo quidem potest liberum arbitrium inclinari vel induci ad aliquid volendũ vel agendum per aliquas dispositiones vel habitus: ex quibus promptior efficitur ad eligendum alteram partem. Tho. in scrip. super. ij. sen. Ad quod facit quod dicit Aug. super Ps̃. Cũ per timorez gehẽne continet se homo a peccato: fit paulatim consuetudo iustitie: ꝛ incipit q̃ durũ erat amari: ꝛ incipit excludi timor a charitate: ꝛ succedit timor ille sanctꝰ qui permanet: quo timemus ne tardet: ne discedat: ne eo careamus. xxiij. q. vj. c. fiſ cum per timorẽ. Secũdo voluntas potest immutari. Et hoc vel a seipsa vel ab obiecto: vel a deo. Immutatur primo voluntas a seipsa cũ modo vult vnũ modo aliud. Unde Aug. Nihil tam est in nostra potestate sicut voluntas ipsa. Voluntas nostra nec voluntas esset nisi in nostra potestate esset. Porro q̃ in nostra potestate est: libera est. Immutatur secundo voluntas ab obiecto scõm diuersitatẽ obiectorum: que sibi representantur per cognitiuam. Et talis mutatio fit in ea occasionaliter ab aliqua creatura representante obiectum. Tertio immutatur voluntas a deo. Nam deus immutat voluntatem dupliciter. Uno modo mouendo solum voluntatem: non imprimendo inquantum scilicet voluntatẽ mouet ad aliquid volẽdũ absq̃ hoc q̃ imprimat aliquã formã voluntati: sicut sine appositione habitus. Quandoq̃ deus facit vt volũtas modo velit aliquid q̃ prius non volebat. Juxta illud Proner. xxj. Cor regis in manu dei est: ꝛ quocunq; voluerit vertet illud. Alio modo immutat voluntatẽ. imprimendo aliquã formã in ipsam voluntatẽ. Sicut enim ex ipsa natura quã deus dedit voluntati: inclinatur voluntas naturaliter ad aliquid volendum: ita ex aliquo superaddito. s. aliqua forma quam imprimit. Et aliquando quidẽ imprimit formã imperfecte vt cũ dat gratiã de nouo viatoribus: ꝛ sic inclinatur voluntas ad aliquid volẽdũ: nõ tamen necessitate semper. Aliquando imprimit perfecte. s. cõferendo gloriã sicut in beatis in quibus voluntas inclinatur semper ꝛ sufficienter per charitatem perfectam in bonũ: non solũ quantũ ad vltimũ finem: sed etiã quantum ad ea que sunt ad finem. Hec beatus Tho. in questionibus de veritate. Cum autẽ deus immutat voluntatẽ: non cogit eam: sed facit vt precedenti inclinationi succedat alia inclinatio. Et ita q̃ prima auferatur ꝛ secũda inducatur ꝛ maneat. Unde illud ad quod inducit volũtatẽ non est contrariũ inclinationi tam existenti: sed inclinationi q̃ prius inerat: vnde nõ est violentia nec coactio. Verbi gratia. Lapidi ratione sue grauitatis ineſt inclinatio ad locũ deorsum. Hac aũt inclinatione manẽte si proiciatur sursum erit motus violentus. Si autẽ deus auferat lapidi inclinationẽ grauitatis ꝛ det inclinationẽ leuitatis: tunc ferri sursum non erit ei violentũ: ꝛ ita immutatio motus potest esse sine violentia. Et per

Secdo.

Iolũtas mutatur per deuz nõ tamẽ cogitur.

hunc modũ intelligendũ est q̃ deus immutet voluntatem sine hoc q̃ cogat eam. Cuius ratio est: q̃ potest deus immutare voluntatẽ ex hoc q̃ ipse in volũtate operatur sicut in natura. etiam hec beatus Tho. in questionibus de veritate. q. xxij. Tertio volũtas potest determinari ab obiecto ad volẽdum aliquid determinate. Cuius ratio est: q̃ est dare aliquod obiectũ in quo nulla ratio malitie inuenitur: ꝛ voluntas necessario determinatur ad id volendũ. Vel si est aliquod in quo nulla sit ratio vel apparentia boni: tunc volũtas necessario determinatur ad illud respuẽdũ. Sicut patet in hoc q̃ nullus potest non velle esse felix: ꝛ nullus potest velle esse miser. Et in hoc etiã nõ cogitur sicut nec cũ immutatur a deo vt dictũ est. Utrũ aũt volendo hmõi q̃ de necessitate vult sz esse beatũ mereatur. Dicendũ q̃ aliquo modo sic: et aliquo modo nõ. Cũ enim inditus sit appetitus vltimi finis sui in cõmuni: vt sz naturaliter apperat se esse cõpletus in bonitate: sz se esse beatum. Unde Boe. prosa. ij. tertij de phlo. consol. ait. Insita est mentibus hominũ naturaliter veri summiq̃ boni cupiditas. Sicut ꝛ grauibus naturaliter est inditus appetitus seu inclinatio ad ferri deorsum ꝛ animalibus cõseruatio vite. Ideo appetendo beatitudinem ita in cõmuni homo non meretur: q̃ hoc est et naturale: ꝛ naturalibus homo non meretur. Sed q̃ in quo ista cõpletio felicitatis seu beatitudo cõsistat: vtrũ in virtutibus vel scientijs: vel delectationibus: vel visiõe dei ꝛ huiusmodi alias nõ est ei determinatũ a natura. Ideo quando ex ꝓpria ratione adiutus diuina gratia apprehendit aliquod speciale bonum vt suam beatitudinem in quo vere sua beatitudo consistit: tunc meretur: non ex hoc precipue q̃ appetit naturaliter beatitudinem: sed ex eo q̃ appetit hoc speciale quod non naturaliter appetit: scilicet visionem dei in qua scõm rei veritatem sua beatitudo consistit. Et ſm hoc sancti merẽtur appetendo deum vel vitã eternã. Hec beatus Tho. in questionibus de veritate. Rayneri?.

Questio pulchra ꝛ curiosa.

§. X. Liberũ arbitrium se extendit

ad omnes actus humanos: scilicet qui procedunt a voluntate deliberata ratione. Ut enim proprie dicuntur actus humani. Hoc probatur auctoritate Damas. lib. ij. dicentis. Homo libero arbitrio appetit: libero arbitrio vult: libero arbitrio inquirit vel scrutatur: libero arbitrio iudicat: libero arbitrio disponit: libero arbitrio eligit: libero arbitrio impetũ facit: ꝛ libero arbitrio agit vel operatur in his que ſm naturã sunt. Declaratur aũt hoc per distinctionẽ talẽ. Actus aliqui attribuũtur alicui potẽtie dupliciter. Uel q̃ elicit ipsum: vel q̃ imperat ipsum. Ille actus proprie a potẽtia est elicitus qui immediate ab ipsa potẽtia procedit: sicut a visu videre: ꝛ ab intellectu intelligere. Unde visus immediate elicit videre tanq̃ proprium actũ eius: ꝛ intellectus intelligere. Et hoc modo non omnes actus humani sunt actus liberi arbitrij. Sed proprius ꝛ principalis actus liberi arbitrij est eligere. Alio modo actus attribuitur potentie: quia imperat potentia ipsum. Et hoc modo actus omniũ viriũ obedientiũ rationi possunt voluntati attribui: que est motor omniũ viriũ per imperium. Et ita etiã actus diuersarũ viriũ libero arbitrio attribuũtur. Unde per imperiũ voluntatis ꝛ liberi arbitrij mouẽtur etiã potentie in actus suos. Propter q̃ virtus appetitiua dicitur mouẽs: q̃ imperat motum. Et virtus motiua que est affixa nerius et musculis: q̃ exequitur motũ. Et per hunc modũ omnes actus hũani sunt a libero arbitrio: q̃ imperati ab eo. Unde illi actus humani qui sunt viriũ rationalium per essentiam: illi sunt eliciti a libero arbitrio. Illi vero qui sunt viriũ rationalium per participationem: sicut sunt actus irascibilis ꝛ concupiscibilis: sunt imperati a libero arbitrio. Uirtutes autem nutritiue partis nullo modo participãt rationem: vt dicit Philosophus. j. Ethic. Unde earuz actus nõ proprie dicuntur humani: ꝛ ideo nõ subduntur libero arbitrio. Ad horũ ampliorẽ euidentiã notanda sunt tria. Primũ est q̃ cũ liberũ arbitrium sit facultas rationis ꝛ voluntatis: tres actus attribuuntur libero arbitrio ex parte ratiõis: ꝛ tres ex parte voluntatis. Et ex parte rationis attribuuntur libero arbitrio: consilium: iudicium ꝛ arbitrium. Qui quidẽ actus rationis procedunt ab imperfecto ad perfectum. Nam primo est motus inquisitionis de faciendo ꝛ non faciendo: ꝛ istud est consilium. Secundo est iudicium de faciendo. Tertio est propositum faciendi: quod dicitur dispositio: vel potest dici arbitrium. Ex parte autem voluntatis sunt tres actus: scilicet electio: progressus et vsus. Primo igitur est electio: et ille est actus simpliciter interior ꝛ primus. Et hoc est duobus precedentibus alterum alteri preoptare. Secundo est progressus ad motum exteriorem: et ta-

Ad que se extẽdit liberũ arbitrium.

quõ oẽs actꝰ hũani sint a lib. arbi.

Notule tres de libe. arbitrio.

lis dicitur impetus. Tertio est motus exterior: ⁊ talis dicit vsus. Scđo nota q liberū arbitriū principaliter est respectu actuū interiorum: secūdario aūt exteriorū prout ab actibus interioribus procedunt: q hoc modo impediri nō pñt. Sed inquantū actus exteriores sunt a virtute motiua corporali sic impediri possunt. Et hoc modo nō est libertas respectu illoū actuū. Tertio notandū q q electio est propius actus liberi arbitrij: ⁊ electio non est finis: sed eorū que sunt ad finē. Ideo finis vltimus nō cadit sub libero arbitrio. Tamen q id qđ est finis respectu quorūdā: potest esse ordinatū etiā ad finem vlteriorē: scilicet vltimū finem. Nulla autē operatio humana est vltimus finis nisi per accidēs inquantū cōiungitur vltimo fini. Et ideo omniū operationū humanarū potest esse electio nō inquantū sunt fines: sed inquantū ordinant ad finē. Verbi gratia. Quāuis vincere sit finis potentie militaris: ordinatur tamen ad vlteriorem finē: ⁊ ideo sub electione cadere pōt: ⁊ sic sub libero arbitrio. Et si arguatur in cōtrarium: q operatio mala est preter voluntatē ſm Dionysium ⁊ Augustinū. Peccare nemo appetit propter hoc ipsum: sed propter aliud qđ ex eo consequitur. xv. qō. j. merito. Cum autē talis sit operatio humana: ergo non omnis operatio humana cadit sub libero arbitrio seu voluntate. Respondeo q operatio mala potius debet dici defectus q̄ actus: ⁊ potius hoc pertinet ad impotētiā q̄ potentiā. Vel aliter. Malū in eo q malū est preter voluntatē est. Sed operatio mala inquantū apparet bona: ꝓpter illud qđ inde consequitur quis: scz delectationē vel vtilitatē: sic cadere pōt sub voluntate ⁊ libero arbitrio. Verbi gratia. Apprehendit quis fornicationē: non vt malū: sed vt bonum delectabile tempore passionis: ⁊ sic vult eam Tho. super. ij. sen. Bayp nertus.

Nemo peccare appetit propter hoc ipz: ls ꝓpter aliđ qđ ex eo cō sequit.

De voluntario ⁊ inuoluntario. Capitulum. iij.

De actu volūtatis videnda

sunt tria. Primo de voluntario ⁊ inuolūtario in cōmuni. Secūdo de actibus voluntarijs quasi ab ipsa volūtate elicitis: vt immediate ipsi⁹ volūtatis existentibus. Tertio de actibus volūtarijs quasi a volūtate imperatis: que sunt ipsius volūtatis mediātibus alijs potētijs. c. seq.

§. I. Quātum ad primum scilicet

de volūtario ⁊ inuolūtario. Sciendū q actuū humanorū aliqui sunt omnino volūtarij: alij inuoluntarij: tertij mixti ex volūtario ⁊ inuolūtario. Volūtarij omnino dicūtur actus illi humani qui sponte fiunt absq violentia ⁊ ignoria ⁊ metu. Pro horum maiori declaratione sciendū ſm Tho. j. ij. q. vj. q que agunt seu se mouent in finem cū aliquali cognitione finis: horum motus ⁊ actus dicuntur volūtarij. Unde voluntarium dicitur esse scđm diffinitionem Aristo. Damas. ⁊ Grego. Nicen. nō solū cuius principiū est intra: sed cum additione scientie. Unde cum homo maxime cognoscat finē sui operis: ⁊ moueat seipsum in eius actibus maxime voluntariū inuenitur. Sciendū est enim q quorūdā actuū seu motuum principiū est in agente seu in eo qđ mouetur. Quorundā vero actuū vel motuū principiū est extra. Cum enim lapis mouetur sursum: puta cum proijcitur: huius motionis principiū est extra lapidē. Sed cū mouetur deorsum vt cū cadit principiū huius motionis est in ipso lapide. Eorū autē que a principio intrinseco mouentur quedā mouēt seipsa: quedā non. Cum enim omne agēs seu motū agat seu moueatur propter finē illa perfecte mouentur a principio intrinseco: in quibus est aliqđ intrinsecū principiū: nō solū vt moueātur in se: sz vt moueantur in finem. Ad hoc aūt q fiat aliquid propter finem: requiritur cognitio finis aliqualis. Quicūq igitur sic agit vel mouet a principio intrinseco: quod habet aliquā notitiā finis: habet in seipso principiū sui actus: non solū vt agat: sed vt agat propter finē. Qđ autē nullā notitiā finis habet: etsi in eo sit principiū actionis vel motus: nō tamē eius quod est agere vel moueri propter finē est principium in ipso: sed in alio a quo imprimitur ei principium sui actus vel motionis in finē. Unde huiusmodi non dicuntur mouere seipsa: sed moueri ab alijs. Que vero notitiā habēt finis dicuntur mouere seipsa: q ineſt principium: non solū vt agant: sed vt agant propter finē. Utrūq aūt horū scilicet ⁊ q se moueat: et finem sui motus vel actionis cognoscat: reperitur in actibus humanis: ⁊ ideo in eis proprie ⁊ perfecte volūtariū inuenitur. Voluntarium etiā reperitur aliquo modo in brutis ⁊ pueris: lz imperfecte. Unde ⁊ Philosoph⁹ dicit in. iij. Ethic. ⁊ Damas. ⁊ Grego. Nicenus, q bruta ⁊ pueri volūtario cōmunicant. Pro cuius declaratione sciendū ſm beatū Tho. j. ij. q. vj. q cū ad rationem voluntarij requiratur q principiū actus sit intra agentem: cum aliqua cognitione finis: sicut cognitio finis actionis in brutis ⁊ pueris est imperfecta: ideo etiam voluntarium in eis est secundum imperfectam rationē. Dicitur autem cognitio imperfecta finis: que in sola finis apprehensione consistit: hoc q cognoscatur ratio finis ⁊ proportio actus ad finem: ⁊ talis cognitio inuenitur in brutis per sensum ⁊ estimationem naturalem. Unde animal brutum apprehendens finem non deliberat: sed subito mouetur in ipsum. Perfecta autem cognitio finis est non solū quādo apprehenditur res que est finis: sed etiam cum cognoscitur ratio finis ⁊ proportio eius quod ordinatur ad ipsum finem. et talis cognitio perfecta competit soli rationali nature. Et sic etiā voluntarium ſm perfectam rationē: prout scilicet apprehenso fine aliquis potest deliberās de finē: ⁊ de his que sunt ad finē mouēri vel non moueri in ipsum. Et nota q licet voluntarium denominatiue dicatur a voluntate que nominat rationabilem appetitum vnde in brutis nō reperitur: tamen voluntarij pōt trahi ad ea in quibus est aliqua participatio voluntatis ſm aliquā cōuenientiā ad voluntatē. ⁊ hoc modo attribuitur etiam brutis inquantū scilicet per cognitionem aliquam mouentur in finem. Item nota q q̄uis deus moueat hominem ad agendū non solum sicut proponēs appetibile sensibili: vel sicut immutans corpus: sed etiam sicut mouēs ipsam voluntatē. Unde ipse ait Jo. xv. Sine me nihil potestis facere. nō tamen hoc est contra rationem actus voluntarij. Cū enim omnis motus tam volūtatis q̄ nature sit a deo sicut a primo mouente: sicut non est contra rationem nature q motus nature sit a deo sicut a primo mouēte: inquantū natura est quoddā instrumentū dei mouentis: ita nō est cōtra rationē actus volūtarij: q sit a deo inquantū volūtas mouetur a deo. Est tamē de ratione naturalis ⁊ volūtarij motus: q sit a principio intrinseco. Item licet de ratione volūtarij sit q principiū eius sit intra: nō tamen est cōtra rationē voluntarij: q primum principiū sit extrinsecū. Sicut in genere alterabilium primū alterans est corpus celeste: qđ tamen nō est primum mouēs simpliciter: sed mouetur motu locali a superiori mouente. Sic principiū intrinsecū voluntarij actus quod est vis cognoscitiua vel appetitiua: est primum principium in genere appetitiui motus: q̄uis moueatur ab aliquo alio exteriori ſm alias species mot⁹.

Qui sunt actus voluntarij.

§. II. Voluntarium dicitur ali-

quid dupliciter scz directe ⁊ indirecte. Pro cuius declaratione dicit beatus Tho. vbi. s. q voluntarium dicitur qđ est a volūtate. Ab aliquo aūt dicitur aliquid dupliciter. Uno modo directe: q scilicet procedit ab aliquo inquantū est agens sicut calefactio a calore. Alio modo indirecte ex hoc ipso q nō agit: sicut submersio nauis dicitur esse a gubernatore inquantū desistit a gubernādo. Sed sciendū est q nō semper illud quod consequitur defectum actionis reducitur in agens sicut in causam ex eo q non agit: sed solū tunc cū potest ⁊ debet agere. Si enim gubernator nō posset nauem dirigere vel non esset ei commissa gubernatio nauis: non imputaretur ei nauis submersio que per absentiam gubernantis contingeret. Quia igitur voluntas volendo ⁊ agēdo potest impedire hoc quod est non velle ⁊ nō agere: ⁊ aliquando debet hoc quod est non velle ⁊ non agere imputari ei quasi ab ipso existens: cum scilicet debet impedire ⁊ non facit: ⁊ sic voluntarium potest esse absq actu. Et quandoq quidē absq actu exteriori cum actu interiori sicut cum vult non agere. Aliquādo etiam absq actu interiori sicut cum non vult. Probatur ⁊ hoc ratione tali. Id cuius domini sumus dicitur voluntarium: sed nos domini sumus eius quod est agere ⁊ non agere: velle ⁊ non velle: ergo sicut agere ⁊ velle est voluntarium: ita ⁊ non agere ⁊ non velle. Ad quod facit quod ait Ambro. xv. q. j. non est.

Voluntarium quō est in pueris ⁊ brutis,

Voluntarijs dupl.

§. III. Inuolūtariū dicitur quod

quis nullo modo vult. Et quia quod fit per violentiam seu coactionem absolutam: homo nullo modo vult. ideo dicit philosophus ⁊ Damas. quod est aliquid inuoluntarium per violentiaz. Item quia etiam quod fit per ignorantiā facti premissa debita diligentia homo non vult. Ideo dicit etiam philosophus: est aliquid inuoluntariū per ignorantiā. Lex etiam dicit q errantis nulla est voluntas. Sed pro maiori horū declaratione dicit beatus Thom. vbi supra quod duplex est actus voluntatis. Unus quidem qui est eius immediate velut ab ipsa elicitus scilicet velle. Alius autem est actus voluntatis ab ea imperatus: ⁊ mediante alia potentia exercitus: vt ambulare et loqui: quia actus a voluntate

Duplex est actus voluntatis.

voluntate imperãtur mediãte potẽtia motiua. Quantũ igit ad actus a volũtate imperatos volũtas violentiam pati potest inquantum per violentiam exteriora mẽbra impediri possũt: ne exequantur imperium voluntatis Sed quantum ad propriũ actum voluntatis non potest ei violentia inferri. Et huius ratio est: qr actus volũtatis nihil est aliud qz inclinatio quedã procedens ab interiori principio cognoscente: sicut appetitus naturalis est quedã inclinatio ab interiori principio absq; cognitione. Quod autem est coactũ vel violentũ est ab exteriori principio. Vnde cõtra rationẽ ipsius actus volũtatis est: q; sit coactus vel violentus: sicut est etiã contra rationẽ naturalis inclinationis vel motus. Potest enim lapis per violentiã sursum ferri: sed qz iste motus violentus sit ex naturali inclinatione eius esse nõ potest. Similiter potest etiã homo per violentiam trahi: sed q; hoc sit ex voluntate eius: repugnat rationi violentie. Et nota ſm. b. Tho. vbi. s. q; sicut naturale dicitur quod est ſm inclinationem nature siue inclinatio sit in natura: sicut a principio actiuo: sicut ad agendum naturale est igni calefacere: siue inclinatio sit in natura: sicut a principio passiuo ad recipiendum: sicut motus celi dicitur naturalis: quia habet naturalẽ aptitudinem ad talẽ motum: licet mouens sit voluntarium. Ita volũtariũ dicitur quod est ſm inclinationẽ volũtatis. r hoc potest esse dupliciter. Vno modo ſm actionẽ: puta cũ aliquis vult agere. Alio modo ſcõm passionem: vt cum aliquis vult pati ab alio. Vnde cum actio infertur ab aliquo exteriori manente in eo qui patitur voluntate patiendi: non est simpliciter violentum: qr licet ille qui patitur non conferat agendo: confert tamen volenti pati: vnde non põt dici inuoluntariũ. Item ſm beatũ Tho. licet id in qõ tẽdit volũtas peccando sit contra naturã id est cõtra naturã rationẽ r malum ſm rei veritatẽ: tamen apprehenditur illud vt bonũ r conueniens nature: inquantũ est conueniens homini ſm aliquã passionem sensus vel habitũ corruptũ. Et ideo nõ sequitur q; si motus violẽtus sit cõtra naturã motus volũtatis in peccãdo sit violẽtus: quia voluntas tẽdit in actum peccati: vt in rem ſm naturã.

Duplex inclinatio volũtatis.

§. IIII. Mixtum ex voluntario r inuolũtario dicitur quod fit ex metu seu coactione cõditionata.

De his q̃ fiunt per metum.

Et quod fit ex ignorantia crassa. Et quantũ ad primũ dicit philosophus in. iij. Ethi. r Grego. Nice. q; que per metum agũtur mixta sunt ex volũtario r inuoluntario. Pro huius declaratione dicit be. Tho. ſ. ij. q. vj. ar. vj. q; id quod per metum agitur in se cõsideratum nõ est voluntarium: sed fit voluntarium in casu scilicet ad vitandũ malũ quod timetur. Sed si quis recte cõsideret magis sunt ista voluntaria qz inuoluntaria. Sunt enim voluntaria simpliciter. Inuoluntaria ſm quid. Vnumquodq; enim dicitur esse simpliciter ſm q; est in actu: scõm autẽ q; est solũ in apprehẽsione non est simpliciter: sed ſm quid. Hoc autẽ qõd per metum agitur: ſm hoc est in actu scõm q; fit. Cũ enim actus in singularibus sint: singulare aũt inquantũ huiusmodi est hic r nunc: sed hoc id quod fit est actu ſm q; est hic r nunc r sub alijs conditionibus individualibus. Sic autem hoc quod fit per metũ est voluntarium: inquantũ scilicet est hic r nunc prout scilicet in hoc casu est impeditiuum maioris mali qõd timebatur. Sicut proiectio merciũ in mare fit voluntariũ tempore tẽpestatis propter timorem periculi. vnde manifestum est q; est simpliciter voluntariũ. nam competit ei ratio voluntarij: quia principiũ eius est intra. Sed q; accipiatur hoc quod per metum fit vt extra istum casum existẽs prout repugnat voluntati: hoc non est nisi ſm considerationem tãtum. Et idem est inuoluntarium secundũ quid: id est prout consideratur extra istum casum existens. Et licet quod per metum fit: voluntas non feratur in illud propter seipsum: tamen fertur in illud propter aliud: scilicet ad repellendum quod timetur malum: vnde voluntarius motus est. Sufficit enim ad rationem voluntarij quod fiat propter aliud. Volũtarium enim est non solum quod volumus vt finem: sed etiam quod volumus propter aliud vt propter finem. Sed in eo quod fit per vim scilicet absolutam: voluntas interior nihil agit. Vnde differunt quod agitur per vim r quod agitur per metum: sicut inuoluntarium et voluntarium. Concupiscẽtia autem que est passio non causat inuoluntarium: etiam secũdum quid sicut timor. Ratio est: quia timor est de malo: concupiscentia autem respicit bonum: malum autem secundum se contrariatur voluntati: sed bonum est voluntati consonum. Vnde magis se habet timor ad causandum inuoluntarium quam concupiscentia: imo concupiscentia auget voluntarium.

§. V. Quod fit ex ignorantia dicitur etiam mixtum voluntario r inuoluntario: sed non intelligitur hoc de quacunq; ignorantia.

De his q̃ fiunt ex ignorantia.

Pro cuius declaratione dicit b. Tho. ſ. ij. q. vj. ar. viij. q; ignorãtia tripliciter se habet ad actũ voluntatis. ſ. cõcomitãter: consequẽter antecedẽter. Cõcomitanter quidẽ primo modo quãdo ignorãtia est de eo qõ agitur: tamen etiam si sciretur nihilominus ageretur. Tunc tantũ ignorantia non inducit ad volendũ vt hoc fiat: sed accidit simul esse aliquid factum r ignoratum sicut in hoc exẽplo. Cum aliquis vellet quidem hostem occidere: sed ignorans occidit eum putans occidere ceruum. Et talis ignorantia non facit inuolũtariũ: vt philosophus dicit: qr nõ causat aliquid qõd repugnet voluntati: sed facit non voluntariũ: qr non potest esse actu volitum qõd est ignoratũ. Consequenter aũt se habet ignorãtia ad voluntatem: inquãtum ipsa ignorantia est voluntaria. Et hoc contingit dupliciter secũdũ duos modos voluntarij suprapositos. Vno modo quia actus voluntatis fertur in ignorantiam. sicut cum aliquis vult ignorare: vt excusationem habeat de peccato suo: vel vt non retrahatur a peccando. secundũ illud Job. xxj. Scientiam viarum tuarum nolumus. r hec dicitur ignorantia affectata. Alio modo dicitur ignorantia eius quod quis potest scire r debet. sic enim nõ agere r non velle voluntarium dicitur indirecte. Hec igitur modo dicitur ignorantia. Siue cum aliquis actu non considerat quod considerare potest et debet: que est ignorantia male electionis ex passione vel habitu prouenies. Siue cum quis notitiam quã debet non curat acquirere. Et secundum hunc modum ignorãtia vniuersalium iuris: que quis scire tenetur: voluntaria dicitur quasi per negligentiam veniens. Cum autem ignorantia sit voluntaria aliquo istorum modorum nõ causat simpliciter inuoluntarium: sed causat tamen secundum quid inuoluntarium: inquantum precedit motum voluntatis ad aliquid agendum qui non esset scientia presente. Antecedenter se habet ignorãtia ad voluntatem quando non est voluntaria: r tamẽ est causa volendi quod alias hoc non vellet: vt cum homo ignorat aliquam circunstantiam actus: quam nõ tenebatur scire: r ex hoc aliquid facit quod non faceret si sciret: puta cum aliquid diligentia adhibita nesciret aliquem transire per viam: poiecit sagittam que interficit transeũtem: r talis ignorantia que dicitur facti causat inuoluntarium simpliciter.

Ignorãtia triplicit se habet ad actum.

§. VI. De predictis scilicet volũtario r inuoluntario et mixto ex vtroq; multa habentur in iure: vnde e pluribus aliqua ponẽtur.

Vbi sciendum q; regulare est: q; ea que vi metusve causa fiunt carent roboris firmitate. extra de his que vi me. ve cau. fiunt. c. ad audientiam. Et talia sunt inuoluntaria simpliciter vel ſm quid. Pro cuius declaratione nota ſm Raynerum. q; vis est maioris rei impetus: qui repelli nõ potest. ff. quod me. cau. l. j. Metus vero est instantis vel futuri periculi causa mentis trepidatio. Et idez beatus Tho. in. iij. Vis autem seu coactio est dupler ſm Thoñ. in. iij. r ſm glos. super. c. de iudeis. dist. xlv. scilicet absoluta r conditionata. Et de absoluta coactione intelligitur. diffinitio supradicta de vi data. Et hec quidem quia est inuoluntaria simpliciter: in materijs peccatorũ excusat a toto: sicut si qua mulier violẽter cognoscatur: vel si violenter manus alicuius accipiatur ad ponendũ thura super ignẽ coram idolis: r huiusmodi. In nullo peccatur voluntate omnino renitente. vt habetur. xxxij. q. v. ita ne. r. c. seq. Talis etiam coactio absoluta tollit veritatem r effectum sacramentorum. vt dicitur in glo. super. c. de iudeis. dist. xlv. Si eñ quis teneatur violenter r ipso reclamante baptizetur: nil recipit nec characterem nec gratiam: et sic de ordinibus sacris. Coactio conditionata: quia hec non est omnino inuoluntaria: sed est voluntarium mixtum. In se enim illud non vellet ad quod cogitur: qz vult penas euitare: quibus cogitur: et ideo assentit: vnde non excusat a toto: sed a tanto in malis. Vnde dicitur extra eo. titu. sacris. quod licet metus culpam attenuet: non tamen prorsus excludit: quia pro nullo metu quis debet committere mortale peccatum. Et sub hac coactione conditionata comprehenditur metus: siue coactio per metum scõm beatum Tho. in. iij. r Pet. que est dupler. Una scilicet leuis r insufficiens: que non cadit in constantẽ virum: vt si quis non timeret non perdere gratiam seu amicitiaz alicuius si non facit quod vult. Dicitur etiam met9 leuis in vno qui non dicetur in alio: quia nõ est verisimile hominem clare dignitatis in vrbe timuisse: vel regẽ paruũ militẽ suũ. vt. xxxj. q. ij.

qd vis et metus.

Jtẽ quo tuplex.

Met9 rõne nõ dz cõmitti peccatuz mortale.

c. Lotharius. ꝛ. ff. quod me. cau. l. nō est verisimile. Alia coactio est grauior per metū qui. s. cadit in constantem virum: vt metus mortis vel cruciatus: ꝛ talis metus excludit matrimonium quo ad deū ꝛ quo ad ecclesiā ꝑm Tho. ꝛ Pe. ꝛ Alber. in. iiij. ꝛ Ray. ꝛ Hostien. in sum. Et similiter timor stupri vel seruitutis excludit matrimoniū secūdū prefatos doctores. Nec differt vtrum predicta quatuor fiant in persona propria aut liberorū aut vxoris. Unde versus. Excusare metus hos posse puta quia vis fit: Stupri siue status verberis atq; necis. Et hoc nisi postea consentiret. Talis etiam metus qui potest cadere in constantē virū rescindere facit contractus. Dicit tamen Alber. in. iiij. q. cōpulsus per metum cadentem in constantē virum: cum promisit aliquid alteri vbi est iudicium per quod potest inueniri defensio a iudice: debet soluere promissum scilicet quod de se non est malū: vt dare centū florenos ꝛ huiusmodi. Competit enim actio ex lege et ex canone: ꝛ iudex debet restituere facere in integrū. Sed si defect⁹ sit iudicis: tunc non debet soluere vt puto. Et hoc si iuramentuz non interuenit: nam tunc soluendum est. Uel faciat per superiorem relaxare. Si autem iam violauit iuramentū non soluendo veniens ad penitentiā non est cogendus ad dandū promissum: sed penitentia iniungenda de peccato. Ista enim coactio conditionata etsi non impediat veritatē sacramentoꝝ in suscipiente: impedit tamen effectū secundariū scilicet gratiā. Qui enim suscipit baptismū vel ordinem timore ne amittat vitam vel substantiam: alias non susceptur⁹: non recipit gratiā sed characterem vt q̄z recipit. vt dicitur in glo. in. d. c. de iudeis. distinc. xlv. Idem Ray. ꝛ Tho. Et ꝯuis nullus sit cogendus ad fidem vel sacramenta etiam coactione conditionali: vnde dicitur. De Judeis autem precepit sancta synodus nemini deinceps ad credendum inferretur cui enim vult deus misereatur: ꝛ quem vult indurat. Non enim tales inuiti saluandi sunt: sed volentes vt integra sit forma tūstitie dist. eadem. Tamen si qui coacti sunt per talem coactionem conditionatam: cogendi sunt ad seruandum fidem ꝛ regulas christianorum: quam necessitate susceperunt: vt dicitur in. d. c. de iudeis. Non autem cogendi sunt qui absoluta coactione sunt coacti: quia nil acceperunt. Que etiam fiūt ex ignorantia non inuincibili: sed procedente ex negligentia que dicitur crassa ignorantia: sunt inuoluntaria mixta. Et de his. xv. q. j. c. j. ℣ sed hoc. ꝛ. c. seq. Item non solum que fiunt coactione absoluta sunt inuoluntaria simpliciter: sed etiam que fiunt mente omnino alienata: ꝛ ideo non imputantur ad culpam vel penam. vnde Auguſt. aliquos scimus subito dementes factos ferro: fuste: morsibus: lapidibus multis nocuisse quosdā etiam occidisse: captos autez industria ꝛ iudicijs oblatos minime reos factos: eo q̄ non voluntate sed impellente vi nescio qua: hec gesserunt nescientes, xv. q. j. aliquos. Nec obstat. c. si quis insaniens. q. ea. vbi penitentia dicitur imponenda ei qui in insania fecit homicidiū: reuerso ad priuū sensum. Hoc enim fit vt dicit ibi glo. ad cautelam: quia scilicet forte non totaliter erat mente alienatus. arg. xxxiij. q. ij. in lectum. Et ne deseratur ecclesiastica disciplina. vt xxiij. q. v. excommunicatoū. Joan. Quod autē Gratianus dicit in seq ℣ q̄ ideo penitentia iniungitur tali: quādo ex culpa sua incurrit insaniam: ꝛ sic videtur ei imputari aliquo modo. tūc dicit glo. Jo. q̄ illa opinio Gratiani non est approbanda: quia talis satis ipso iure punitur. iij. q. ix. c. indicas. De voluntario si mpliciter intelligitur illud Ambro. Illa cauēda sunt flagitia: que ex nostra prodeunt volūtate: delicta iuuentutis: ꝛ irrationabiles corporis passiones. Quorum igitur nos sumus domini eorum principia extrinsecus non requiramus: nec deriuemus in alios: sed agnoscamus ea que propria nostra sunt: qđ enim possumus non facere si volumus: huius electionem mali potius nobis debemus adscribere q̄z alijs. xv. q. j. illa.

Mets c dēsin cō stantem virum.

Judei non sunt cōpellēdi ad fidem.

Flagitia que vitāda.

¶ De actibus voluntatis ab ipsa immediate elicitis. Et de ipso velle qui est primus actus. Capitulum. iiij.

Deinde videndū est de actibus voluntatis ab ipsa immediate elicitis. Mouetur autem voluntas in finem ꝛ in ea que sunt ad finem. Primo igitur agendum de actibus voluntatis ab ea elicitis: quibus mouetur in finem: et hi sunt tres: scilicet velle: frui: ꝛ intendere. Deinde de actibus volūtatis quibus mouetur in ea que sunt ad finem. Et hi sunt tres scilicet eligere quod tamē precedit consulere: secundus est consentire: tertius vti. Et quantū ad primos actus sciēdum q̄ cū actus voluntatis primo sit respectu finis. Uoluntas ipsa respicit finem tripliciter. Uno modo absolute: ꝛ sic dicitur actus eius voluntas seu volitio: prout sc̄z absolute volumus vel sanitatē: vel si quid aliud est huiusmodi. Alio modo volūtas respicit finem: ꝑm eam considerationem qua in ipso quiescitur: ꝛ talis actus voluntatis dicitur fruitio. Tertio modo consideratur finis prout voluntas respicit ipsum: ꝑm q̄ est terminus alicuius quod in ipsum ordinatur. Et actus voluntatis ꝑm hanc considerationē seu respectū dicit intentio. Non enim ex hoc solum dicimur intendere sanitatem q̄ volumus eam: sed q̄ volumus per aliquid aliud ad eam peruenire: vt per medicinā ꝛ hmōi. Hec beat⁹ Tho. j. ij. q. xij. arti. j. Et quātū ad primū actū volūtatis qui est velle: inspiciēda sunt tria.

Uolūtas respicit finem tripliciter.

¶ Primum de quo sit voluntas.

¶ Secundum a quo moueatur voluntas.

¶ Tertium quomodo moueatur voluntas.

℣. I. Quantum ad primum volūtas scil velle est tantū de bono.

Unde Diony. dicit. iiij. c. de diuino. q̄ malū est preter volūtatē: eo q̄ omnia appetūt bonū. Sed bonū de quo est volūtas nō est semper verū bonum. Sed aliqñ verū: aliquādo apparēs bonū vt actus peccati. Pro cuius declaratione dicit beatus Tho. j. ij. q. viij. ar. j. q̄ volūtas est appetitus rationalis. Omnis autē appetitus nō est nisi boni. Huius ratio est: q̄ appetitus nō est aliud q̄z inclinatio appetentis in aliquid. Nihil autē inclinatur nisi in aliq̄d simile ꝛ conuenies. Cū igitur omnis res inquantū est ens ꝛ substātia sit quod dā bonū: necesse est vt omnis inclinatio sit in bonuz. Et inde est q̄ ꝑs dicit in. j. Ethic. q̄ bonū est qđ omnia appetūt. Sz cōsiderandū est q̄ cuz omnis inclinatio cōsequatur aliquā formā. Appetitus naturalis consequitur formā in natura existentē. Appetitus aūt sensitiuus vel intellectiuus seu rōnalis qui dicitur voluntas: cōsequitur formā apprehēsam. Sicut ergo id in qđ tendit appetit⁹ naturalis est bonū existens in re: ita id in qđ tendit appetitus animalis seu rationalis est apprehēsum. Ad hoc ergo q̄ volūtas in aliq̄d tendat nō requiritur q̄ illud sit bonū in rei veritate: sed q̄ apprehēdatur in ratiōe boni. propter hoc ꝑs dicit. ij. Phy sic. q̄ finis est bonū vel apparēs bonū. Et licet eadē potētia sit oppositorū: sicut visus est albi ꝛ nigri: nō tamen eodē modo. Sic voluntas est boni ꝛ mali. Sed ad bonū se habet illud appetendo: ꝛ ille actualis appetitus dicitur volūtas seu velle. Ad malū se habet volūtas fugiēdo: ꝛ ipsa fuga mali magis dicit volūtas non malum ipsum. Uolumus eñ non malum: sed fugere malum: ꝛ hoc habet rationem boni. Futura autem etsi non sint in rerum natura: apprehendūtur tamen sub ratione boni vt entia rationis: sicut etiā sunt priuationes ꝛ negationes: vt nō loqui: non operari que dicuntur entia rationis: ꝛ sic in eus tendit voluntas. Unde ꝛ ꝑs dicit in. v. Ethicorū. q̄ carere malo habet rationem boni. Uoluntas prout signat actum ipsius volitiue potentie proprie est finis: non eorū que sunt ad finem. Pro cuius declaratione dicit beatus Tho. j. ij. qō. viij. arti. ij. q̄ voluntas quandoq; dicitur potentia qua volum⁹: qñq; dicitur ipse actus volūtatis. Secundū ergo q̄ volūtas nominat potentiā: sic se extēdit ad fines: ꝛ ad ea que sunt ad finem. Ad ea enim se extendit vnaquęq; potētia: in quibus inueniri potest quoquo modo ratio sui obiecti. Sicut visus se extēdit ad omnia que participāt quoquo modo colorē. Ratio autē boni quod est obiectum potentie volūtatis: inuenitur non solum in fine: sed etiā in his que sunt ad finē. Sed ꝑm q̄ voluntas nominat actum: sic proprie loquēdo est finis tātum. Cuius ratio est: quia omnis actus denominatus a potētia denominat simplicem actum illius potentie: sicut intelligere nominat simplicem actum intellectus. Simplex autem actus potentie tendit in id quod secundū se est obiectum potentie. Id autem quod propter se est bonum ꝛ volitum est finis. Unde volūtas proprie est ipsius finis. Ea vero que sunt ad finez nō sunt bona vel volita propter seipsa: sed in ordine ad finem. Unde volūtas in ea non fertur nisi quatenus fertur in finem: vnde hoc ipsum quod in eis vult est finis. Actus voluntatis potest ferri in finem absq; hoc q̄ feratur in ea que sunt ad finem. Sed in ea que sunt ad finem inquantum huiusmodi ferri non potest nisi feratur in finem; vnde vno actu fertur in vtrūq;. Hoc sic probat beatus Tho. j. ij. q. viij. arti. iij. Cum finis sit ꝑm se volitus. Id autem quod est ad finem non sit volitum nisi propter finem: manifestum est quod voluntas potest ferri in finem: absq; hoc quod feratur in ea que sunt ad finem. Sed in ea que sunt ad finem inquantum huiusmodi voluntas ferri non potest: nisi feratur in finem. Sic igitur voluntas in finem fertur dupliciter. Uno modo absolute

Appetit⁹ est boni.

Uelle p prie dic fiⁿ finis.

Ad finē ꝛ ad ea q sunt ad fi nem eius modo se habet vo luntas.

absolute ꝑm se. Alio mō in ratione volēdi ea que sunt ad finem. Manifestū est ergo q̄ vnus ⁊ idē motus volūtatis est quo fertur in finē: ꝑm q̄ est ratio volendi ea q̄ sunt ad finē: ⁊ in ipsa que sunt ad finē. Sed alius actus est quo fertur in ipsum finē absolute: et quādoq̄ precedit tēpore: sicut cū aliquis primo vult sanitatem: ⁊ postea deliberās quō possit sanari: vult conducere medicū vt sanetur. Exemplū. Quādocūq̄ videt color videtur ⁊ lumen eodem actu: potest tamē videri lumē absq̄ hoc q̄ videat color. Et in executione quidē operis ea que sunt ad finē se habent vt media: finis aūt vt terminus. Sz in volitione est ecōuerso. Nā volūtas per finē tanq̄ per mediū deuenit ad volendū ea que sunt ad finē: sicut intellectus deuenit in cōclusiones per principia q̄ media dicūtur. Uñ sicut intellectus aliq̄s intelligit mediū: ⁊ ex eo nō procedit ad cōclusionē: ⁊ ambulās ad aliquē locū aliq̄s persistit in medio itineris: ⁊ nō peruenit ad terminū. Sic ⁊ volūtas aliq̄s vult finē: ⁊ nō pertingit ad volendum id quod est ad finē.

§. II. Quātum ad secundū circa

actum volūtatis. ſ. a quo sit ipse actus seu motus volūtatis. Ubi sciendū q̄ motus volūtatis est a deo: vt a primo motore omniū. Est a potētia volitiua quantū ad exercitiū actus: ꝑm rationē finis precipue in volēdo finē: q̄ per hoc q̄ vult finē mouet voluntas seipsam in volēdo ea que sunt ad finē. Est ⁊ motus voluntatis ab intellectu ipsius volētis: vt a presentante ei obiectū suum qō est bonū apprehēsum per intellectū. Est q̄nq̄ ab appetitu sensitiuo vt a trahēte ipsum per passionem sub apparentia boni. Et quantū ad primū q̄ actus voluntatis sit a deo: ostēdit apostol⁹ Phil. ij. dicēs. Deus est qui operatur in nobis velle ⁊ perficere. Procuius declaratione dicit beatus Tho. ſ. ij. q. ix. art. vj. q̄ sicut motū naturalem rei causare nō pōt: nisi qō est aliqualiter causa rei: vt q̄ lapis moueatur deorsum. Nam cū mouetur sursum per tactum hominis: qui homo naturā lapidis nō causat: motus ille nō est naturalis: sed violētus. Ita etsi homo habēs volūtatem moueri possit ab aliquo qō nō est causa eius: vt ab alio homine per violentiā: motus tamē volūtatis eius q̄ sit ab aliquo extrinseco: qō nō sit causa eius est impossibile. Volūtatis aūt causa nihil aliud esse potest q̄ de⁹: ⁊ hoc dupliciter. Primo ex hoc q̄ voluntas est potētia anime rationalis: que a solo deo causatur per creationē: vt dictū est. s̄. Secundo ex hoc patet q̄ voluntas habet ad vniuersale bonū ordinē. Omne autē aliq̄d bonū per participationē dicitur: ⁊ est quoddā bonum particulare. Particularis autem causa non dat inclinationem vniuersalem. Unde nec materia prima que est in potentia ad omnes formas: potest causari ab aliquo particulari agente. Nec tamen sequitur q̄ cū homo vult malum: deus moueat voluntatem eius ad illud malū: quia ipse est motor ⁊ vniuersale obiectū voluntatis, quoniā secūdum beatum Tho. vbi supra Deus mouet voluntatē hominis sicut vniuersalis motor ad vniuersale obiectū voluntatis qō est bonū. Et sine hac vniuersali motione homo non potest aliquid velle. Sed homo per rationem determinat se ad volendum hoc vel illud: quod est vere bonū vel apparens bonū. Sed interdū mouet specialiter deus aliquos ad aliquid determinate volendum quod est bonū: sicut in his quos mouet per gratiā. Mouetur etiam voluntas ad actū suū ab intellectu. Unde philosoph⁹ dicit in. iij. de anima. q̄ appetibile intellectū est mouens nō motum. Voluntas autē est mouens motū. Motum scilicet quia mouetur ab intellectu. Mouens q̄ mouet alias potentias: etiam ipsum intellectū quantū ad exercitiū actus id est ad intelligendum. Non tamen mouet intellectus voluntatem ex necessitate. Unde Augu. tractās illud Psalm. cxviij. Cōcupiuit anima mea desiderare iustificationes tuas ⁊c. ait. Preuolat intellectus: sequitur tardus aut nullus effectus. Scimus bonū: nec tamen delectat agere. Cuius ratio est ꝑm beatū Thom. quia sicut imaginatio forme conuenientis vel nociui sine estimatione non mouet appetitū sensituū. Ita nec apprehensio veri sine ratione boni: nec appetibilis mouet voluntatem. Unde intellectum speculatiuus nō mouet: sed practicus: vt dicitur in. iij. de anima. Promaiou horū declaratione dicit beatus Tho. ſ. ij. q. ix. articu. j. Intantum aliquid indiget moueri: inquantum est in potentia ad plura. Oportet enim vt id qō est in potentia reducatur ad actū per aliquid qō est actu: ⁊ hoc est mouere. Dupliciter autem aliqua vis anime inuenitur esse in potentia ad diuersa. Uno modo quantū ad agere ⁊ non agere. Alio modo quantū ad agere hoc vel illud. Sicut visus quandoq̄ videt actu: ⁊ quādoq̄ nō videt ⁊ quandoq̄ videt albū ⁊ quandoq̄ nigrum. Indiget igitur moueri ad diuersa. Sz quia potentia que est ad diuersa: ⁊ quantum ad determinationem actus. Quorum primum est ex parte subiecti quod inuenitur quandoq̄ agens quandoq̄ non agens. Aliud est ex parte obiecti secundum q̄ specificatur act⁹. Motio autem ipsius subiecti est ex agēte aliquo. Et cum omne agens agat propter finem: principium huius motionis est ex fine. Et inde est q̄ ars adquaz pertinet finis mouet artē ad quā pertinet id quod est ad finē suo imperio: sicut gubernatoria ars imperat naufactiue. Bonum autem in communi quod habet rationem finis est obiectuz voluntatis. Et ideo ex hac parte voluntas mouet alias potentias anime ad suos actus: vtimur enī ⁊ alijs potentijs anime cum volumus. Nam fines ⁊ perfectiones omnium aliarum potentiarum comprehenduntur sub obiecto voluntatis: sicut quedam particularia bona. Semper enim ars vel potentia ad quam pertinet finis vniuersalis: mouet ad agēdum artem vel potentiam ad quam pertinet finis particularis sub illo vniuersali comprehensus. Sicut dux exercitus qui intēdit bonum commune secundū ordinem totius exercitus mouet suo imperio aliquem ex tribunis: qui intendit bonū vnius aciei. Obiectum autem mouet determinando actum ad modum principij formalis: a quo in rebus naturalibus actio specificatur: sicut calefactio a calore. Primum autem principium formale est ens et verum vniuersale: quod est obiectum intellectus. Et ideo isto modo motionis intellectus mouet voluntatem: sicut representans ei obiectum suū. Mouetur voluntas etiam ad actum suum a seipsa. Cum enim sit domina sui actus: et ipsius sit velle et non velle: quod non esset si non haberet in potestate sua mouere seipsam ad volēdum: sequitur quod a seipsa mouetur. Unde dicitur Eccles. xv. posuit deus ante illum scilicet hominem: bonum et malum: ad quod cūq̄ voluerit extendat manum suā. Pro huius declaratione dicit beatus Thom. ſ. ij. questio. ix. art. iij. Ad voluntatem pertinet mouere alias potentias ex ratione finis: qui est obiectum voluntatis. Sed hoc modo se habet finis in appetibilibus sicut principium in intelligibilibus. Manifestum est autem quod intellectus per hoc quod cognoscit principium reducit seipsum de potentia in actum: quantum ad cognitionem conclusionum: et hoc modo mouet seipsum. Et similiter voluntas per hoc quod vult finem: mouet seipsam ad volenduz ea que sunt ad finem: non autem eodem modo mouetur ab intellectu et seipsa. Sed ab intellectu mouetur secundū rationem obiecti inquantum ipsum sibi representat. A seipsa mouetur secundū rationē finis inquantū vult ea que sunt ad finē propter finem. Nec ꝑm idem voluntas mouet ⁊ mouetur: sed ꝑm diuersa: q̄ cum vult finem est quidē in actu volūtas quo ad finem: in potentia autē quo ad illa que sunt ordinata ad illū finem. Cum autem vult actu ea que sunt ad finē: reducit se de potentia in actuz respectu illorū: ⁊ sic vt mouēs est inquantū vult finē: vt mota inquantum vult ea que sunt propter finem. Mouetur volūtas ad actum suū quandoq̄ ab appetitu sensitiuo sicut ab alliciēte. Unde Jaco. ſ. dicitur. Unusquisq̄ tentatur a concupiscentia sua abstractus ⁊ intellectus. Non enim abstraheretur quis a concupiscētia: nisi volūtas eius moueretur ab appetitu sensitiuo in quo est concupiscentia. Pro huius declaratione dicit beatus Tho. ſ. ij. q. ix. arti. ij. q̄ id quod apprehenditur sub ratione boni ⁊ conuenientis mouet voluntatē per modum obiecti. Quod autem aliquid videatur bonū ⁊ conueniens ex duobus cōtingit: scz ex conditione eius quod proponitur: ⁊ eius cui proponitur. Conueniens enim ꝑm relationē dicitur: vnde ex vtroq̄ extremo dependet. Et hinc est q̄ gustus diuersimode dispositus non eodē modo accipit aliquid vt conueniens ⁊ vt non conueniens. Unde ⁊ philosophus dicit in. iij. Ethi. Qualis vnusquisq̄ est: talis finis videtur ei. Manifestum est autem q̄ ꝑm passionē appetit⁹ sensitiui immutatur homo ad aliquam dispositionem. Unde secundum q̄ homo est in passione aliqua videtur aliquid ei vt cōueniens: quod non videtur eidem extra passionem existenti: sicut trato videtur quod non videtur quieto. Et per hunc moduz ex parte obiecti appetitus sensitiuus mouet voluntatem. Et qō uis voluntas sit prestantior appetitu sensitiuo simpliciter loquēdo: et agens et mouens sit naturaliter prestantius patiēte ⁊ moto secundum Augu. tamen quo ad illum in quo passio dominatur appetitus sensituus est prestantior voluntate: ⁊ ideo voluntas vt mota ⁊ patiens subiacet appetitui sensitiuo. Et cuius voluntatis actus sit vniuersalis: quia sequitur apprehensionem intellectus qui est vniuersalium: tamen quia actus et electiones hominum sunt circa singularia: inde est quod quia appetit⁹ sensitiuus est virtus particularis: q̄ sequitur apprehensionem sensus

Act⁹ voluntatis est a deo

Voluntatis cā nihil aliud potest esse q̄ deus: ⁊ ꝑ dupliciter.

Voluntas etiā mouetur per intellectum.

Utres sic dupliciter sunt in potentia.

Voluntas etiā mouetur seipsam.

Volūtas mouetur ab appetitu sensitiuo.

qui est particulariū rerum: habet magnā virtutē ad hoc q̄ sic disponantur: vt ei aliquid videatur sic vel aliter circa singularia.

Volūtas mouetur a rebus sensibilibus.

Mouetur etiā quādoq̄ voluntas a rebus sensibilibus sibi propositis exterius. Nam voluntas mouetur ab obiecto: sed obiectum voluntatis potest esse aliqua res exterior sensui proposita: sicut Bersabee visa a Dauid mouit voluntatem eius ad concupiscendum. Unde ꝛ Jo. dicit. j. epistola. c. j. Nolite diligere mundum neq̄ ea que in mundo sunt: scz sensibilia. Dilectio est actus voluntatis. Mouent ergo ista exteriora voluntatem sicut obiecta: non de necessitate: nec etiam mouent eo modo quo mouetur voluntas quātum ad exercitium actus ab aliquo exteriori agēte ꝛ imp̄imente in ipsam voluntatem ꝛ influente. Sic enim a solo deo mouetur: non autem ab angelis etiam bonis: q̄uis enim angelus operetur in intellectum hominis confortando lumen ipsius: ꝛ illustrando phantasmata: non tamen operatur in volūtatem mouendo ipsam: sed nec a corporibus celestibus seu planetis potest moueri voluntas directe: nec in ipsam possunt imp̄imere vel operari directe. Et ratio est secundum beatū Tho. j. ij. q. ix. ar. v. Quia nullum corpus potest agere in rem incorpoream: sed econuerso. Intellectus ꝛ voluntas sunt potētie anime: que non sunt affixe organis corporeis: sed sunt pure immateriales: ꝛ ideo impossibile est q̄ vllum corpus celeste directe imp̄imat in intellectum vel voluntatem. Indirecte possunt imp̄imere: inquantum videlicet voluntas moueri potest ad aliquid ab appetitu sensitiuo per passiones eius. In appetitum autem sensitiuum sicut ꝛ in alias vires sensitiuas imp̄imere possunt corpora celestia: quia affixe sunt organis corporeis. Que organa corporis sicut ꝛ ipsa corpora omnia inferiora subiacent influētijs ꝛ impressionibus corporum celestium. Sicut autem voluntas ipsa non cogitur ad sequendum appetitum sensitiuum: quāuis instigetur: sed libera est. Nec etiam cogitur ad appetendum ipsa sensibilia: que p̄eponuntur in quē habent impressionem et operationem corpora celestia. Ita non cogitur a constellationibus et influentijs corporum celestium ad volendum.

§. III. De tertio videlicet de modo quo mouetur voluntas ad actum suum.

Volūtas a diuersis diuersimode mouet.

Sciendum q̄ mouetur ad quedam de necessitate et naturaliter vt ad volendum bonum in communi ꝛ vltimum finem seu beatitudinem ꝛ que conueniunt alijs potentijs: vt cognitionem veri que conuenit intellectui. ꝛ esse ꝛ viuere ꝛ alia huiusmodi que respiciunt consistentiam naturalem. Ad quedam alia mouetur contingenter ꝛ non naturaliter vt ad omnia alia. Pro horum declaratione dicit beatus Tho. j. ij. q. x. ar. ij. q̄ voluntas mouetur dupliciter. Uno modo quantum ad exercitium actus: scilicet ad velle et non velle. Alio modo quantum ad specificationem actus: scilicet ad velle hoc vel illud. Primo modo voluntas a nullo obiecto ex necessitate mouetur: potest enim aliquis de quocunq̄ obiecto non cogitare: ꝛ per consequens nec actu velle illud. Sed quantum ad secundum motionis modum voluntas ab aliquo obiecto ex necessitate mouetur: ab aliquo autem non. In motu enim cuiuslibet potentie a suo obiecto consideranda est ratio: per quam obiectum mouet potentiam. Visibile enim mouet visum sub ratione coloris actu visibilis. Unde si color proponatur visui ex necessitate mouet visum: nisi aliquis visum auertat quod pertinet ad exercitium actus. Si autem proponeretur aliquid visui: q̄d non omnibus modis esset color in actu: sed secūdū aliquid esset tale: ꝛ secundū aliquid non tale: non ex necessitate visus tale obiectum videret: posset enim non intendere in ipsum ex ea parte qua non est coloratum in actu: ꝛ sic ipsum non videret. Sicut autem coloratū in actu est obiectum visus: ita bonum est obiectum volūtatis. Unde si proponatur aliquod obiectum voluntati q̄d sit vniuersaliter bonum ꝛ fm omnem considerationē: ex necessitate voluntas in illud tenderet si aliquid velit. Non enim potest velle oppositum. Si autem proponatur ei aliquod obiectum q̄d non scōm omnē cōsiderationem sit bonū: non ex necessitate voluntas fertur in illud. Et quia defectus cuiuslibet boni habet rationem non boni: ideo id solum bonum quod est perfectum et cui nihil deficit: est tale bonum quod voluntas non potest non velle: quod est beatitudo. Alia autem particularia bona inquantum deficiunt ab aliquo bono possunt accipi vt non bona. ꝛ fm hanc considerationem possunt repudiari vel acceptari a voluntate que potest in idem ferri secundum diuersas considerationes. Sicut enī intellectus de necessitate mouetur ab obiecto quod est semper ꝛ ex necessitate verum: non ab eo quod potest esse verum et falsum: scilicet a contingēte. Sic ꝛ voluntas a bono perfecto: cui nihil deficit vult etiam de necessitate ea que sunt ad finem: sine quibus finis haberi non potest vt esse viuere et huiusmodi. Et que vult homo ex necessitate vult etiam naturaliter. Quamuis enim voluntas diuidatur contra naturam sicut vna causa contra aliam: quedam enim fiunt naturaliter et quedam voluntarie. Et alius modus causandi est proprius voluntati: que est domina suorum actuum: et habet viam ad oppositum. Alius modus causandi est proprius nature: que est determinata ad vnum nec habet viam ad oppositum. Tamen quia voluntas in aliqua natura fundatur: necesse est quod modus proprius nature quantum ad aliquid participetur a voluntate: sicut quod est prioris cause participatur a posteriori. Est autem in vnaquaq̄ re primum ipsum esse quod est per naturam: quam velle quod est per voluntatem. Et inde est quod voluntas aliquid vult naturaliter: et ita determinate q̄ non habet viam ad oppositum: vt beatitudinem: bonum in communi esse viuere. Et dicitur hic naturale secūdum quod natura dicitur quelibet substantia: ꝛ quodlibet ens. Et secundum hoc dicitur naturale rei quod conuenit ei secundum suam substantiam: ꝛ hoc est quod per se ineſt ei. Et sic accipiendo semper principium in his que conueniunt rei: oportet q̄ sit naturale: ꝛ hoc apparet in intellectu. Nam principia naturalis cognitionis sunt naturaliter nota. Similiter principium volitiuorum oportet q̄ sit aliquid naturaliter volitum. et hoc est bonum in communi ꝛ vltimus finis. Motus voluntatis cum sit a deo vt a primo mouente: non tamē est motus necessarius ille sed contingens: nisi his que naturaliter vult de quibus dictum est. Unde Ecclesia. xv. dicitur q̄ deus ab initio constituit hominem: ꝛ reliquit eum in manu consilij sui scilicet ad volendum vel non volendum hoc vel illud. Pro cuius declaratione dicit beatus Thom. j. ij. q. x. articu. iiij. Ut dicit Dionysi. Ad prouidentiam diuinam non pertinet corrumpere naturam rerum sed seruare. Unde mouet omnia secundum eorum conditionem: ita q̄ ex causis necessarijs per motionem diuinam sequuntur effectus ex necessitate. Ex causis autem contingentibus consequuntur effectus contingenter. Quia igitur voluntas est actuum principium non determinatum ad vnum: sed indifferenter se habens ad multa: sic deus ipsam mouet q̄d nō ex necessitate ipam determinat ad vnū sz remanet motꝰ eius contingens et non necessarius: nisi in his ad que naturaliter mouetur. Sed ab appetitu sensitiuo cum mouetur voluntas: non mouetur ex necessitate. Nam si talis est passio in appetitu sensitiuo q̄ tollat totaliter vsuz rationis vt in phreneticis ꝛ amētibus: tunc actus talis hominis non est actus voluntatis: sed similis brutorum actibus. Sed non totaliter absorbet rationem passio: sicut cum remaneat aliquo modo iudicium rationis liberum: sic ꝛ motus voluntatis. Uñ nō necessario mouetur ab appetitu per passionem: ad quod facit quod dicit Gene. iiij. c. Sub te erit appetitus eius: ꝛ tu dominaberis illius.

Ea q̄ homo vult ex necessitate vlt naturaliter.

Diuina prouidētia dz cōseruare naturā rerū nō corrūpere.

¶ De secundo actu voluntatis qui dicitur frui. Capitulū. v.

Fruitio in qua cōsistit.

Fruitio est secūdus actus elicitus a voluntate. Ubi notandum fm beatuz Tho. j. ij. q. xj. q̄ visio dei inquantum est visio: est actus intellectus. Inquantum autem est bonum ꝛ finis est voluntatis obiectum: ꝛ hoc modo est eius fruitio. Et sic hunc finem consequitur intellectus vt potentia attingens: voluntas tanquam potentia mouens ad finem ꝛ fruens fine iam adepto. Item nota secundum Tho. vbi. s. q̄ in delectatione quā importat fruitio duo sunt: scilicet perceptio conueniētis: que pertinet ad apprehensiuam potentiam: ꝛ complacentia eius q̄d offertur vt conueniens: ꝛ hoc pertinet ad appetitiuam in qua ratio delectationis perficitur. Pro quorū declaratione dicit beatus Tho. in. j. senten. distincti. j. vbi diffuse tractatur ista materia etiam in tertu: quod fruitio consistit in optima operatione hominis: cum fruitio sit vltima felicitas hominis. Felicitas autem non est in habitu sed in operatione secundum philosophum. Optima autem operatio hominis est operatio intellectus ad nobilissimum obiectum quod est deus. Unde ipsa visio diuinitatis ponitur tota substantia nostre beatitudinis. iuxta illud Joan. xvij. Hec est vita eterna vt cognoscant te ꝛc. Ex ipsa autem visione cum ipsum visum non videatur per similitudinem sed per essentiam: efficitur quodammodo intra videntem: et ita est comprehensio que succedit spei: consequens visionem que succedit fidei: sicut et spes quodammodo generatur ex fide. Et ex hoc q̄ ipsum

q ipsum visum receptū est intra videntē: vnit sibi ipsum videntē vt fiat quedā mutua penetratio per amorē. Sicut dicitur. j. Joā. iiij. Qui manet in charitate: in deo manet ꝛc. Ad vnionē autem maxime cōuenientis sequitur summa delectatio. Et in hoc perficitur nostra felicitas quā nominat fruitio. Ex parte sui cōplemēti magis ꝙ̄ ex parte principij: cū includat in se quandā delectationem. Et ideo ipsa fruitio est actus volūtatis ꝛ fm habitū charitatis: ꝙ̄uis fm ordinē ad habitus ꝛ potētias p̄cedētes. Quāuis eñ concurrāt ad fruitionē predicta tria. l. visio: cōprehēsio: ꝛ amatio: perficitur tamen ipsa in amore. Et alie quidem virtutes cōiungunt nos deo per modū meriti ꝛ dispositionis: charitas p modū perfecte vnionis. Dantur autē diuerse diffinitiones eius fm diuersos respect⁹. Et prima est: q frui est amore inherere rei propter se. Hec datur per comparationem ad obiectum ꝛ habitum elicientem actum. Alia est Augu. dicentis. Fruimur cognitis in quibus voluntas delectata conquieſcit. Hec datur per cōparationem ad potentiam cuius est actus: secundū ordinem ad potentiam precedentez: scilicet cognitionem que pertinet ad intellectum. Tertia quod frui est cum gaudio vti non spei: sed rei tam habite. Hec datur per cōparationem cōsequentē actum in quantum est perfectū. l. gaudium de re habita. Nec est incōueniēs q̄ de vna re dentur plures diffinitiones fm diuersas causas vel proprietates. Quādo aūt exprimeretur totū esse rei fm omnes causas eius: tūc diffinitiōes predicte nō essent nisi vna.

Tria concurrunt ad fruitionem.

§. I. Quo fruēdū sit. Ad q̄ dicendum

fm beatū Tho. vbi. S. q̄ frui aliquo dicitur tripliciter. Uno modo sicut obiecto. Et hoc modo solo deo fruendū est. Et sic dicit Augu. q̄ fruendum est solum illis rebus que nos beatos faciunt. l. personis diuinis patre ꝛ filio ꝛ spiritusancto: q̄ ad bonitatem ipsius dei ordinatur tota bonitas vniuersi: sicut bonitas totius exercitus ad bonū ducis. Secūdo modo sicut habitu eliciente actum fruitionis. Et hoc modo beatitudine creata ꝛ charitate fruendum est. Deus enim facit beatos effectiue: dando seipsum ꝛ causando ipsam beatitudinem. Beatitudo autem creata formaliter facit beatum: sicut albedo facit album. Tertio modo fruimur aliquo sicut instrumento fruitionis: ꝛ hoc modo fruimur potentia cuius fruitio est actus. Q̄ vero humanitas christi non est finis vltimus: ideo in visione eius nō est proprie fruitio: sed quoddam accidentale gaudium: ꝛ non substantialis beatitudo. Homine autem quocunq̄ sancto non est fruendum simpliciter sed in deo. Juxta illud quod ait apostolus ad Philemonem. Ego te fruar in domino. Ubi autem homine in deo frueris. magis deo quā homine frueris. Et sic secundū beatū Tho. ibi obiectum fruitionis est deus cōrepresentans ipsum obiectū per similitudinem gratie in qua inhabitat deus. Peccatore aūt non est fruendū in deo: quia non est in eo gratia que facit deum inhabitare: que quidem est exemplar expressum ipsius summe bonitatis qua fruendū est. Et multo minus creatura irrationalis fruendū est. Non enim sufficicit ad hoc similitudo imaginis vel vestigij: sed requiritur similitudo gratie. Tribus autem personis diuinis est vna fruitione fruendū. Huius ratio est duplex fm beatum Tho. vbi. S. Prima est ex parte essentie. Obiectum enim fruitionis est summa bonitas. Unde fruitio respicit vnam quāq̄ personam prout est summū bonū. Unde cum eadem numero sit bonitas trium personarū: eadem erit ꝛ fruitio. Alia vero sumitur ex parte proprietatum. Sicut enim dicit philosoph⁹: qui cognoscit vnū relatiuorū: cognoscit ꝛ reliquū. Et sic cū tota fruitio originetur ex visione vt dictū est: qui fruitur vno relatiuorum inquantū huiusmodi: fruitur ꝛ reliquo. prima ratio melior.

Quomō fruēdum sit reb⁹.

Trīū personarum vna est fruitio.

§. II. Quorum sit fruitio. Respō

deo fm beatū Tho. vbi. S. Fruitio ponit quandā delectationem in fine. Delectatio autem non potest esse nisi in cognoscente. Et ideo cum creature insēsibiles non cognoscant: non delectantur nec fruuntur. Quāuis tamen omne desiderium sequatur cognitionem: desiderīū tamen creature insensibilis q̄ est eius inclinatio naturalis: non sequitur cognitionē in ipsa existentem fm cognitionem primi motoris. Item fruitio proprie loquendo est tantum vltimi finis: bruta autē vltimū finem non apprehendūt: nec finem proximū possunt ordinare ad finē vltimū cū careāt ratione cuius est ordinare: vnde nō proprie fruūtur. Similiter peccator ponit vltimū finē suum in eo in quo non est: vnde cum vere finem non habeat nō fruitur vere: ꝙ̄uis enim talis aliquādo faciat aliquid propter deum: tamē q̄ aliquid diligit habitualiter supra deum: etsi non actu semper: ideo non fruitur deo: sed illo ad q̄ omnia ordinat: pecuniā videlicet: gloriā: venereā delectationē: ꝛ huiusmodi. Alterius fruitio dicit delectationem in fine. Unde perfecta fruitio nō est nisi perfecta delectatio: que esse nō potest ante consecutionem finis. Unde iustus homo in mundo non perfecte fruitur: sed sancti in patria vere ꝛ proprie ꝛ perfecte fruuntur. Magister in. ij. sen. dist. j. Fecit deus rationalem creaturam vt summū bonum intelligeret: intelligendo amaret: amando possideret: possidendo frueretur. Deus autem perfectissime seipso fruitur. vnde Greg. dicit q̄ deus gloriosus est: quia dum seipso fruitur accedentis laudis indigens non est.

Fruitio ē perfecta delectatio.

De intētione que est tertius actus voluntatis. Cap. vj.

Intentio est actus voluntatis.

Intentione q̄ est tertius actus elicitus a volūtate. Hanc christus vocat oculum dicens Luc. xj. ꝛ Mat. vj. Si oculus tuus fuerit simplex. i. intentio recta totum corpus tuum id est opus inde sequens lucidum erit. Quāuis autem oculus sit instrumentum visiue potentie que est apprehensiua potentia: nō tamen intentio est actus intellectus sed volūtatis. Dicitur autē oculus intentio: quia cognitionem presupponit per quā proponit volūtati finis ad quē mouet: sicut oculo prouidemus quo tendere debeamus. Quod autē intentio sit actus volūtatis: be. Tho. j. ij. q. xij. arti. j. sic declarat. Intentio sicut ipsum nomen sonat: signat in aliquid tendere. In aliquid autē tendit ꝛ acto mouentis ꝛ motus mobilis. Sed q̄ motus mobilis in aliquid tendat ab actione mouentis procedit. Unde intentio primo ꝛ principaliter pertinet ad id quod mouet ad finem. Unde dicimus architectorem suo imperio mouere ad id quod ipse intendit. Et idem est in omni precipiente aliquid. Voluntas autem est que mouet omnes alias vires anime ad finem. Et sic patet q̄ intentio est actus voluntatis proprie. Et autem proprie ꝛ principaliter intendere scōm Tho. j. ij. q. xij. arti. iiij. Intēdere finem prout scilicet ordinat motum alicuius vel alterius in finem. Ordinare autem aliquid in finem est actus rationis tantum: ꝛ quia bruta ratione carent: ideo non proprie dicuntur intendere seu habere intentionē. Sed large sumendo intēdere fm id quod mouetur ad finē ab alio dicitur intendere finem: sicut natura dr intendere finem quasi mota ad suum finem a deo: sicut sagitta a sagittāte: ꝛ sic bruta intendūt finem inquantū mouentur instinctu quodam naturali ad aliquid. Non q̄ considerent q̄ per motum suū possint consequi finem: quod est proprie intendentis: sed quasi concupiscentes finem naturali instinctu mouētur ad finem quasi ab alio mota: sicut ꝛ cetera que naturaliter mouentur. Intentio autem non solum est vltimi finis: sed ꝛ aliorum finium. Cum enim vltimus finis humanarum voluntatum sit beatitudo: et per conseques vnus finis. Si intentio esset tantum vltimi finis non essent diuerse hominum intentiones: quod patet esse falsuz. Pro cuius declaratione dicit beatus Tho. j. ij. q. xij. articu. ij. q̄ intentio respicit finem secundum quod est terminus motus respectu voluntatis. In motu autem potest accipi terminus dupliciter. Uno modo terminus vltimus in quo quiescitur: qui est terminus totius motus. Alio modo medium quod est principium vnius partis motus et terminus vel finis alterius: sicut motus de quo itur de a: in c: per b: c: est terminus vltimus b: autem est terminus sed non vltimus: et vtriusq̄ potest esse intentio. Unde etsi intentio semper sit finis: non tamen oportet quod semper sit vltimus finis. Intentio etiam potest esse plurium simul. Quod sic declarat beat⁹. Thom. vbi supra articul. iij. Ulliqua duo possunt accipi dupliciter: vel ordinata adinuicem: vel adinuicem non ordinata. Et siquidem fuerint adinuicem ordinata: manifestum est homo potest simul plura intendere. Est enim intentio non solum finis vltimi: sed etiam finis medij: vt dictum est. Simul autem intendit aliquis in finem vltimum ꝛ proximum sicut confectionem medicine. Si autem accipiantur duo vt non ordinata adinuicem: sic etiam potest homo plura intendere: quod patet ex hoc q̄ homo vnum alteri preeligit quod melius est. Inter alias autem conditiones quibus vnum aliquid melius est altero: quia valet ad plura. Unde potest aliquid preeligi alteri ex eo quod valet ad plura. Et sic patet manifeste quod homo plura intendit. Quod autem Augustī. dicit quod homo non potest simul deum ꝛ corporale commodum intendere: intelligitur vt vltimos fines: quia non possunt esse hominis plures vltimi fines. Intentio finis ꝛ voluntas eius quod est ad finem aliquo modo est vnus ꝛ idem motus: aliquo modo

Intentio non solū est vltimi finis ꝫ et aliorum.

Intendere deum et corporale cōmodum hō non pōt: quō hoc itelligit.

non. Qꝫ sic declarat hea. Tho. vbi. ꝯ. arti. iiij. Motus volũtatis in finem ⁊ in id qꝫ ad finẽ põt considerari dupliciter. Uno modo ꝑm qꝫ volũtas fertur in vtrũꝫ absolute ⁊ ꝑm se: ⁊ sic simpliciter sunt duo motus voluntatis in vtrũꝫ. Alio modo potest cõsiderari ꝑm qꝫ volũtas fertur in id qꝫ est ad finem propter finẽ. Et sic vnus ⁊ idem subiecto motus voluntatis est tendens in finem: ⁊ in id quod est ad finem. Cum enim dico volo medicinam propter sanitatẽ: non designo nisi vnum motum voluntatis. Cuius ratio est: quia finis est ratio volẽdi ea que sunt ad finẽ. Idez autem actus cadit super obiectum ⁊ super rationem obiecti: sicut eadem est visio coloris ⁊ luminis. Et simile est de intellectu qui si absolute consideret principium ⁊ conclusionẽ: diuersa erit consideratio vtriusꝫ. In hoc autem qꝫ conclusioni propter principia assentit: est vnus actus intellectus tantum. In hoc autem differt ab electione: qꝫ inquantũ motus voluntatis fertur in id qꝫ est ad finẽ: prout ordinatur in finẽ est electio. Motus autem volũtatis qui fertur ad finẽ prout acquiritur per ea que sunt ad finẽ: vocatur intentio. Cuius signũ est qꝫ intentio finis esse põt: etiã nõduz determinatis his que sunt ad finẽ quoꝝ est electio.

℣. I. De intentione loquitur ꝓ̃ſ.

cxviij. docens nos suo exemplo ea rectificare dicens. Inclinaui cor meum ad faciendas iustificationes tuas in eternuz propter retributionem. Intentio siquidem vt ait amb. operi tuo nomen imponit. Nam cuius finis bonus est eius quoꝫ opus bonũ est ⁊ econtrario ꝑm pẽm. Unde saluator ait Luc. xj. Si oculus tuꝰ fuerit simplex: totum corpus tuum lucidum erit. Oculus intentio dicitur qui respicit finem seu ea que sunt ad finem respectu finis. Simplex autem dicitur cum solum intendit vltimum finem sine duplicitate vel alia mixtura: ⁊ tunc totũ corpus id est congeries operum inde sequentium lucidũ est id est gratiosum. Quatuor autem requiruntur ad hoc vt oculus sit simplex ⁊ rectus id est intentio que notantur in predicto versu ꝓſal.

Ad intẽtionẽ rectã quatuor requiruntur.

¶ Et primum est qꝫ ipsa intentio sit separata ab arrogatiõe. ibi. Inclinaui cor meum.

¶ Secũdum est qꝫ sit sequestrata a deceptione. ibi. ad faciẽdas iustificationes tuas.

¶ Tertium qꝫ sit immaculata sine mortali infectione. ibidem in eternum.

¶ Quartum qꝫ sit determinata in perfecta felicitatione. ibi. propter retributionem.

Primo ergo debet intẽtio ad hoc vt sit recta esse separata ab arrogantia: vt scilicet cuius quis operetur opera de genere bonorum propter gloriã consequendam: non hoc intẽdat tanꝯ deus debeat sibi retribuere ipsam gloriam ex debito necessitatis seu ex condigno. quia vt ait apostolus ad Roma. viij. Non sunt cõdigne passiones huius temporis ad futuram gloriam que reuelabitur in nobis. Nec etiam quecunꝫ actiões. Et ratio huius est: quia sicut creatura est virtutis finite: ita ⁊ meritũ operis eiꝰ: gloria autem dei est premium infinitum. Finitum autem non potest per se attingere ad infinitum. Debet ergo quilibet intendere ⁊ credere qꝫ principaliter deus ex sua largitate dabit sibi gloriam benefacienti. Iuxta illud ad Roma. vj. cap. Gratia dei vita eterna scilicet habetur. Gratia autem gratis datur. Hoc autem notat ꝓ̃ſ. cum ait. Inclinaui cor meum. i. humiliaui expectans retributionẽ a domino: nõ ex operibus iustitie per me factis: sed ꝑm suã misericordiã. Debet secundo intentio esse sequestrata a deceptione: vt videlicet nõ faciat ea que de se sunt mala propter aliquẽ finem appetentẽ bonũ. Hoc enim esset decipere seipsum. Nam vt ait apostolus ad Roma. iij. Non sunt facienda mala vt inde eueniant bona. Hinc ⁊ Greg. Qui hac intentione male accipit vt bene dispẽset: grauatur potius ꝙ̃ iuuetur. j. q. j. nõ est putãda. Quod si quis fenus exerceret vt hospitalia ⁊ ecclesias cõsecraret: vel etiã aliena reparet vt pauperib⁹ subueniret: seipsum deciperet: cum nil meretur: sed peccatum incurreret. Unde et Loth qui obtulit duas filias suas virgines habitatoribus Sodomorum ab eis illudendas ne abuterentur iuuenibus: quos ad hospitium receperat id est angelis qui in forma iuuenũ apparuerant potius hoc qõ fecit adscribitur perturbationi eius ex horroꝛe illius sceleris ꝙ̃ rationi. vt dist. xxiij. c. quod ait. In quo frequenter offendũt homines cõmittendo diuersa peccata: vt liberent proximos a tribulationibus vel a peccatis: propter hoc dicendo mẽdacia addendo periuria vel alia mala. Sed vt dicit Aug. Cũ ad id venerit homo vt saluti ꝓmi nisi peccando consulere nõ possit: iam se nõ existimet habere quod faciat. i. qõ debeat facere. xxij. q. ij. c. faciat. Nam contra ordinem charitatis est sue saluti nocere vt alteri subueniat. Nec est contra hanc sententiam qꝫ Moyses dominũ rogauit vt deleret eũ de libro suo vel populo dimitteret peccatũ idololatrie cõmissum in adoratione vituli. Exo. xxij. Non enim sic est intelligendum tanꝯ Moyses orauerit se priuari salute: ⁊ delerit de libro viuentium in gloria. Hoc enim irrationabile fuisset. Sed petijt deleri de libro dei nõ simpliciter: sed quantũ ad consolationes multas: quas debebat a domino recipere in presenti: prout scriptum in libro dei erat id est preordinatũ: vt ex hoc populo illi parceretur de tanta offensa. Quod ergo dicitur qꝫ quicquid agant homines intentio iudicat omnes: intelligendũ est hoc non de his que mala sunt ꝑm se: sed de bonis seu indifferentibus. Unde dicit ꝓ̃ſ. ad hoc designandum. Inclinaui cor meũ ad faciendas iustificatiões tuas non mala opera: sed iustificationes id est mandata tua: que seruata faciunt hominem iustum. Tertio intentio debet esse immaculata. id est qꝫ ille qui facit aliquod bonum ⁊ propter deum nõ habeat in se maculam peccati mortalis: quia de operibus huiusmodi: etsi bona intentione factis retributionem a deo non haberet in superna gloria. Unde apostolus dicit. j. ad Cor. xiij. Si distribuero omnes facultates meas in cibos pauperum: ⁊ si tradidero corpus meum ita vt ardeam scilicet propter deũ seu propter fidem seruandam martyrio me exponam: charitatem autẽ non habuero nihil mihi prodest scilicet quoad retributionẽ eternam. Charitas autem non cõpatitur secum maculam alicuius mortalis. Qui ergo est in aliquo peccato mortali: vt odio: luxuria: inuidia ⁊ huiusmodi quantacunꝫ supplicia sustineat pia intentione scilicet propter deum: non tamen inde recipit retributionẽ gle. Sed aliqua alia bona vt psperitatẽ libertatẽ a multis periculis: dispositionẽ seu mollificationẽ cordis ad penitentiam: aut minus supplicium in alia vita. Et sic remanet illud bonum irremuneratum. Et ad hoc signandum dicit ꝓ̃ſ. In eternum peccatoꝛ non intendit facere iustificationes id est mandata in eternum. i. semper. Sed protunc quando facit aliqua de genere bonorum: vt ieiunia: eleemosynas: orationes ⁊ huiusmodi: intentione retributionis ⁊ premij. Sed quando committit peccata: tunc non inclinat cor suum ad iustificationes dei imo ab eis recidit transgrediendo. Cum autem quis est in gratia ⁊ charitate: habet intentionem semper seruandi precepta dei. Unde ꝓ̃ſ. xliij. Pulchritudine tua intende id est ex gratia que est pulchritudo anime intentionem tuam dirige. Quarto intentio ad hoc vt sit recta oportet qꝫ respiciat tanꝯ ad vltimum finẽ ad retributionem dei. Sed notandũ qꝫ est triplex retributio a deo scilicet temporalitatis: penalitatis: ⁊ eterne felicitatis. De prima dicitur Esa. j. Omnes sequuntur retributiones scilicet temporalium. ⁊ Luc. xiij. dicit saluator: Cum facis prandium aut cenam noli vocare amicos tuos: neꝫ fratres tuos: neꝫ cognatos: neꝫ vicinos: neꝫ diuites: ne forte ⁊ ipsi te reuniterent: ⁊ fiat tibi retributio scilicet alicuius commodi temporalis. Qui igitur inclinat cor suum id est proponit ad faciendum iustificationes domini id est ad seruandum mandata ⁊ ad faciendum bona: propter hanc retributionẽ: vt scilicet prosperetur a deo in rẽporalibus: nõ habet rectam intentionẽ vnde nec meretur. Sic ⁊ christus dixit quibusdam non recta intentione eum sequentib⁹. Queritis me: non quia vidistis signa: sed quia manducastis ex panibus meis ⁊ saturati estis. Joan. vj. Quidam alij aliqua bona faciunt hac intentione: vt temporalem gloriam inde consequantur: de quorum numero fuerunt Pharisei: de quibus christus ait. Omnia opera sua faciunt vt videantur ab hominibus. Matt. xxiij. Sed receperunt mercedem suam: dixit ipse Matt. vj. De secunda retributione scilicet penalitatis. dicitur Esa. iij. Ue impio in malum. Retributio eiꝰ manuũ suarũ id est operũ fiat ei. ⁊ ad Hebr. ij. Omnis preuaricatio ⁊ inobedientia accipit iustam mercedis retributionem scilicet pene. Qui ergo seruat mandata hac intẽtione principaliter propter retributionem pene infernalis scilicet euitandam non habet intentionem debitam: nec meritorie operatur. Oportet enim ꝑm Aug. non solum timere deum iudicem ⁊ punitoꝛem peccatoꝝ sed iustum diligere: non tamẽ penam timeat: sed amretur pro gloria. de peni. dist. vij. nullus. ℣ nõ ita. Et regula iuris dicit. Qui ex timoꝛe facit preceptum etsi bonum est quod facit: non tamen bene facit. Sic etiam qui cauent se a peccatis: vel bona aliqua faciunt: vt non flagellentur a deo: ⁊ non alia intentione principaliter: parum vel nihil grati sunt deo. Sicut Achab rex Jsrael qui ex comminatione Helie humiliatus est: extensius deferendo cilicium ⁊ ieiunando ad euadendum penam sibi cõminatam. iij. Regũ. xxj. De tertia retributione dicit

Gloria dei est ꝓmiũ infinitum.

Loth ꝙmodo excusatur a peccato.

Triplex est retributio dei.

Deꝰ quos timendos.

ne dicit apostolus de veris fidelibus. A dño accipietis retributionē. ad Col. iij. Et hāc esse magnā innuit sapiēs dicēs Eccli. xij. Inuenies retributionē magnā. z hoc simpliciter: qz in hmōi retributione cōtinentur oīa bona. iuxta illud Pō. xviij. In custodiendis illis retributio multa. Et si aliquis intenderit deo seruire et mādata eius custodire propter bona glorie. s. diuitias: honores: pacem: securitatem: sanitatem: sapientiam: gaudium: et alia hmōi bona: que iustis promittuntur in vltima retributione: habēdo respectum ad ista principaliter et nō ad deū: adhuc non esset recta intētio sed amor mercenarius: quo seruus operatur propter mercedem principaliter ex laboze consequēdam. Sed seruiendo principaliter deo bona faciendo propter ipsum consequendum in quo z ex quo sunt omnia predicta bona: quoniam retribuens est dominus: vt dicitur Eccli. xxxv. Iste talis habet amorem filialem z oculum simplicem perfecte intentionis bene in gratia operando z propter hanc intentionem semper meretur et augetur premium eius. Sic ergo sit oculus tuus simplex: vt dicere valeas cum Psalmista. Inclinaui cor meum ad faciendas iustificationes z c.

¶ De electione prout est actus voluntatis. Cap. vij.

Electio est actus voluntatis.

Consequenter agendū de actibus voluntatis: qui sunt in cōparatione eorum que sunt ad finē respectu quorum volūtas dicitur liberum arbitrium: eadem potentia realiter cū voluntate sed differens ratione. Horum primus dicitur electio. Quod electio sit actus voluntatis nō rationis patet per philosophum in. iij. Ethi. qui dicit: q electio est desiderium eoꝝ que sunt in nobis. Desiderium autē est actus voluntatis. Sciendū tamen fm beatuz Tho. s. ij. q. xiij. arti. j. q electio importat in nomine suo aliquid pertinens ad rationem: et aliquid pertinens ad voluntatem. Dicit enim pō in. vj. Ethic. quod electio est appetitus intellectiuus vel appetitus intellectus. Quandocunq; autem duo concurrūt ad aliquod vnum constituendum: vnum eorum est vt formale respectu alterius. Unde Greg. Nicenus dicit: q electio neq; est appetitus secundum seipsam: neq; consiliū solū: sed aliquid ex his compositū. Sicut eñ dicimus animal ex anima et corpore compositū esse. Neq; vero corpus esse fm seipm: neq; animā solā: sed vtrūq; ita electionē. Est autem cōsiderandū in actib⁹ aīe: q actus q̄ est vnius potentie essentialiter vel habitus: recipit formā et speciē a superiori potētia vel habita: secundum quod ordinatur inferi⁹ a superiou. Si eñ aliquis actum fortitudinis exercet propter dei amorem: actus quidem: ille materialiter est fortitudinis: formaliter autem est actus charitatis. Quāuis ergo ratio quodammodo volūtatē precedat z ordinet actum eius: inquātum scz voluntas tendit in obiectū suū secundū ordinem rationis: eo q vis apprehensiua appetitiue suum obiectum representet: tamen in huius substantia actus materialiter se habet ad ordinē qui imponitur a superiori potentia. Et ideo electio non est actus rationis: sed voluntatis. Perficitur enim electio in motu quodā animе ad bonum quod eligitur. Et cū̄ electio importat quādam collationem qua vnū alteri prefertur. Conferre autē licet fit rationis: tñ electio non est essentialiter ipsa collatio: sed collatio est precedēs ad electionem. Electio non est brutorum. Ūñ Greg. Nicenus dicit: quod irrationabilia et pueri non eligunt. Ratio huius est secundum beatū Tho. vbi. s. arti. ij. q cū electio sit preacceptio vnius respectu alterius necesse est q electio sit respectu plurium que eligi possunt. Et ideo in his que sunt penitus determinata ad vnum: electio non habet locum. Est autem differentia inter appetitum sensitiuum z intellectiuū seu volūtatem: qz appetitus sensitiuus est determinatus ad vnum aliquod particulare secundum ordinē nature: vt ex predictis patet. Uolūtas autē secundum ordinem quidē nature determinata est ad vnū commune q̄ est bonū: sed indeterminate se habet respectu particularium bonorum. Et ideo proprie voluntatis est eligere: nō autem appetitus sensitiui: qui solum est in brutis: et ideo eorum non est electio. Quāuis autem animalia appetant aliquid propter finem vt comedere propter viuere: non tamen in eis est electio: quia non omnis appetitus alicuius propter finem vocatur electio: sed oportet q̄ sit cum quadā discretione vnius ab altero: quod esse non potest nisi vbi appetitus potest ferri in plura. Item quod brutum animal preaccipit vnum potius cū̄ alterum: vt ouis vnam herbam z non aliam: absq; electione mouetur in illud. Sicut etiam ignis absque electione mouetur sursum non deorsum. Statim enim quod per sensum vel imaginationē representat bruto aliquid ad q̄ naturaliter inclinat eius appetitus: absq; electione in illud mouetur. Quod etiam apparēt aliqne mirabiles sagacitates in quibusdā animalibus: vt canibus apibus z hmōi: procedit hoc inquantū habent naturalem inclinationē z instinctum ad quosdam ordinatissimos pcessus: vtpote a summa arte diuina ordinatos. Sicut z sagitta directe tendit ad signū ex motione sagittantis: ac si haberet rationem dirigentem: z propter hoc dicuntur illa animalia sagacia z prudentia: z non quia in eis sit ratio vel electio.

§. I. Electio est eoꝝ que sunt ad

finem: sicut voluntas est finis vt dicit philosophus in. iij. Ethic. humanoꝝ actuum z possibilis. Pro huius declaratiōe dicit beatus Tho. s. ij. q. xiij. arti. iij. q electio consequitur sententiā seu iudicium q̄ est sicut conclusio syllogismi operatiui. Unde illud cadit sub electione q̄ se habet vt cōclusio in syllogismo operabilium: finis autem in operabilibus se habet vt principiū z non vt conclusio: vt dicit philosophus in. ij. Phy sic. Unde finis inquantū huiusmodi nō cadit sub electione. Sed contingit q id quod est in vna operatione vt finis: in alia operatiōe ordinatur ad aliquid vt ad finem. Et hoc modo sub electione cadit finis: sicut in operatione medici sanitas se habet vt finis. Unde hoc nō cadit sub electione medici: sed hoc presupponit tanq̄ principiū. Sed sanitas corporis ordinatur ad bonum commune anime. Unde apud eū qui habet curam de salute anime: potest sub electione cadere esse sanum vel esse infirmum. Nam z apostolus dicit. Cum infirmor tūc fortior sum z potens. ij. ad Corin. xij. Sed vltimus finis nullo modo sub electione cadit. Sicut etiā id q̄ est principium in vna scientia vel demonstratione potest esse cōclusio in altera scientia vel demonstratione: sed primū principiū indemonstrabile in nulla potest scientia esse conclusio. Est etiā electio solum respectu humanoꝝ actuum: qz vt dicit philosophus in. iij. Ethi. Nullus eligit nisi q̄ estimat fieri per ipsum. Quod sic declarat beatus Tho. vbi. s. arti. iij. Sicut intentio est finis: ita electio eorum que sunt ad finem. Finis autem vel est actio vel res aliqua. z cum res aliqua fuerit finis: necesse est q aliqua humana actio interueniat. Uel inquantum homo facit rem illam que est finis: sicut medicus facit sanitatem que est finis illius: vnde facere sanitatē dicitur finis medici. Uel inquātum homo aliqua vtitur vel fruitur re que est finis: sicut auaro finis est pecunia vel possessio pecunie. Et eodem modo dicendum est in eo quod est ad finem: quia necesse est q̄ illud quod est ad finē vel sit actio vel res aliqua interueniente aliqua actione: p quā facit illud q̄ est ad finē: vel vtitur eo: et sic electio est semp humanoꝝ actuū. Est etiaz electio possibiliū tantū. Unde pō dicit. iij. Ethic. Electio nō est impossibiliū. Huius ratio est fm beatum Tho. vbi. s. ar. v. qz vt dictū est. electiones nostre referuntur semper ad actiones nostras. Ea autē que per nos aguntur sunt nobis possibilia. Unde necesse est dicere q electio nō sit nisi possibiliū. Similiter ratio eligendi aliquid est vt ex hoc q̄ ducit ad finē possimus consequi finē. Per id autē q̄ est impossibile nō potest quis consequi finē. Cuius signū est q cū in consultādo peruenerint homes ad id q̄ est impossibile: discedunt quasi nō valentes vlterius procedere. Voluntas igit cōpleta nō est nisi de possibili. Sz volūtas incōpleta q̄ dicit a q̄busdā velleitas: pōt esse de impossibili: qz scz vellet illud si esset possibile. Et qz electio nominat actū voluntatis determinatū ad id q̄ est hic agēdum: ideo nō potest esse de impossibili. Et q̄ Benedictus dicit in regula: q si prelatus aliquid precepit impossibile a subdito est tentandum. Hoc ideo dicit quia an aliquid sit possibile vel non: subditus non debet suo iudicio diffinire: sed in vnoquoq; iudicio superioris stare. Electio autem non est ex necessitate in homine: quia quod possibile est non esse: nō necesse est esse. Huius ratio ex duplici hominis potestate accipi potest secundum beatum Tho. vbi. s. arti. vj. Potest enim homo velle z non velle: potest agere z non agere: potest agere hoc vel illud: z velle hoc vel illud. Cuius ratio ex ipsa virtute rationis accipitur. Quicquid enim ratio potest apprehēdere vt bonum: in hoc voluntas tendere potest: potest autem ratio apprehendere vt bonum: non solum hoc quod est velle aut agere: sed etiam hoc q̄ est non velle aut non agere. Et rursus in omnibus particularibus bonis potest considerare rationem boni alicuius: z defectum alicuius boni quod habet rationem mali. Et secundum hoc potest vnumquodq; horum bonorum apprehendere: vt eligibile. Et sic in nullo particulari bono necessario homo ex necessitate eligit. Et hoc est quod dicit philosophus in. vj. Ethic. quod electio est de his que sunt ad nos. Et hoc est quod dicit Damascenus. Electio est appetitus eorum que sunt in nobis. Et hoc est quod dicit Nemesius. Electio est appetitus eorum que sunt ad nos. Et hoc est quod dicit Boetius. Electio est appetitus eorum que sunt in nostra potestate. Et hoc est quod dicit Augustinus. Electio est appetitus eorum que sunt in nostra potestate. Et hoc est quod dicit Anselmus. Electio est appetitus eorum que sunt in nostra potestate. Et hoc est quod dicit Bernardus. Electio est appetitus eorum que sunt in nostra potestate. Et hoc est quod dicit Hugo. Electio est appetitus eorum que sunt in nostra potestate. Et hoc est quod dicit Richardus. Electio est appetitus eorum que sunt in nostra potestate. Et hoc est quod dicit Petrus. Electio est appetitus eorum que sunt in nostra potestate. Et hoc est quod dicit Petrus Lombardus. Electio est appetitus eorum que sunt in nostra potestate. Et hoc est quod dicit Petrus Comestor. Electio est appetitus eorum que sunt in nostra potestate. Et hoc est quod dicit Petrus Cantor. Electio est appetitus eorum que sunt in nostra potestate. Et hoc est quod dicit Petrus Cellensis. Electio est appetitus eorum que sunt in nostra potestate. Et hoc est quod dicit Petrus Damianus. Electio est appetitus eorum que sunt in nostra potestate. Et hoc est quod dicit Petrus Abelardus. Electio est appetitus eorum que sunt in nostra potestate. Et hoc est quod dicit Petrus Alfonsi. Electio est appetitus eorum que sunt in nostra potestate. Et hoc est quod dicit Petrus Hispanus. Electio est appetitus eorum que sunt in nostra potestate. Et hoc est quod dicit Petrus Ram

gibile aut fugibile.Solum autem perfectum bonum quod est beatitudo:non potest ratio apprehendere sub ratione mali aut alicuius defectus:z ideo ex necessitate homo beatitudinē vult: z non potest velle non esse beatus:aut esse miser.Electio autem cum non sit de fine:sed de his que sunt ad finem vt dictum est: non est perfecti boni quod est beatitudo:sed aliquorum particularīū bonorū:z ideo homo non ex necessitate:sed libere eligit.

§.II.Circa materiam electionis

potest induci illud ps.lxiiij.Beatus quem elegisti z assumpsisti inhabitabit in atrijs tuis.Signanter autem dicit in singulari.Beatus quem elegisti ꝛc.Nam vt dicit saluator Mat.xx.Et iterum.xxij.pauci sunt electi.Nec est contra hanc sententiam illud qđ Joannes dicit de electis.Apocal.vij.Vidi turbam magnam quā dinumerare nemo poterat ex omnibus gentibus et tribubus z populis z linguis stantes ante thronum.Nam electi etsi in se pre multitudine a nobis quasi innumerabiles sunt: respectu tamē reprobōrū pauci sunt.Exēpli gratia.Sextarius vel saccus arene in se quasi innumerabilis est:respectu tamē totius arene maris quid paucum est.Sic z electi respectu prauorum pauci sunt:z isti demum beati.iuxta illud quod dictum est per ps.lxiiij.Beatus quem elegisti z assumpsisti inhabitabit in atrijs tuis.Ubi possunt notari tres electiones fm deum.

Electi ly sunt quasi innumerabiles tamē sunt pauci respectu dā natorum.

¶Prima est eternalis ad supernā felicitatem:ibi.Beatus quē elegisti.

¶Scda est rōnalis ad humanā dignitatem:ibi.z assumpsisti.

¶Tertia electio est virtualis per nostram voluntatem:ibi.inhabitabit in atrijs tuis.

§.III. Prima igitur electio est

dei ab eterno:qua videlicet elegit ex toto humano genere beatificandos in gloria.de aqua apostolus ad Ephe.j. inquit. Benedixit nos deus in benedictione spirituali.i.plena benedictione in celestibus.i.in gloria in christo.i.per merita christi:sicut elegit nos in ipso ante mundi constitutionem.Qui autem z quot sunt isti electi solus ille nouit qui eligit.Unde z in ecclesie oratione dicitur.Soli deo est cognitus numerus electorū in superna felicitate locandus:nos autē etsi per certitudinē scire nō possumus:per aliqua tamen signa data ab ipso in scriptura cōiectrare valemus.Et vt hec signa in nobis experiantur:hortat Petrus apostolus in.ij.Can.c.j.dicens.Satagite vt per bona opera certam vestram vocationē z electionem faciatis .Hec autē signa sunt tria que notat sapiens Eccles.xlv.dicens.Elegit eū dominus ex omni carne:z dedit illi coz ad precepta:z legem vite z discipline.Ubi tria nota signo huius electionis.

Tria signa electionis.

¶Primum est abdicatio malarum delectationum:ibi. Elegit eum dominus.

¶Secundum est obseruatio diuinorum preceptorum:ibi.Dedit illi coz ad precepta.

¶Tertium est frequentatio sacrorum eloquiorum:ibi.Legem vite z discipline.

Quantū ad primū:q̄uis proprie loquat sapiens de Moyse:tamen z intelligi potest de quolibet alio electo.Unde z hoc canit ecclesia de beato Thoma de Aquino:z de quibusdā alijs.z vult dicere q̄ quē deus eligit extra:hic ab omni carne id est delectatione carnali.delebit inquit dominus ad Noe in figurā omnē carnem.Est enim multiplex caro.s.leonū:vitulorum porcorum:canum:hominū:z huiusmodi.Et caro quidē leonis est delectatio: quā sibi querūt superbi in honoribus suis.Caro vitulorum est cō placentia:quā sibi querunt gulosi in crapulis suis z ebrietatibus.Caro porcorum est voluptas lasciuorum:quam querunt in immunditijs suis.Caro hominum est delectatio sensualis:quā habent aliqui ad suos propinquos z amicos:z sic de alijs. Debet igit Dominus aquis diluuij infernalis delere omnem carnem.i.omnes in carnalibus z vitijs se delectantes.Et hoc est etiā qđ ait apostolus.Caro z sanguis regnum dei non cōsequētur.j.Corin.xv.id est delectationes prauas sequentes. Impossibile enim est ait Hiero.vt presentibus quis z futuris fruatur bonis:z de delicijs transeat ad delicias.Unde z saluator ad discipulos electos ad supernam felicitatem ait Joan.xv.Ego elegi vos de mundo.i.de vitijs z delectationib⁹ mundi.Et ad Ephe. j.apostolus ait.Elegit nos.s.deus vt simus sancti z immaculati.Sic fuit electus beatus Tho.a deo extractus de aquis mundane vanitatis z delectationis velut alter Moyses.De quo dicitur ad Heb.xj.q̄ elegit magis affligi cum populo dei q̄ temporalis peccati habere iocunditatē.patet aūt hoc pmaxime in beato Tho.ex gestis circa puellam ad eum introductam ꝛc. Quantum ad secundum.Certum est q̄ electus dei voluntatem habet efficacem ad obseruandum diuina mandata que sunt de actibus virtutum.Unde ps.ait.Mandata tua elegi.s.ad obseruandum.Ad quod tamē necessaria est diuina gratia:que z velle facit:z obseruare ipsa dei mandata.Unde dicitur in dicta auctoritate.dedit illi.s.deus:coz.i.voluntatem ad precepta scilicet obseruanda.Ad efficacem autem voluntatem semper sequitur operatio:si adsit possibilitas.Sicut autem illi qui verentur et multum diligunt aliquem superiorem seu prelatum:non solum precepta facta ab eo sub graui pena:sed etiam simplicia munita habent ea vt debita obseruari.;Sic z electi dei non solum precepta legis eius:sed etiam simplicia documenta z consilia cōtur seruare si possunt:z ita bona inchoant:vt ad perfectiora se extendant.Unde Greg.super Ezech.Electi quiq̄ sic ad bona tēdunt vt ad mala perpetranda non redeant:qui enim perseuerauerit vsq̄ in finem:hic saluus erit.Et sicut per Salomonem dicitur.Justorum semita quasi lux splendens procedit:z crescit vsq̄ ad perfectum diem.In eorum nanq̄ animo bonum desiderium atq̄ intellectus lucis intime iam pars diei est.Sed quia vsq̄ ad finem vite in virtute proficiunt.de pe.dist.ij.non reuertebantur.sicut Moyses seruauit mandata:sic be.Tho.a puericia sua diuina cepit seruare mandata:nunc̄ eorum aliquod transgrediendo:q: nunc̄ commisit mortale peccatum:z amplectens diuina etiam consilia per ingressum religionis semper profecit: vt patet in legenda.Quantum ad tertium:nota q̄ quem deus eligit infundit sibi magnum effectum circa diuina eloquia vnde z ipse qui sapientia eterna est dicit.Magis q̄ aurum z argentum sapientiam eligite.Prouer.viij.Sapientia precipue dicit scriptura sacra fm be.Tho.in.j.par.q.j.q: plenius z verius docet de diuinis q̄ quecunq̄ alie doctrine.Dicit ergo sapiens q̄ dedit illi legem vite z discipline.s.ad intelligēdum z docēdum. Et dicitur lex vite:q: vitam confert anime obseruantis.Non solum enim illuminant intellectum diuina eloquia:sed etiam accendunt affectum.Nunquid non verba mea sunt quasi ignis. dicit dominus per Hiere.xxiij.quasi diceret vtiq̄:q: incendunt ad dilectionē anime.Unde dicit Sap.vij.Infinitus thesaurus est hominibus sapientia:quo qui vsi sunt participes facti sunt amicitie dei:sicut autē Moyses fuit eruditus in omni scientia Egyptorum z Chaldeorum.Act.vij.z maxime in diuina sapientia.sic beatus Tho.eruditus fuit in scientia tam seculari q̄ diuina et per maxime in theologia:quā z magno studio z orationis suffragio acquisiuit:vt patet in legenda.

Fructus diuise electionis.

§.IIII. Secundum genus electionis fm deum existens est ad humanam dignitatem quando est rationabiliter factum:que notari potest in eo quod dicit ps.z assumpsisti.Assumi dicitur communi locutione: qui ad altius aliquid sumitur communi statu.Unde Apostolus ad Heb.v. Omnis pontifex ex hoibus assumptus.s.est.Et cū Paulū z Barnabā dns elegit ad predicandū gentibus qđ est officiū presidētiū:dixit.Segregare mihi Paulum z Barnabam in opus ad qđ assumpsi eos.Act.xiij.Et homines qui dē errare possunt in eligendo seu assumendo indignū:sed deus errare non potest.z ideo Beatus quem eligisti z assumpsisti.Et non solum beatus est qui assumitur a deo in prelationem rationabiliter exercens eam:sed z beatissimus super alios.Unde Aug.Nihil difficilius z laboriosius z periculosius est episcopi vel presbyteri vel diaconi dignitate:sed apud deum nihil beatius:si eodē modo militetur quo imperator noster precepit.dist.xl.ante omnia.Ad hoc autem vt ista electio sit rationabilis tria requiruntur.

Felicitatē huius mundi et vite eterne impossibile est habere.

Ad dictionem rationabilem tria requiruntur.

¶Primum est q̄ fiat sine precedenti ambitione.

¶Secundum q̄ fiat congruenti assumpti dispositione.

¶Tertium q̄ fiat concurrenti regulari consensione.

Quantum ad primū dicit beatus electus:non qui se ingerit ad dignitatem:sed qui assumitur a deo z hominibus.Ut enim dicit Leo papa.Principatus quem metus extorsit aut ambitus occupauit:etiā si moribus aut actibus suis nō offendat:ipsius tamen initij sui est pernitiosus exēplo.j.q.j.principat⁹.Et Chrys. Qui desiderauit principatum in terra:inueniet confusionem in celo:sicut dominus elegit seruū suū Dauid in regē:qui nō quērebat neq̄ cogitabat de regimine:sed oues custodiebat in deserto.Non autem elegit aliquem alium ex septem fratrib⁹ eius de quibus secundum apparentiam videbat Samueli. hist. vide.j.

vide. j. Reg. xv j. Scõm qõ requiritur est cõgrua dispositio eligendi seu assumendi: in etate videlz conuenienti secundum canones: scientia competenti: z vita decenti. vt extra de elec. cum in cunctis. Sic dominus Jesus elegit primos rectores et pastores non pueros: quos sapientia sua doctissimos fecit: et sanctitate perfectissimos: dicens eis. Joan. xv. Ego vos elegi vt eatis z fructum afferatis. s. conuersionis animarum. Hinc z Symmachus papa. Utilissimus cõputandus est nisi precellat scientia et sanctitate: qui est honore prestantior. j. q. j. vilissim⁹. Quantum: ad tertium: vt scilicet rationabiliter fiat electio ad dignitatem requiritur consensus eligentium omnium vel maioris partis: qui remota omni affectiõe persone et munere pecunie z prece eligere debent quem credunt magis proficere. Unde Moyses principatum suum non dimisit filijs siue consanguineis: sed extraneis de alia tribu. s. Jesu naue. Sed nũc vt ait Hiero. plurimi querunt columnas in ecclesia erigere: non quos plus cognoscunt ecclesie prodesse. Sed quos vel ipsi amant: vel quorũ sunt obsequijs deliniti: vel pro quibus maiorum quispiam rogauerit: et vt deteriora taceam: qui vt clerici fierent muneribꝰ impetrauerunt. viij. q. j. Moyses. Et ideo in huiusmodi electionibus premitti debet oratio: vt fecerunt apostoli in electione Mathie dicentes. Tu domine qui corda omnium nosti ostẽde quẽ de his duobus elegeris. Act. j. Sic be. Tho. ad dignitatẽ magisterij assumptus fuit: non hoc querens: sed coactus obedientia: vt patet ex legenda.

Abusus ecclesiasticorũ.

§. V. Tertia electio est ducẽs ad

beatitudinem: que fit virtualiter per nostram voluntatẽ: quod notatur ibi. Inhabitabit in atrijs tuis. Non dicit ponetur vel ligabitur sed inhabitabit idest voluntarie stabit in atrijs tuis. Atria erant porticus seu claustra circa templũ: per que accedebatur ad ipsum z significant habitacula seu conditiones virtutũ per quas ptz accessus ad templũ militantie z triumphantis ecclesie. Nullus autẽ cogitur ad virtutes: sed electione propie voluntatis in eas ingreditur: z inhabitat quis. Uñ Amb. Volũtariũ sibi militẽ elegit christus. Voluntariũ sibi seruũ diabolus auctionatur. xv. q. j. non est. Sunt autem precipua tria dñi atria in quibus voluntas electorum eligit inhabitare.

Tria sũt atria domini.

¶ Primum est sui humiliatio.

¶ Secundum est dei contemplatio.

Tertium est aduersi toleratio.

De primo dicit Ps. lxxxiij. in persona cuiuslibet electi. Elegi abiectus esse in domo dei. i. despectus z contemptus. Uñ z quasi se declarans: dixit Michol vxori sue. Utilior fiam plus q̃ factꝰ sum z humilis ero. ij. Regum. vj. Ut enim dicit Greg. Euidentissimum signum electorũ est humilitas: sicut reproborum superbia. De humilitate beati Thome habes quando associauit illũ procuratora extra pro negotijs cõuentus et in occultatiõe sue scientie: vt patet in legenda. Secundum atriũ in quo eligit voluntas sancti inhabitare: est cõtemplatio. Hic eñ reperit magnã quietem et gustũ suauẽ dei. Unde saluator de hac loquẽs ait. Maria scilz Magdalena optimam partem elegit que non auferetur ab ea. Hic enim incipit vita cõtemplatiua: nec deficit in alia vita vt actiua sed perficitur. Ad hanc tamen non est idoneus nisi pene purgatus a passionibus. Unde in figurã dicitur Exod. xix. Bestia que tetigerit montem scilz contemplationis lapidabitur lapidibus scz errorũ z phantasiarũ irrationabilium. Bestia significat hominẽ passionatum z rudẽ. Permaxime hoc atrium inhabitauit be. Tho. qui frequenter rapiebatur in ecstasi: vt ptz quãdo crucifixus ei locutus est Neapoli: et alibi. Tertium atrium est toleratio aduersorum. Eligunt eñ sancti propositio voluntatis sustinere omnia aduersa patienter Unde de sanctis illis Machabeis dicitur: quod elegerunt magis mori quam cibis inquinari immundis et noluerunt infringere legem dei. j. Machab. j. vt scilicet euaderent mortem sustinentes fortiter cruciatus. Sed et deus vt dicit Greg. ab electis suis temporali afflictione maculas peccatorum studet tergere quas in eꝰ in eternum non vult videre. de pen. disn. j. si peccatum. Hoc igitur considerantes electi eligũt sponte z aliquãdo desiderant pati aduersa. Sic et beatus Thomas patienter portauit molestias ꝛc. Sed et si quid patimini propter iustitiam beati primo. Pet. iij. Et Matthei quinto. Beati qui persecutionem patiuntur propter iustitiam ꝛc. Beatus ergo quem elegisti ꝛc.

Luce. x.

¶ De consilio. Capitulũ. viij.

De cõsilio q̃ pcedit electio

Luce. xxij.

Decõsilio q̃ precedit electionẽ quid sit: de quo dr Eccli. xxxij. Omnia fac cũ cõsilio. s. rationis. Ubi sciendũ q̃ consiliũ est quedam mentis inquisitio. Pro cuius declaratiõe dicit be. Tho. j. ij. q. xiij. arti. j. q̃ electio vt dictũ est cõsequitur iudicium rationis de rebus agendis. In rebus autẽ agẽdis multa incertitudo inuenit: qz actiones sunt circa cõtingentia singularia: que ppter sui variabilitatẽ incerta sunt. In rebus aũt dubijs z incertis ratio nõ profert iudiciũ seu sententiã absq̃ precedenti inquisitione: z ideo necessaria est inquisitio rationis ante iudiciuz de eligendis. z hmõi inquisitio consilium vocat. Propter qõ phs dicit in. iij. Ethic. q̃ electio est appetitus preconsiliati. Pertinet autẽ cõsiliũ nõ solũ ad rationẽ: sed etiã ad voluntatẽ: sicut z electio etiã. Nã in actu volũtatis qui est electio apparet aliq̃d rationis. s. ordo. Et in cõsilio qõ est actus rationis apparet aliq̃d voluntatis sicut materia: qz consiliuz est de his que homo vult facere: z etiã sicut motiuũ: qz ex hoc q̃ homo vult finẽ mouet ad consiliandũ de his que sunt ad finẽ. z ideo sicut phs dicit in. vj. Ethic. q̃ electio est intellectꝰ appetitiuꝰ vt ad electionẽ vtrũq̃ cõcurrere ostendat. Ita Damas. dicit q̃ cõsiliũ est appetitus inquisitiuus: vt consiliũ aliquo modo pertinere ostendat ad volũtatẽ: circa quã z ex qua fit inquisitio et ad rationẽ inquirẽtẽ. Cũ aũt dicit apls ad Ephe. j. de deo: q̃ operat oia fm consiliũ volũtatis sue. Sciendũ fm Tho. vbi. s. q̃ cũ in nobis ex inquisitiõe que dr consiliũ: pueniat certitudo iudicij seu sententie: consiliũ inquantũ attribuit deo importat solũ certitudinẽ sentẽtie et iudicij: nõ aũt inquisitionẽ que fit per discursum. Et fm hoc dicit Damas. q̃ deus nõ consiliat. Ignorantis enim est cõsiliari: qõ in nobis est: nõ in deo. Quãuis aũt virginitas z hmõi sint bona certa nõ dubia. Certa quidẽ sunt fm sententiã sapientũ z spiritualiũ virorum. Sed incerta sunt fm sensum carnalium hominum q̃ plurium: z ideo nõ incongrue de his dantur consilia. iuxta illud. j. Cor. vij. De virginibus preceptũ domini nõ habeo: consilium autem do.

Ad quaz potentiaz consiliuz pertinet.

§. I. Cõsiliũ de quibus rebus sit.

Ubi nota q̃ fm be. Tho. vbi. s. ar. ij. Consilium est tantũ de his que sunt ad finẽ: vt dicit Greg. Nicenꝰ. Cuius ratio est: qz finis in operabilibus habet rationẽ principij eo qõ rationes eorũ que sunt ad finẽ ex fine sumunt. Principium autẽ nõ cadit sub questione seu inquisitione: sed principia oportet presupponere in oi inquisitione. Uñ cũ cõsiliũ sit questio seu inquisitio. De fine nõ est consiliũ sed solũ de his que sunt ad finẽ. Contingit tamen q̃ id qõ est finis respectu quarundam operationum ordinari ad aliũ finẽ. Est etiã consiliũ de his que sunt in nobis: z que p nos fieri possunt: vt dicit Grego. Nicenus. Nã si de factis aliorũ cõsilium querimus: hoc est inquantũ reputant vnũ nobiscũ: vel per vnionẽ affectus: sicut in factis amicorũ consiliamur: vel per modũ instrumenti. Nã agens instrumentale z principale sunt quasi vna causa: cũ vnũ agat per alterũ: z sicut dñs consiliat de his que sunt agenda p seruũ: fm hec. Tho. vbi. s. Pro maiori declaratione sciendũ q̃ consiliũ ppie importat collationẽ inter plures habitã: nõ tamen quouncunq̃: qz nõ vniuersaliũ z necessariorũ: sed de rebus agendis: qõ etiam ipsum nomen designat. Dicit eñ consiliũ quasi consiciũ: eo q̃ multi cõfident ad simul conferendũ. Est autẽ cõsiderandũ q̃ in particularibus contingentibus ad hoc q̃ aliquid certũ cognoscat plures cõditiones seu circũstantias: cõsiderare oportet quas ab vno non est facile considerare: sed a pluribus certius reperiuntur: vñ qõ vnus cõsiderat alij nõ occurrit. In necessarijs et vniuersalibus non sic: sed per se vnus sufficere potest. Appetitur autẽ cognitio veritatis in hmõi: nõ q̃ p se habeat aliq̃d magnũ: vt cognitio vniuersalium z necessariorũ: sed appetit fm q̃ est vtilis ad operationes qz actiones sunt circa cõtingentia: et ideo ppie consiliũ est de his que agunt a nobis. Fit etiam consultatio de futuris eventibus: qui nõ sunt in nostra potestate. Sed hoc est inquantũ per futuros euentus cognitos homo dirigitur ad aliquid faciẽdũ vel vitandum. Et sic consiliũ est nõ solum de his que agunt sed etiam de his q̃ ordinant ad operationes. De his autẽ duobus quãuis agant a nobis nõ dicitur esse consiliũ: quãuis ordinent ad finẽ vt dicit phs. s. de rebus paruis que parũ iuuãt vel impediunt. Qõ autẽ parũ est quasi nihil accipit ratio. Secundũ est de quo nõ consiliamur. Ea que determinata sunt qualiter fieri debeant: sicut est in operibus artiũ que habẽt certas vias ope-

Cõsiliũ est de his que a nobis agũntur.

Consiliũ dr quasi considiũ.

De duobus non consiliamur.

randi:sicut scriptor nō consiliaf quo literas trahere debeat. In operibus ergo artiū nō est cōsiliū preterq̄ in operibus artium que sunt coniecturales. vt dicit Greg. Nicenus. vt puta negotiatiua ⁊ medicinalis. Quāuis aūt electio sit de ómnibus his que agunt per nos: ⁊ electio presupponat consilium: hoc nō est nisi ratione iudicij ⁊ sententie q̄ presupponatur cōsilium in electione. Uñ quando iudiciū vel sententia manifesta est absq̄ inquisitione nō requirit consilij inquisitio. In rebus enim manifestis ratio non inquirit: sed statim iudicat.

§. II. In consilio quo procedatur.

Ubi sciendū q̄ vt dicit ph̄s in. iij. Ethic. Ille qui consiliaf videtur querere ⁊ resoluere: ⁊ sic proceditur modo resolutorio. Q̄d sic declarat be. Tho. vbi. §. arti. v. In oi inquisitione oportet incipere ab aliquo principio: q̄d quidē si sicut est primū in cognitione: ita etiā sit prius in esse: nō est pcessus resolutor⁹ sed magis cōpositiuus. Nā cause sunt simpliciores effectibus. Si autē id q̄d est primū in cognitione sit posterius in esse: est pcessus resolutorius: vt pote de effectibus manifestis iudicamus resoluendo in causas simplices. Principiū aūt in inquisitione cōsilij est finis: qui quidē est prior in intentione: posterior tñ in esse. Et ꝑm hoc oportet q̄ inquisitio consilij sit resolutoria: incipiēdo. ſ. ab eo q̄d in futuro intenditur quousq̄ perueniat ad id q̄d statim agendū est. Et quāuis cōsiliū sit de his que agunt a nobis ⁊ operationes nostre nō procedant modo resolutorio: sed magis cōpositiuo: scilicet de simplicibus ad cōpositas: tñ ratio operationum accipitur ex fine. Et hinc est q̄d ordo ratiocinādi de operationibus est contrarius ordini operandi. In ipsa autē inquisitione cōsilij nō est processus in infinitū. Sed ipsa inquisitio consilij est actu finita ex duplici parte. ſ. ex parte principij ⁊ ex parte termini. Accipitur autem in inquisitione cōsilij duplex principiū. Unū proprium ex ipso genere operabilium. Et hoc est finis de quo nō est cōsiliū vt dictū est: sed supponitur in cōsilio vt principiū aliud quasi ex alio genere assumptū. Immōi aūt principia que in inquisitione cōsilij supponunt. sunt quecunq̄ per sensum accepta sunt: vt pote q̄ hoc sit panis vel ferrū. Et quecunq̄ sunt per aliquā sciētiā speculatiuā vel practicā in vniuersali cognita. Sicut q̄d mechari est prohibitū a deo: ⁊ q̄ homo nō pōt viuere nisi nutriatur cōuenienti nutrimento: ⁊ de his nō inquirit cōsiliator. Terminus autem inquisitionis est id q̄d statim est in potestate nostra vt faciam⁹. Sicut eñ finis habet rationē principij: ita id q̄d agit propter finē habet rationē cōclusionis. Uñ id q̄d primo agēdū occurrit habet rationē vltime cōclusionis ad quā inquisitio terminat. Nihil autē ꝓhibet cōsiliū potentia infinitū esse: ꝑm q̄d in infinitum possunt aliqua occurrere consilio inquirenda. Et licet in singularibus contingentibus nō possit aliq̄d certū accipi simpliciter: tamē vt nūc ꝓout assumit in operatione: pōt accipi vt certum. De consilio loquens Psal. ait. Deus glorificatus est in cōsilio sanctorū. Sancti ex consilijs que sibi assumunt ⁊ aliis tribuunt: ostendunt magnā sapientiā ⁊ prudentiam: cum ex eis multis obuiēt malis: ⁊ magna bona procurent: ⁊ cum hanc sapiētiam ⁊ prudentiā ex se non habeant sed a deo: inde glorificatur deus ab hominibus: magnificatur ⁊ exaltatur ex ipso consilio sanctorum: q̄d patet per exempla. Nam sanctus Joseph prenuntiata fertilitate septem annorū fructuum terre: et exinde maxima sterilitate septem aliorū annorum ꝑm somnium Pharaonis: consilium dedit ipsi regi Pharaoni: vt in annis fertilitatis reponeret maximam quantitatem frumenti ad prouidendum sterilitati: seu penurie venture. vt habetur Geñ. xlj. Quo facto mirabiliter glorificatus est deus ex consilio ⁊ prouidentia sancti illius. Sic sanctus Daniel pulsq̄ declarauit regi Nabuchodonosor terribilem sententiam ei imminentem ꝑm somnium eius dixit. Placeat tibi o rex consilium meum ⁊ peccata tua eleemosynis redime. Dañ. iiij. Quibus peractis dilatata est sententia per annum: quā postea incurrit per superbiam. Sed ex consilio ⁊ oratione Danielis infra tempus statutū sue mutationis in animal brutum ꝑm apparentiā: reducebatur aliquando ad sensum ꝓprium: et defiens peccatū suū reuertens ad statum ꝓstinum repositus est in regno suo: ⁊ inde glorificatus est deus ex consilio ⁊ adiutorio Danielis. Sic ⁊ sanctus Nathan ꝓpheta. iij. Reg. j. consulens Bersabee vt postularet a Dauid regnū ꝓ filio suo Salomone: ne Adonias ipm regnū vsurparet cū consilio complicū suorū: seruato consilio a Dauid regnum filio obtinuit: destructo consilio ⁊ cōiuratione Adonie cum suis: ⁊ sic glorificatus est deus. Significat autē Bersabee ecclesiam vxorem Dauid .i. christi que edocta a spiritu sancto ⁊ consilio eius directa: postulat a christo regnū eternum ꝓ vero filio suo quolibet. ſ. iusto timens ne ei auferatur ad Adonia. i. a diabolo cum satellitibus suis: quo obtento glorificatur deus in consilio sanctorū destruens per eos consilia malignorum: sicut destruxit per Chusi amicum Dauid consilium Achitophel quod erat contra bonū populi. qui Achitophel erat tante reputationis in consilijs q̄ omnes homines ad eum recurrerent sicut ad deum. ij. Reg. xvj. Et hoc in figuram ad significandum quod consilia principum tyrannorum philosophorum et demonum. exquibus intendebant populum dei subuertere: visitauit deus per amicos suos. ſ. apostolorum: martyrū et doctorum. Juxta illud Job. xij. Adducit. ſ. deus consiliarios in stultum finem. Sic ⁊ Phariseorum qui abiere ⁊ consilium fecerunt cum Saduceis vt caperent eum in sermone: scilicet Jesum. confusi sunt et deus glorificatus est Matth. xxij.

§. III. Est autē sciendū q̄d triplex est genus consilij.

¶ Primū est consilium internale q̄d quis sibīpsi infert.

¶ Scōm est consiliū particulare q̄d quis alteri affert.

¶ Tertiū est consiliū generale q̄d quis cōmunitati confert.

Consiliū primū. ſ. internale est q̄d quis facit in semetipso cum videlicet aliquid occurrit agendum dubium: inuestigat ratio si illud est bonum vel malum: ⁊ si bonum: quibus medijs vtendū sit: adducendo diuersa exempla in se quibus possit illud iudicari bonum vel malum. Et de hoc ō: sme consilio nihil facias: ⁊ post factum nō penitebis. Eccli. xxxij. Q̄d intelligit venerabilis Cassianus de consilio interiori. Et Salomon Prouerb. xiij. ait. Astutus. i. prudens omnia facit cum consilio: ⁊ intelligitur omnia scilicet que sunt dubia vbi consiliū exigitur. Nam de certis ⁊ necessarijs simpliciter vel ex suppositiōe alicuius finis nō oportet consiliari: q̄ ratio absq̄ inquisitione que pertinet ad cōsilium subito iudicat illud agendum. Non enim oportet eum q̄ vult viuere consiliari: si debet comedere: q̄ hoc necessarium est ⁊ certum. Et similiter qui vult saluari non oportet consiliari de obseruandis preceptis: quia hoc certum et necessarium est. iuxta illud Matth. xix. Si vis ad vitam ingredi serua mādata. Nec oportet vti velocitate seu precipitatione: sed magis maturitate. Unde Calistus papa. Non precipitemus inquit consilia ⁊ opera nostra. Nos enim tēpore egemus: vt aliquid maturius agamus. dist. I ponderet. Et Aristo. in lib. Ethic. Oportet quidem tarde consiliari: velociter autem exequi consiliata. Non solum autem consilio mentis inuestigandum est: si opus agendum sit bonum vel malum sed etiam quod est bonum vel melius: vt melius eligatur cessante impedimento. Uerbi gratia. Cum inquirit quis in seipso vtrum debeat matrimonium contrahere: vel solutus manere: cōsideret bona vel mala: grauamina vel leuamina: que inde sibi contingere possunt. Nam vxorem ducendo: si ipsa erit vana vel iracunda male sibi habebit ⁊ paruz quietis: vt eñ dicit Eccli. xxv. Non est ira super iram mulieris: ⁊ non est malitia sup malitiam eius. Oportebit etiam te solicitari quomodo ei placeas: sed ⁊ de expensis ornamentorum eius ⁊ gubernatione familie prouidere tibi necessarium erit: ⁊ parum temporis valebis deo vacare. Q̄d si solutus remanes: tui soli cure incumbis: contentiones ⁊ querelas mulierum vitabis: suspicionibus multis carebis: ⁊ q̄d deo est placitum poteris facere ⁊ meritum augere. Primū igitur sez matrimonium: etsi bonum sit: secundū tamē sez cōtinētia virginalis. vnde ap̄s. j. Cor. vij. Si nupserit virgo nō peccauit. Et postea. Qui matrimonio iungit virginez suam bene facit: ⁊ qui nō iungit melius facit. Uerum q̄ omnes capiunt verbum. si quis videtur continere nō posse: melius sibi est matrimonium cōtrahere. vnde apostolus in. d. c. Melius est nubere q̄ vri. i. diuersis vitijs carnalibus incendi. Secundum consilium est particulare quod alter exhibet alteri. Cum eñ q̄s nō est sufficiens sibi ad consilium capiendum circa agenda: ab alio consilium accipere debet. Quinimo circa propriam vitam: ⁊ obscura pertinentia ad conscientiam sibi credere nō debet: sed cōsiliari cum peritis ⁊ bonis: vel ex libris doctorum. Unde Tobie. iiij. dicitur. Consilium semper a sapiente perquire. Dicitur autem quis sapiens dupliciter. Uno modo ꝑm quid. Alio modo simpliciter. Sapiens ꝑm quid dicitur qui bene iudicat de fine alicuius artis vel ministri: ⁊ de his que ducunt ad illum finē. Et sic dicitur sapiens medicus qui bene iudicat: ⁊ de sanitate ⁊ de medicinis conferētibus eam. Et sapiens negotiator dicitur qui

In inq̄sitione cōsilij nō est ꝓcessus in infinituz.

Exēpla cōsiliorū sanctorū.

Cōsiliū internale est q̄d quis facit in se ipso.

Cōsiliū est maturare agēdū.

Matrimonium an si: contrahēdi.

Aliq̄s dr sapiens dupl̄r.

qui bene iudicat de lucro acq̃rẽdo z de medijs ad ip̃m: et sic de alijs. Sed sapiens simpliciter dr qui bene iudicat de vltimo fine totius vite humane qđ est deus: z de perducẽtibus ad eum. Et hic est verus sapiẽs et virtuosus. Quia igitur Tobias dicit. A sapiente sine alia additione. primo et principaliter consiliũ querendũ est a virtuoso: etiam a sapiente. i. docto. in factis conscientie. Neq; eñ a medico quis querit consiliũ. s. de negotiatione: sed a docto negotiatore. Nec a negotiatore de medicinalibus: sed a perito medico. z sic de alijs. Multo magis de pertinentibus ad aiam. Ubi sunt maiora dubia et magis periculosa nõ debet quis indifferenter consilium querere a quibuscũq; : sz virtuosis doctis z practicis. Uñ Eccli. xxxvij. dr. A consiliario malo serua aiam tuam. i. caue tibi. Et qui sint mali consiliarij a quibus cauendũ sit: quasi declarans dicit. Cum viro irreligioso tracta de sanctitate: z cum iniusto de iustitia: z cum muliere de his que emulatur. Cum timido de bello. Cum negotiatore de traiectione. Cum emptore de venditione. Cum viro liuido de gratijs agendis. Cum impio de pietate. Cum inhonesto de honestate. Cũ operatio agrario de omni opere. Cum operatio annuali de cõsummatiõe anni. Cum seruo pigro de multa operatione. Non attendas his in omni cõsilio. Et ex hoc vltimo dicto ptz q̃ locutio Ecclesiastici est per ironiã: quasi diceret. Cũ predictis nõ habeas cõsiliũ. Et subdit. Cor boni cõsilij statue tecum. Non est eñ tibi aliud plus illo. Sciendũ insuper q̃ illud quod dicitur Prouer. xj. Ibi salus vbi multa cõsilia: nõ sic intelligendum est quoad incipientes benefacere z simplices: tanc̃ quis multorũ hoim: seu a multis debeat inquirere consiliũ de directione vite sue. Nam hoc faciens audiet diuersa consilia: et aliquando sibi contraria. Unde in mente sua confundetur: nescies quid magis sequatur. Sed vnũ vel paucissimos assumat: in quo causam habeat confidendi: vt quia bonus et practicus: et qui cognoscit eius conditiones: vnde melius potest consulere. Sicut medicus qui diu habuit curam alicuius: z scit cõplexionem z accidentia eius: vtilius põt mederi: nec multũ laudatur hoc sepe variare medicum. Unde vulgari puerbio dicitur. Quante rr̃utate tante caduce. Multa igitur cõsilia querenda sunt ab incipientib⁹ z simplicibus: sed non a multis: sed ab vno de multis agendis. Unde Eccli. vj. dicitur. Multi pacifici sint tibi. Et consiliarius sit tibi vnus de mille. Consilium tamen q̃ manifeste apparet bonum a quocunq; detur: nunc̃ debet contẽni vel respui etiã a sapientibus. Uñ z Moyses sanctissimus et sapientissimus: consilium quod dedit sibi Jetro socer suus gentilis in audiendis causis ppli: vt sz magis arduas audiret z expediret: et ad alias audiẽdas cõsisteret sibi adiutores vt pseuerare posset et non stulto labore consumeretur: audiuit illud z seruauit. Notandũ insuper q̃ cũ quis fideliter cõsulit doctos et practicos saltem cõpetenter in illa materia: nõ tenetur illi cui consulit si inde malum ei eueniat: z parum vel nihil peccat: quia liber est ad sequendum illud vel non sequendum. Unde de reg. iur. lib. vj. nullus. Nullus ex consilio alterius obligatur: nisi fuerit fraudulentiũ. Sed si intendit decipere seu aduertenter dat sibi malum consilium peccat grauiter et tenetur de omni dãno quod inde secutum est propter illud consilium si al's non fuisset secutum. Si quis etiam poneret se ad consulendum in materia de qua non habet peritiam: vt in medicina: in iure: in factis conscientie et huiusmodi: non esset immunis a peccato. Unde Balaam postc̃ non valuit maledicere populum dei vt inde mala haberet deo impediẽte: dixit finaliter Balach regi Moabitarum qui ad hoc vocauerat eum. Pergens ad populum meum dabo tibi consilium. Nume. xxiiij. Et hoc fuit malum cõsilium: vt scilz mitteret feminas Moabitides pulchras z ornatas ad castra Jsrael: vt fornicantes cum eis: Jsraelite incurrerent iram dei: et factum est: sed de illo malo consilio punitus est cum Moabitis ipso interfecto. Tertium genus consilij est quod fit in communitatibus et vniuersitatibus: nec enim bene potest regi aliqua ciuitas vel vniuersitas absq; consilio. Unde omni tempore mundi principes et rectores ciuitatum vsi sunt concilijs et fideles et infideles. Nam et Salomon sapiẽtissimus consiliarios habuit: quorum consilium quia Roboam filius eius reliquit magnam partem regni amisit. ij. Paral. x. Et Nabuchodonosor superbissimus cum maioribus natu et ducibus habuit mysterium consilij sui de eo quod agere volebat. vt habetur Judith secundo. Sed et Romani infideles et idololatre possederunt omnem locum consilio suo z patientia: locaq; que longe erant valde ab eis: vt habetur. primi Machabeorum octauo. Apostoli quoque ad sedendam dissentionem exortam inter Paulum z Barnabam z fideles conuersos ex Judaismo circa obseruationem legalium conuenerũt in vnum z communi consilio decreuerunt quid esset agendum: vt habetur Actuum. xv. Et ob hoc instituta sunt ab ecclesia cõcilia z generalia et prouincialia celebrari: vt de communi consilio ibi habito prouideretur saluti fidelium: vt patet dist. xv. per totum. Facilius namq; inuenitur qđ a pluribus senioribus queritur. Uerus autem repromissor dominus ait. Si duo ex vobis vel tres conuenerint ꝛc. dist. xx. c. vlti.

Cõsilia que sint vtilia.

Cõsilia rõ̃ sles eligẽda.

De consilio gñali.

§. IIII. Debent autez huiusmodi

cõcilia generalia tria in se habere. Primo occultationẽ tractatorũ. Scõo intentionẽ rectã determinãdorũ. Tertio executionez diffinitorũ. Quantũ ad primũ sciendũ q̃ ea que tractanr̃ in cõciliys alicuius ciuitatis vel vniuersitatis cõmuniter debent esse alijs occulta dũ tractanr̃: al's scandala plurima cõtingere possunt. Uñ Prouerb. x. c. dr. Qui fidelis est celat amici cõmissum. Uñ narrat Ualerius Maximus: q̃ cũ esset de more Romanorũ vt patres possent filios suos paruulos ducere secũ in cõciliũ: accidit semel vt cũ quidã ex ciuibus duxisset filiũ suũ paruuluz in conciliũ: z fuisset ibi decretũ: vt qđ ibi tractatũ fuerat sub secreto remaneret. Reuertẽte ad domũ interrogauit curiosa mater eius quid ibi tractatũ esset. Cũq; illi respondisset q̃ positũ fuisset sub secreto: cepit mater ipsa blanditijs z minis ipsum cogere ad manifestandum consiliũ: qđ prudentissimus puer vt declinaret matris importunitatẽ z tractatũ in cõcilio occultũ seruaret: officioso mendacio vsus est: dicens ibi fuisse tractatum qđ quilibet vir duas posset habere vxores: qđ illa credens z alijs matronis manifestauit. Quare diuulgata per vrbẽ cõueniẽtes mulieres plurime quadã die ad locũ cõcilij accesserũt: postulantes a senatu tanc̃ equũ et ipsas duos posse accipere viros: ex quo in cõcilio decretũ fuerat viros accipere posse duas vxores. Qđ illi admirantes vnde hoc processerit: cũ hmõi nulla fuisset facta mentio: sup hoc inquirentes inuenerũt hoc ꝓcessisse ex astutia illi⁹ puri talia referentis. Uñ ad occultandũ cõsilia statuerunt nullum amplius puerũ introduci nisi illũ tantum: qui ita caute sciuisset occultare secretum. Ualde ergo male faciunt qui talia reuelãt que in secreto ponunr̃ et qui querunt ea: ab ipsis. Scõo debent consiliarij habere rectã intentionẽ in determinandis: vt nõ passione ducanr̃ ad cõplacendũ vel displicendũ his qui proponũt ea que sunt ad bonũ cõmunitatis vel cõtraria: vt nõ declinent a regula rationis. Unde z ipsa cõgregatio facta pro cõsilio habendo concilij dr a cõmuni videlicet intentione dictũ: eo q̃ intuitũ mentis oẽm in vnũ dirigant. s. ad querẽdũ bonũ cõmune. Uel consiliũ quasi cõsidiũ. d. in. l. literã trãseunte: q: simul debẽt sedere. i. mente quiescere a passionibus liberi esse ꝑm Jsiõ. dist. xv. cap̃. j. Cum ergo tractatur in concilio aliquid inquũ contra ius diuinũ: naturale: vel canonicum nõ potest dici concilium sed supercilium: quod signat superbiaz. Et vt dicitur Prouerb. xxj. Non est consiliũ contra dñm: z ipsum cõmuniter dissipaẽ. Sicut ptz in cõcilio Judeorũ: qđ fecerunt cõtra christũ ad tractandũ mortẽ ipsius: ne amitterent bona tẽporalia: ex quo tñ secutũ est vt amitterent bona temporalia z spũalia: quãdo scz colligerunt pontifices z Pharisei concilium dicentes. Quid faciamus q: hic homo ꝛc. Joã. xj. Tertio debet id qđ in cõcilio determinar̃: rationabiliter executioni mandari: al's frustra fierent concilia. Unde z lr̃a est. j. c. dr q̃ septẽ sapientes qui ex more regio semp aderant regi Asuero: scientes leges actiura malorum illorum faciebant cuncta consilio. Et hec est causa frequenter multorum malorum in regimine temporali z spirituali: q: que communi concilio determinantur non obseruantur. Uñ Josephus et Azarias: q: nõ seruauerunt qđ fuerat determinatum scilicet vt nõ exirent in prelium contra inimicos: debellati fuerunt occisis duobus milibus de exercitu suo. Et hoc q: sine consilio exierunt in prelium. vt habetur. j. Machab. v.

In consilio dz esse recta intẽtio.

Ad consiliũ rẽgrr̃ determinatorum executio.

¶ De consensu. Capñ. ix.

DEinde considerãdũ est de consensu. Et primo quod consensus pertinet ad virtutem appetitiuã: qđ patet ex hoc qđ dicit Damas. Qđ si aliquis iudicet z nõ diligat non est sententia. i. consensus. Diligere autem pertinet ad appetitiuaz seu voluntatem. Pro cuius declaratione dicit beatus Thomas. j. ij. q. xv. artic. j. quod consentire importat applicationem sensus

Not. pulchram hystoriam.

ad aliquid. Est autem proprius sensus quod est cognoscitiuus rerū presentiū. Vis em imaginatiua apprehensiua est similitudinū corporaliū: etiā rerū absentiū: quarū sunt similitudines. Intellectus autē est apprehensiuus vniuersaliū rationū quas potest apprehendere indifferenter: et absentibus z presentibus singularibus. Et q̄ actus appetitiue virtutis est quedā inclinatio ad rē ipsam: fm quandā similitudinē ipsa applicatio appetitiue virtutis ad rē ipsam fm q̄ ei inheret accipit nomē sensus: qua si experientiā quandā sumens de re cui inheret inquantū complacet sibi in ea. Vñ Sap. j. dr. Sentite de dño in bonitate. Et fm hoc cōsentire est actus appetitiue virtutis. Quāuis enim sentire proprie dictū pertineat ad potentiaz apprehensiuam: tamen fm similitudinē cuiusdaz experientie pertinet ad appetitiuam. Qđ autē Aug. super Gen. attribuit consensum rationi: accipit ibi rationem fm q̄ in ea includitur voluntas. Differentia est em inter assentire z consentire. Nā assentire est quasi ad aliud sentire: z sic importat quandā distantiā ad id cui assentitur. Sed cōsentire est simul sentire: z sic importat quandā coniunctionē ad id cui cōsentitur. Et ideo voluntas cuius est tendere ad ipsam rem magis dr cōsentire. Intellectus autē cuius operatio nō est fm motū ad rem: sed potius econuerso: magis proprie dr assentire: quāuis vnū ponatur pro alio. Non autē proprie consensus est in brutis animalibus. Et ratio est fm hea. Tho. vbi. s. arti. ij. q̄ cōsensus importat applicationez appetitiui motus ad aliq̄d agendū: in cuius potestate est appetitiuus motus. Bruta autez nō habent in sui potestate appetitiuū motū: sed talis motus est in eis ex instinctu nature. Appetit quidē brutū hoc vel illud: sed nō applicat motū appetitiuū. Vñ est in eo determinatio appetitus ad aliquid passiue tantū nō actiue: qđ requirit ad cōsensuz: prout est in homine. vñ et Damas. dicit q̄ post iudiciū homo disponit z amat qđ ex cōsilio iudicatū est qđ vocat sententia. i. cōsensus. Hoc autem non reperitur in brutis. Executio enim operis in eis est ex impetuoso appetitu.

Assentire z cōsentire differunt.

Consensus nō est in brutis.

§. I. Cōsensus de quibus sit et in

quo differat ab electione. Et quantū ad primū sciendum fm. b. Tho. vbi. s. arti. iij. qđ consensus est tm̄ de his que sunt ad finē: qđ sic declarat. Cōsensus nominat applicationē appetitiui motus ad aliquid preexistens in potestate applicantis. In ordine autē agibiliū. primo quidem oportet sumere apprehensionem finis: deinde appetitum finis deinde consiliū de his que sunt ad finem: deinde appetitus eoz̄ que sunt ad finē. appetitus autez in vltimū finē tendit naturaliter. Unde applicatio motus appetitiui in finem apprehensum nō habet rationē cōsensus: sed simplicis volūtatis. Ea autē que sunt post vltimū finē inquantum sunt ad finem sub cōsilio cadunt: z sic de eis potest esse cōsensus: inquantum motus appetitiuus applicatur ad id qđ ex consilio iudicatū est. Motus autē appetitiuus in finē nō applicatur cōsilio sed magis cōsilium ipsi: q̄ cōsilium presupponit appetitum finis: sed appetitus eoz̄ que sunt ad finē presupponit determinationē consilij. Et ideo applicatio appetitiui motus ad determinationē consilij proprie est consensus. Unde cū consiliuz non sit nisi de his que sunt ad finē: consensus etiam proprie loquendo nō est nisi de his que sunt ad finē. Differt autem ab electione consensus fm Tho. vbi. s. eo q̄ electio addit supra cōsensum quandā relationē respectu eius cui aliquid eligitur: z iō post cōsensum adhuc remanet electio. Potest em contingere q̄ p cōsilium plura inueniant ducentia in finē: quoz̄um dū quod libet placet in qđlibet eoz̄ cōsentitur. Sed ex multis que placēt vnū preaccipimus eligendo: sed si inueniatur vnū solum qđ placeat: nō differt re consensus z electio: sed ratione tantū: vt consensus dicatur fm q̄ placet ad agendū: electio aūt fm q̄ prefertur his que nō placent. Unde z Dama. dicit q̄ post dispositionē quā vocauerat primus sententiam. i. consensum fit electio. Consensus ad agenda semper pertinet ad rationē superiorem: quod sic ꝓbat hea. Tho. vbi. s. arti. iij. Finalis sententia semp pertinet ad eum qui superior est ad quē pertinet iudicare de aliis. Quandiu em iudicandum restat quod proponitur: nōdum datur finalis sententia. Manifestum est autem qđ superior ratio est que habet de omnibus iudicare: quia de sensibilibus per rationē iudicamus inferiorem: de his vero que ad rationes humanas pertinent: iudicamus fm rationes diuinas: que pertinent ad rationem superiorem. Et ideo quandiu incertum est: an secundum rationes diuinas res ita agitur vel non: nullum iudiciuz rationis habet rationem finalis sententie. Finalis autem sententia de agendis est consensus in actum. Et ideo consensus in actum pertinet ad superiorem rationem fm tamen quod in ratione includitur voluntas: vt dictum est. s. Notandum etiam secundum hea. Tho. vbi. s. quod consensus in delectationem operis pertinet ad superiorem rationem: sicut z consensus in opus. Sed consensus in delectationem cogitationis pertinet ad rationem inferiorem: sicut ad ipsam pertinet cogitare. Et tamen de hoc ipso quod est cogitare vel non cogitare inquantum consideratur vt actio q̄dam habet iudicium superior ratio: et similiter de delectatione consequente. Sed inquantum accipitur vt ad actionem aliam ordinatum: puta ad consensum in opus: sic pertinet ad inferiorem rationem. Et sic intelligitur quod dicit Aug. super Gen. quod consensus in delectationem pertinet ad inferiorem rationem. Item ratio superior dicitur consentire: non solum quia fm rationez eternas semper mouetur ad agendū: sed etiam q̄ fm rationes eternas nō dissentit cum debet. Et dicitur iudiciū fm rationes eternas seu diuinas: q̄ illud tale est fm vel contra legem diuinam seu mandata dei.

Consensus operis et cogitationis differētia

Consensus difert ab electione.

§. II. De cōsensu qui est actus vo

luntatis inquit Psal. lxiij. In domo dei ambulauimus cum consensu. Et ad hoc exhortabatur christus Mat. v. dicens. Esto cōsentiens aduersario tuo cito dum es in via cū eo. Aduersarius iste secundum expositionem doctoū est sermo diuinus: qui dicitur aduersari⁹: quia aduersatur sensualitati z concupiscentijs nostris: reprehendēdo vitia. Cui tunc consentimus cū ei obedimus: et sic a carcere infernali liberamur. Hoc autem facientes sancti dicere possunt verbum Psal. In domo dei ambulauimus cum consensu. Ubi tria possunt annotari.

Motus humane rationis.

¶ Primū est motus humane rationis: ibi. Ambulauimus.

¶ Scōm est locus huius debite motionis: ibi. in domo.

¶ Tertium est modus perfecte actionis: ibi. cum consensu.

Quātuz ad primū dicit Saluator Jo. xv. Posui vos vt eatis. Unde tota vita nostra est quoddam iter. Terminus huius itineris est duplex: videlicet Hierusalem celestis sursum: que libera est ab omni miseria: et Babylon que deorsum est. s. infernus: plenus omni miseria. Ad alteram istarū ambulamus motibus seu actibus rationis. Unde pueri qui non habent vsum rationis versus neutram ambulant: z quod morientes in tali statu baptizati: et veniant ad superiam Hierusalem: hoc non est ex aliquibus actibus eoz̄um: sed superabundans meritum passionis christi: quo in baptismo erga eos operatur. In super z habēte vsum rationis: cum dormiunt ad neutram ciuitatem seu locum pene vel glorie tendunt: quia ligatus tunc est in eis vsus rationis: nec tunc merentur vel demerentur. Sed cum quis ratione vtitur: si ad malum vtitur vel vti potest: si ad malum vtitur ea: ambulat versus infernum. iuxta illud Sopho. j. Ambulabunt vt ceci: q̄ domino peccauerunt. Ceci autē ambulando in foueam cadūt: et sic peccatores in infernum. Si autem quis ratione vtitur ad bonum: versus supernam Hierusalem ambulat per viaz charitatis: ad quod hortabatur apostolus ad Epheſ. v. dicens. Ambulate in dilectione. Locus debiti motus rationis humane est ecclesia militans. Unde dicit Psal. In domo dei. prout declarat Hiero. xxiij. q. j. omnibus consideratis. Et quia domum tuam decet sanctitudo. ait Psal. ad dominum. ideo extra istam domuz sunt numero z merito omnes infideles. Merito aūt extra ipsaz sunt mali christiani. Unde dicit Hiero. de pen. distin. j. ecclesia. quod ecclesia nō habens maculam neq̄ rugam: maculam. i. iniquitatis: rugam infidelitatis. Et ideo qui est aliqua sorde peccati pollutus: de ecclesia dici nō potest. Talis ergo nō ambulat in domo dei: sed in domo diaboli. i. imitatiōe malitie ei⁹: in qua quiescit z demuz in inferno: vt dicere valeat. Infernus domus mea est. Job. xvij. Quantum ad tertiū sciendū q̄ perfecta actio hominis vnde meritum et premiū acquirit est consensus in bonum. de quo loquitur Psal. hic cum dicit. Ambulauimus in domo dei cum consensu. Sed sciendum qđ est triplex cōsensus bonus excludens triplicem malum consensum.

Loc⁹ motus humane rationis est ecclesia.

Modus perfecte actionis.

¶ Primus est intelligentie et voluntatis.

¶ Secundus sententie et veritatis.

¶ Tertius est modestie et conformitatis.

Primus igitur cōsensus est q̄n intellectus z voluntas conueniunt in vnū: vt videlicet qđ intelligit intelligentia per fidē: voluntas illud velit operari per amorem. Unde Augu. dicit quod credere est cum assentione cogitare. Cogitare est actus intelligentie siue rationis: z assentire actus volūtatis. Et hec duo sunt tanē

tāq̄ vir ꝛ vxor. Intelligēcia vxor est: que materiam administrat generationis filioꝝ. i. pductionis bonoꝝ operū. Affectus autē tanq̄ vir formā prestās: ꝛ cōplementū operū ipsoꝝ in directionem. De coniugio spūali intelligi potest illud qđ dicitur Eccli. xxv. Beneplacitū esse spiritui suo ꝛ probatū corā deo ꝛ hominibus. s. vir ꝛ mulier sibi consentiētes. Et de his etiam exponitur illud Mat. xviij. Si duo ex vobis cōsenserint sup terrā de omni re quā petierint fiet eis. Et iste est bonus consensus in quo ambulāt qui sunt in domo dei. i. ecclesia: excludēs malorū consensum que fit a suggestiōe diaboli: de quo Tob. iij. dicitur. Caue ne aliquando peccato consentias. Unde ꝛ Augu. dicit de peni. dist. ij. sicut. ij. q̄ prima differētia peccati mortalis est cū in corde cōsentitur libidini. i. delectationi cuiuscunq̄ peccati mortalis. Qđ figuratum est fm ipsum in puella mortua: sed adhuc in domo retēta. Mat. ix. Secūdus cōsensus bonus est cōsentire sententie veritatis determinate per ecclesiam: nec discrepare a cōi sentētia doctorum: etsi aliq̄n propio intellectui aliud videatur. Unde apls ad Rom. xij. Nō alta sapientes: sed humilibus consentiētes. Nō solū humilibus personis: sed etiā humilibus verbis ꝛ sentētijs: etsi intellectus clare nō videat. Cū isto consensu ambulauerūt omnes qui in domo dei. s. ecclesie habitauerunt. Nam ꝛ doctores: vt Hiero. Augu. ꝛ alij: etsi in aliquibus diuersa senserint ꝛ contraria: non tamen illa erāt ad fidē pertinentia: vel mores necessarios ad salutem. In hmōi eēm ambulauerunt cū cōsensu: si bene intelligātur verba eoꝝ: q̄uis aliq̄n videātur dissentire. Et sic consensus bonus excludit consensum hereticorum: qui conueniunt in erroꝛe contra veritatem fidei ecclesiastice. Sicut ꝛ Paulus ante conuersionem cōsentiebat Judeis persequentibus fideles dicens Act. xxij. Ego consentiebam et custodiebam vestimēta interficiētium illū. s. lapidantium Stephanum. Et hi infideles figurantur per vulpes Sāsonis: que sunt animalia multum malitiosa habentes caudas colligatas insimul. sed facies contrarias sibi. Sic heretici in materia erroris sui dissentiunt. ꝛ aliquando manifeste contrarij sunt. Sed in cauda. i. in conclusione sue doctrine consentiunt ꝛ vniti sunt. s. in recedendo a veritate fidei. Tertius consensus bonus est conformitatis in moralibus. Unde Pō. ad dām loquens ait. Habitare facis vnanimes in domo. Consentiunt enim qui ambulant in domo dei in viuendo vniformiter: quantū ad ea que sunt necessaria ad salutem: euitādo peccata. Et hic bonus consensus excludit consensum iniquorum. de quibus apls ad Roma. j. Digni sunt morte: non solum qui faciunt: sed etiā qui consentiunt facientibus. Et. ij. q. j. notū. dicitur. Facientem ꝛ consentientem par pena constringit. Consensus autem ad malum alterius potest intelligi tripliciter. Primo auctoritatiue: cū. s. aliquis prestat auctoritatem ꝛ defensionem male facienti. Et hic quanto grauius peccat: tanto maiori debet pena cōstringi. Unde. xj. q. iij. qui consentit. Ysido. dicit. Qui consentit peccātibus ꝛ defendit alium delinquentem: maledictus erit apud deum et homines. Et idem. Si quis peccātē defendit: acrius q̄ ille qui peccauit coerceatur. Secūdo consentit quis cooperatiue. De quo cōsensu dicit Ysido. in fi. prealle. c. Si quis alterius errori cōsentit: sciat se cū illo simili modo culpabilē iudicandum. Tertio modo cōsentit q̄s neglectiue. i. negligit corrigere delinquentē cū debet. Unde ait dās. Recedite ꝛ exite inde: ꝛ immundū ne tetigeritis. Esa. lij. Super quib⁹ verbis dicit Augu. Hoc est inde exire ꝛ immundū non tangere: voluntate non consentire: ꝛ ore non peccare. xxiij. q. iij. recedite. Nam fm re. iu. in. vj. Qui tacet consentire videtur. cū scz potest ꝛ debet reprehēdere. Hic tamen minori pena constringitur q̄ peccans.

Secundus consensus bonus.

Consensus imalū cōtingit tripliciter.

De imperio voluntatis. Capitulū. x.

QEmum videndum est de actibus imperatis a volūtate. Ubi primo sciēdum q̄ imperare est actus rōnis: presupposito tamen actu voluntatis: fm btm Tho. j. ij. q. xvij. Uñ ꝛ phs dicit q̄ appetitiuum obedit rationi: ex quo sequitur q̄ rationis est imperare. Est autem actus rationis imperare essentialiter. Imperans enim ordinat eū cui imperat ad aliquid agendum intimādo vel denuntiando. Sic autē ordinare per modum cuiusdam intimationis est rōnis. Sed rō pōt aliquid intimare dupliciter. Uno modo absolute: que quidem intimatio exprimitur per verbum indicatiui modi: sicut si aliquis alicui dicat hoc tibi faciendum est. Secundo modo ratio intimat aliquid alicui mouendo ipsum ad hoc. Et talis intimatio exprimitur per verbū imperatiui modi: puta cū alicui dicitur. Fac hoc. Primum autē mouens in viribus anime ad exercitium actus est voluntas: vt. s. dictum est. Cū igitur secundus mouens nō moueat nisi in virtute primi mouentis: sequitur q̄ ipsum qđ rō mouet imperando fit ei ex virtute volūtatis. Unde relinquitur qđ imperare sit actus rationis presupposito actu voluntatis in cuius virtute ratio mouet per imperiū ad exercitiū actus. Et nota fm beatum Tho. vbi. s. q̄ radix libertatis est volūtas sicut subiectum: sed ratio sicut causa est libertatis. Ex hoc enim volūtas potest libere ad diuersa ferri: quia ratio potest habere diuersas conceptiones boni. Et ideo philosophi diffinierunt liberum arbitrium quod est liberum de ratione iudiciū: quasi ratio sit causa libertatis. Ex his sequitur qđ imperare proprie nō conuenit brutis. Nā nihil aliud est imperare: vt dictū est: q̄ ordinare aliquē ad aliquid agendum. Ordinare autē est actus proprius rationis: qua carēt animalia bruta. Et quāuis per imperiū fiat impetus ad opus: nō tamen per hoc bruta dici possunt habere imperium: q̄ habent impetum ad opus. Nā homines faciunt impetum ad opus per ordinationem rationis: vnde in eis talis impetus habet rationem imperij. Sed bruta hoc faciunt ex instinctu nature: q̄ statim appetitus eorum apprehenso conuenienti vel inconuenienti: naturaliter mouentur ad prosecutionem vel fugam.

Imperare nō cōuenit brutis

§. I. Imperiū precedit vsum ꝛ est

vnus actus tantum. quod sic probat beatus Tho. vbi. s. ar. iij. Usus eius quod est ad finem secundum quod est in ratione referente ipsum in finem: precedit electionem: vt. s. dictus est. Unde multo magis precedit imperium: sed vsus eius quod est ad finem secundū q̄ subditur potentie executiue: sequitur imperiuz eo quod vsus vtentis coniunctus est cū actu eius quo quis vtitur. Non enim vtitur aliquis baculo anteq̄ aliquo modo operetur per baculum. Imperium autem non est simul cum actu eius cui imperatur. Sed naturaliter prius est imperium q̄ imperio obediatur: et aliquando etiam est prius tempore. Et sic patet quod imperium est prius q̄ vsus. Unde Damas. dicit qđ impetus ad opus quod fit per imperium precedit vsum. Post determinationem enim consilij que est iudicium rationis voluntas eligit: ꝛ post electionem ratio imperat ei per quod agenduz est quod eligitur: et tunc demum voluntas alicuius incipit vti exequendo imperium rationis: quandoq̄ quidem voluntas alterius cum aliquis imperat alteri: quandoq̄ autem voluntas ipsius impetrantis cum aliquis imperat sibijpsi. Est autem imperium vnus actus cuz actu imperato: nihil eēm phibet vt dicit beatus Tho. vbi. s. ar. iij. aliqua esse fm qđ multa: ꝛ fm quid vnū. Sicut autē in genere rerū naturalium: aliqđ totū cōponitur ex materia ꝛ forma: vt homo ex anima ꝛ corpore: qui est vnū ens naturale: licet habeat multitudinē partium. Ita etiam in humanis actibus actus inferioris potētie materialiter se hz ad actū superioris: inquantum inferior potentia agit in virtute superioris mouentis ipsam: formaliter se habet ad actum instrumenti. Et sic patet q̄ imperium et actus imperatus sunt vnus actus humanus sicut quoddam totū: sed est multa fm partes. Quando enim vna potentia est mouens alteram: tunc actus earum sunt quodammodo vnus. Nam idem est actus mouentis et moti fm philosophum.

Imperiū est vnus actus cuz iperato.

§. II. Extenditur aūt istud imperiū

ad actū voluntatis: ad actū rationis: ad actum appetitus sensitiuet ad mēbra corporis. Non autē ad actus anime vegetabilis. Et de singulis horum videndum. Et quod actus voluntatis sit imperatus: probat sic beatus Thom. vbi. s. art. v. Omne qđ est in potestate nostra subiacet imperio nostro. Sed act⁹ voluntatis sunt maxime in potestate nostra. Nā oēs actus nostri intantum dicuntur esse in potestate nostra: inquantū sunt volūtarij. Unde sequit q̄ actus voluntatis imperantur a nobis. Patet idē etiā ex hoc: q̄ vt dictū est: ipsum nihil aliud est q̄ actus rationis ordinātis cū quadā motione ad aliquid agendū. Manifestū est aūt q̄ ratio potest ordinare de actu voluntatis: sicut enim potest iudicare q̄ bonū est aliquid velle: ita potest ordinare in operando q̄ homo velit. Et sic patet q̄ actus volūtatis potest esse imperatus. Et vt dicit Aug. cū animus perfecte imperat sibi vt velit: tunc iam vult. Sed q̄ aliq̄n imperet ꝛ nō velit: hoc contingit ex hoc q̄ nō perfecte imperat. Imperfectum autē imperiū contingit ex hoc q̄ ratio ex diuersis partib⁹ mouetur ad im-

Actus volūtatis est imperat⁹

Rō intimat aliquid dupliciter.

perandū vel nō imperandū: vnde fluctuat inter duo et nō perfecte imperat. Itē sicut in mēbris corporalibus qōlibet mēbrum operatur nō sibi soli: sed toti corpori: sicut oculus videt toti corpori. Ita in potentijs anime. Nā intellectus intelligit nō soluz sibi: sed omnibus potentijs: et voluntas vult nō solū sibi: sed omnibus potentijs: et ita homo imperat sibi actū volūtatis inquātū est intelligens et volens. Itē cū imperiū sit actus rationis: ille actus imperatur qui subditur rationi: primus aūt volūtatis actus nō est ex ordinatione rōnis: sed ex instinctu superioris cause: z ideo nō oportet q̄ eatur in infinitū. Imperat etiā actus rōnis. Dicit eñ Damas. q̄ homo libero arbitrio exquirit scrutatur iudicat z disponit. et hi sunt actus rōnis. Pro cuius declaratione dicit btūs Tho. vbi. s. arti. vj. q̄ qz rō supra seipsam reflectit: sicut ordinat de actibus aliarū potētiarū: ita etiā ordinare pōt de actu suo. Unde z actus suus pōt etiā esse imperatus. Sed attendenduz quod actus rationis potest considerari tripliciter. Uno modo quantū ad exercitiū actus: et sic actus rōnis semp imperari pōt: sicut cū indicitur alicui q̄ intendat z ratione vtatur. Alio modo quantū ad obiectū respectu cuius duo actus rationis attenduntur. Primo quidē vt veritatē circa aliq̄d apprehendat: z hoc nō est in potestate nostra. hoc eñ contingit p virtutē alicuius luminis naturalis vel supnaturalis. Et ideo quātū ad hoc actus rōnis nō est in potestate nostra: nec iperari pōt. Alius autē actus rōnis est dū his que apprehendit assentit. Si igitur sint talia apprehensa: quibus naturaliter intellect⁹ assentiat: sicut prima principia: assensus talū vel dissensus nō est in potestate nostra: sed in ordine nature: et ideo ꝓprie loquendo: nec imperio subiacent. Sunt autem quedā alia apprehensa que ita nō conuincunt intellectū: quin possit dissentire vel assentire: vel saltem assensum vel dissensum suspendere ꝓpter aliquā causam. Et in talibus assensus ipse et dissensus in potestate nostra cadit: et sub imperio est. Imperatur etiā appetitus sensitiuus z subiacet imperio rōnis: sed nō totaliter: q̄ sic declarat beatus Tho. vbi. s. ar. vij. Appetitus sensitiuus in hoc differt ab appetitu intellectiuo qui dicitur voluntas: q̄ appetitus sensitiuus est virtus organi corporalis: nō aūt voluntas. Omnis aūt act⁹ virtutis vtentis organo corporali dependet nō solū ex potētia aie: sed etiā ex corporalis organi dispositione: sicut visio ex potētia visiua z qualitate oculi p quā iuuatur vel impeditur. Uñ act⁹ appetitus sensitiui nō solū dependet ex vi appetitiua: sed etiam ex dispositiōe corporis. Illud autē q̄d est ex parte potentie anime: sequitur apprehensionē. Apprehensio autē imaginatiōis cū sit particularis: regulat ad apprehensionē rōnis que est vniuersalis: sicut virtus actiua particularis a virtute actiua vniuersali. Et ideo ex ista parte actus appetitus sensitiui subiacet ratiōis imperio. Qualitas autē z dispositio corporalis, nō subiacet imperio rationis: z ideo ex hac parte impeditur ne appetitus sensitiui motus subdat totaliter imperio rōnis. Cōtingit etiā q̄nq̄ q̄ motus appetitus sensitiui subito cōcitatur ad apprehensionē imaginationis vel sensus: z tūc ille motus est preter imperiū rationis: quāuis potuisset impediri a ratione si preuidisset. vñ et ꝑs dicit in. j. Politice: q̄ ratio preest concupiscibili z irascibili nō principatu dispontico qui est ad liberos qui non totaliter subduntur imperio. Et propter hoc dicit apostolus Roma. vij. Non enim quod volo bonum hoc facio: quia. s. vult nō cōcupiscere: z tamen concupiscit saltē quo ad primos motus q̄ pro uenit ex dispositiōe corporis per quā impeditur appetitus sensitiuus: nec totaliter imperiū rationis sequat: contingit etiā hoc propter subitū motū cōcupiscentie. Actus aūt anime vegetabilis vt digestio: formatio corporis per generationē z hmōi: nullo modo subijciuntur imperio rōnis. Q̄ō sic ꝓbat beatus Tho. vbi. s. art. viij. Ratio imperat p modū apprehensiue virtutis. Cū autez omne agēs aliquo modo appetat finē: appetitus naturalis nō sequitur aliquā apprehensionem sicut appetitus animalis aut intellectiu⁹: z ideo illi actus qui procedunt ab appetitu animali vel intellectiuo possunt a ratione imperari: nō autem illi qui procedunt ab appetitu naturali: huiusmodi aūt sunt actus anime vegetabilis. Unde Greg. Nice. dicit: quod vocatur naturale quod est generatiuum z nutritiuum z huiusmodi non persuadetur a ratione. Imperio rationis mouentur membra corporis ad actus suos: nisi cor z membrum genitale. Quod sic declarat beatus Tho. vbi. s. ar. ix. Membra corporis sunt organa quedam potentiarum anime. Unde eo modo quo se habent potentie anime ad hoc q̄ obediant rationi: hoc modo se habent z membra corporis. Quia igitur vires sensitiue subduntur imperio rationis: non autem vires naturales: ideo omnes motus membrorum que mouentur a potentijs sensitiuis subduntur imperio rationis. Motus autem membrorum qui consequuntur vires naturales non subduntur imperio rationis. Et nota quod sicut in his que ad intellectum z voluntatem pertinent: primuz inuenitur id quod est secundum naturam ex quo alia deriuantur: sicut a cognitione principiorum naturaliter notorū cognitio conclusionum: et a volūtate finis naturaliter desiderati: deriuatur electio eorum que sunt ad finem: ita in motibus corporalibus principium est secundum naturam: principium autem corporalis motus est a motu cordis: vnde motus cordis corporalis est secundum naturam non secundum voluntatem. Unde Greg. Nice. dicit: quod sicut generatiuum z nutritiuum non obedit rationi: ita nec pulsatiuum quod est vitale. Pulsatiuum autem appellat motum cordis qui manifestatur per venas pulsatiles. De membro genitali dicit Augu. in. xij. de ciui. dei. quod hoc membrum non obediat rationi: quia motus in eo insurgūt etiam nolente homine: est ex pena peccati: vt scilicet anima sue inobedientie ad deum penam patiatur: per quod peccatum originale ad posteros transmittit. Sed philosophus in lib. de causa motus animaliū assignat causaz naturalem: quia ista duo mēbra. s. cor et pudendum nō subiacent imperio rationis: ex eo videlicet q̄ vtrunq̄ horū est quasi quoddam animal separatum inquantum est principium vite. Principium autem est virtute totum: cor enim principium est sensuum. Et ex membro genitali erit virtus seminalis: que est virtutum totum animal: et ideo habent proprios motus naturaliter: quia principia oportet esse naturalia: vt dictum est. s.

Actus rōnis etiam imperat.

Act⁹ rōnis considerat tripl'r.

Appetit⁹ sensitiu⁹ subiacet imperio rōnis.

Uegetatiue potentie nō sunt imperio rationis.

Rōnis imperiū mouet membra corporis.

Mēbrum virile nō obedit ratioi.

§. III. Da imperiuz tuum puero

tuo. Psal. lxxxv. Loquitur propheta ad dominū orans. Et pōt intelligi de triplici imperio.

¶ Primum est imperium diuinale et reuerendum.

¶ Scōm est imperium temporale et discernendum.

¶ Tertium est imperium internale et custodiendum.

Primū imperium absolute est dñi dei cui subiacēt omnia. Unde Mardocheus in oratiōe dicebat Hester. xiij. Domine deus omnipotens in ditione tua cuncta sunt posita: z non est qui possit resistere voluntati tue. et Augusti. Nihil in mundo fit quod de illa aula celestis z eterni imperatoris non egrediatur opera tiue. s. vel permissiue. Nec tamen aliquid mali permitteret euenire in vniuerso: nisi ex illo malo omnipotētia et bonitas sua eliceret et maius bonum: sicut ex crudelitate tyrannorum rabie infidelium elicita est patientia z coronatio martyrum: z ex errore hereticorum doctrina radiosa doctorum. Ante autem q̄s de⁹ ipse carni nostre esset vnitus: multum rigide exercebat imperiū tanq̄ spiritus qui est aduersus carnem ipsi non parcens. Non permanebit inquit spiritus meus in homine in eternum: quia caro est. Genē. vj. Unde et diluuio deleuit omnem carnem: exceptis reseruatis in arca: Sodomitas in igne consumpsit. Israelitas prostrauit in eremo. Judeos in Babylonia captiuauit. Propter q̄ dicebatur. Deus emulator et vlciscens dominus: vlciscens dominus et habēs furorem: vlciscens dominus in hostes suos: et irascens ipse inimicis suis. Nauū. j. Sed postq̄s vnitus est carni nostre per incarnationem: ex his que passus est didicit cōpati infirmitatibus nostris. Et hoc est quod propheta petit: cū dicit. Da imperium puero tuo. Hoc est petere incarnari vt ipse mitius incarnatus agat z clementius erga genus humanum. Nam subito ab initio sue conceptionis datum est sibi imperiuz vniuersi: vt in nomine eius omne genu flectatur. Multiplicabitur eius imperium. inquit Esa. ix. c. de ipso christo loquens puero nato in mundo. Et ipse post resurrectionem dixit discipulis. Data est mihi omnis potestas in celo z in terra. Matth. vltimo. Non quod tunc fuerit sibi data de nouo: sed tunc cepit manifestari potestas data. vt dicit magister in. iij. senten. Quantum ad secundum imperium large sumpto isto vocabulo: importat q̄dam dominium quod quis habet super aliquem vel aliquos: ex quo potest ipsis aliquid imperare seu precipere z illi tenētur obedire. Et sic pater habet imperium super filios: vt ei in licitis debeant obedire. Unde dicitur Deut. xxj. Si genuerit homo filiū contumacē z proterū: qui nō audiat patris vel mris imperiū: et coercitus obedire contēpserit: accusatus ab eis senioribus ciuitatis de sua inobediētia z inordinata vita lapidari iubeā a populo.

De imperio diuinali.

De imperio temporali.

pulo. Sic ꝛ maritus imperium habet super vxorē: precipue circa gubernationem domus. Et ideo quia Vasthi regina vxor Asueri regis a rege vocata noluit venire ad cōuiuium suum: de consilio sapiētum suorū repudiata fuit: et regno priuata: qui hoc consuluerūt ista de causa: ne coniuges Persarum atq; Medorū parui penderent imperia maritorū. Hester. j. Dñi quoque temporales sibi subditis imperant. Juxta illud Prouerb. viij. Per me reges regnant: et legum conditores iusta decernūt ꝛc. Per me principes imperant. Et multo magis reges in regnis suis. Unde dixerūt decē tribus Roboā filio Solomonis regnū suscipienti post mortem patris. Imminue de regno patris tui durissimo: et de iugo grauissimo quod imposuit nobis: ꝛ seruiemus tibi. iij. Regū. xij. Sacerdos quoq; imperiū dicitur habere super oues sibi commissas: et ille tenentur obtēperare in his que pertinent ad salutē fideliū: seu ad necessaria ad salutē: alꝫ mortem anime incurrerēt. Dicitur enim Deut. xvij. a dño. Qui superbierit nolēs obedire sacerdotis imperio: morietur ille homo. Titū. ij. Apostolus quoq; Titum discipulū suum episcopū admonet dicens. Argue cum omni imperio. i. auctoritate ostensa ꝛ rigiditate. Quāuis enim vt dicit Seneca: melius imperat qui remissius imperat. Hoc verum est cooperando nimiam seueritatem quam communiter reprobant iura diuina et humana: ꝛ natura ipsa male tolerat. Propter quod dicit Chrys Melius est. i. minus malum: habere deo reddere rationem de nimia misericordia quā de nimia seueritate. xxvj. q. vij. alligant. Nimia tamē remissio ꝛ multum excessiua nimis solet nocere subditis: ꝓpter quod dicitur Eccli. xlij. Melior est iniquitas viri quā mulier benefaciens. Que auctoritas a quibusdam sic exponitur. Melior est seueritas prelati: etsi cum aliquali excessu: quā nimia mollicies et remissio: ex qua subditis benefacere videatur. Verum ex his imperijs nullus appellari consueuit imperator: nisi ille qui Imperiū in quo primo fuerit tenet monarchiam mundi: et preest omnibus in temporalibus. Unde Hiero. In apibus princeps vnus est. Grues vnaꝫ sequūtur ordine iterato. Imperator vnus. vij. q. j. in apibus. Talis dignitas imperialis primo videtur fuisse in gente Assyriorum vt in Nabuchodonosor et Asuero. Deinde in Medis et Persis sub Cyro et Dario et quibusdā alijs. Exinde in Grecis sub Alexandro magno. Demum in Romanis: quorum primus imperator Julius Cesar fuit. Et sub eius successore Octauiano natus est Christus. Et sub Tyberio baptizatus ꝛ crucifixus. vt patet Luc. iij. Sed considerans prophetа quod imperatores et quicunque rectores qui non sunt serui dei: quales sunt infideles omnes multa mala: oppressiones: persecutiones: cruciatus et occisiones inferunt seruis dei vt patet de imperatoribus infidelibus Diocletiano: Maximiano: Decio: Nerone et alijs paganis. Juliano apostata: Constantino heretico et alijs plurimis: ideo petit Psalmista imperium suum id est dignitatem siue imperialem siue regalem siue qualemcunq; presidentiam dari puero suo. i. seruo suo. Usitatum est enim in scriptura seruū Puer in sacra scriptura ꝙ seruus. vocare puerum: vt illud Matth. viij. Puer meus iacet in domo paralyticus. quem Lucas euangelista appellat seruum. Imperium autem ꝛ quecunq; prelatio dicitur imperium dei: quia vt dicit apostolus ad Rom. xiij. Omnis potestas a dño deo est. et Dan. iij. Sciant homines quia dominatur excelsus in regno hominem: ꝛ cuicunq; voluerit dabit illud. Et Augu. in de ciui. dei. Prouidentia diuina regna cōstituuntur humana. Exaudita fuit oratio prophete predicta: scꝫ da imperium puero tuo: qñ Constātinus imperator factus est christianus ꝛ seruus dei. Ex quo facto ecclesia dei fuit mirabiliter exaltata in temporalibus et spiritualibus.

§. IIII. Est autem alia dignitas in

ecclesia seu in orbe que antecedit dignitatem imperialem: videlicet papatus. Quamuis eiꝰ vtraq; dignitas principium habue- Papa est maior imperatore. rit a christo summo pōtifice ꝛ summo imperatore: vt dicit dist. x. qñ idē mediator. Non tñ ex equo se habent: ꝛ de pari iste dignitates: sed subalternatim: ita ꝙ imperator sit sub papa. Quod ostenditur rōne: similitudine: ꝛ auctoritate. Ratione quidem: qꝛ vt dicit philosophus. xij. Meta. Entia nolunt male disponi. Male aūt vel minus bene disponerentur: si membra ecclesie seu fideles q̄ sunt nobilissima entia in mūdo per plures gubernarentur ex equo. Nam frequenter q̄ vni placeret alteri displiceret: ꝛ qō vnus statueret alius destrueret: sicut de facto pluries contigit quando euenerunt cōtrouersie inter papā ꝛ imperatorem. Non aūt dicendum est imperatorem esse super papam: sicut nec caro super spiritū: nec tēporale super spirituale: ſz papa est super imperatorē. Uñ ꝛ primo scꝫ Petro dixit christꝰ. Pasce oues meas. Jo. xlti. Et ideo si imperator ouis christi. i. fidelis esse desiderat oportet vt summo pastori regimine ꝛ imperiose subditū fateat. argu. ad hoc dist. x. suscipitis. In huiusmodi signū papa confirmat ꝛ consecrat seu benedicit imperatorē. Dicit aūt apostolꝰ ad Heb. vij. q̄ minor a maiori benedicitur. Insuper papa deponit imperatorē cum subest causa. sicut Innocētius deposuit Federicū: qō non posset si maior non esset. Par enim in parē non hz imperiū. di. xxj. inferior. Transtulit quoq; papa imperiū de Grecis in Francos: ꝛ de Francis ad Alemānos. vt patet dist. lxiij. Adrianus. quo ad primū. ꝛ in. c. seq. quo ad secundum. Excommunicat quoq; papa imperatorem: sicut Innocētius papa Archadium imperatorē excommunicauit. Et Ambrosius qui non erat papa Theodosium magnum imperatorem ab ecclesia cuz excommunicatis excluſit. vt dist. xcvj. duo. Probatur ꝛ hoc similitudine. Nam et ecclesia militans imitatur inquantum potest triumphantē: que sub vno principe gubernatur scilicet deo. Sic et decet ecclesiam presentem sub vno pontifice summo regi et gubernari: qui tamen non dicitur imperator: sed summus pastor seu papa id est pater patrum: vt nouerit se non quasi tyrannum dominari in clero ꝛ fideli populo: sed tanq̄ patrē omniū viscero so amore cunctos diligere ꝛ pro posse iuuare. Comparātur etiā he due dignitates soli ꝛ lune. Papatus soli quod est luminare maius. ꝛ imperium lune quod est luminare minus. Sicut ergo luna inferior est ꝛ lumē recipit a sole: vt in. c. solite. de maio. ꝛ obe. sic imperator inferior est papa: ꝛ lumē sue potestatis suscipit ab eo. Auctoritate idem probatur. Dicit enim Gelasius papa Anastasio imperatori scribens. Duo quippe sunt imperator Augu- Nota ꝙ summo pōtifice. ste quibus principaliter hic mundus regitur. Auctoritas sacra pontificum: et regalis potestas: in quibus tanto grauius est pondus sacerdotum: quanto etiam pro ipsis regibus hominuz in diuino reddituri sunt examine rationem. dist. xcvj. duo. Hinc ꝛ Ambro. in eo. c. Si sublimitatem episcopalem regū fulgori cōpares ꝛ principū diademati: lōge erit inferius q̄ si plumbi metallum auri fulgorē cōpares. Quippe cū videas regum colla ꝛ principū submitti genibus sacerdotū: ꝛ exosculata eorū dextera orationibus eorū credāt se cōmunire. Item. Joannes papa ad Honoratum inquit. Si imperator catholicus est: filius est nō presul ecclesie: quod ad religionē cōpetit: discere ei cōpetit non docere. dist. ea. si imperator. Unde ꝛ de ecclesiasticis personis ꝛ rebus non pertinet ad eum disponere: nisi persuadendo ꝛ consulēdo. argu. ad hoc dist. xcvj. bene quidem. Si qua autem disposuerunt circa ecclesiastica intantū sunt valida inquantū ecclesia approbauit vt. xvij. qō. iij. si quis suadente. Qui autem. Habet tamen papa vtrūq; gladiū scilicet temporalē ꝛ spiritualez. Spiritualem quidē vt excōmunicatiōis ꝛ hmōi: quez vniuersaliter ad omnes exercere valet. Tēporalē aūt in terris ecclesie per suos ministros exercet. In alijs aūt ciuitatibus vtitur in supplementum defectus cū ad eum appellatur vel de alio modo. Et in huius figurā dixerunt apostoli dño. Ecce gladij duo hic. Luc. xxij. ꝓImperator est filiꝰ ecclesie nō presul.

§. V. Tertiū imperiū. s. interna-

le: est in quolibet. Est enim voluntas tanq̄ regina ꝛ imperatrix De imperio internali. actuū aliarū potentiarū ꝛ membroū corporis. Et in hoc differt homo a brutis: qꝛ dominiū habet actuū suoū qō illa non habēt. Unde Seneca. Uis tibi dem magnū imperium: impera tibiipsi. Et hoc signatur. s. exercitium huius imperij rectum in eo quod dixit Centurio christo Mat. viij. Ego scilz homo sub potestate cōstitutus sum habens sub me milites. ꝛ dico huic vade ꝛ vadit: et alio veni ꝛ venit: ꝛ seruo meo fac hoc ꝛ facit. Ubi innuitur imperium voluntatis que est sub diuino imperio: super tripler genus potentie scz. appetitiue: cū dicitur: dico huic vade ꝛ vadit. Affectus enim volūtatis extēdit se ad rem volitā seu amatā. Secundo apprehēsiue siue interioris siue exterioris: qō notatur cū dicitur: ꝛ alio veni ꝛ venit. Per hoc enim quis intelligit cū similitudo rei venit seu recipitur in ipso sensu vel intellectu. Tertio executiue vel motiue in eo quod dicitur: seruo meo fac hoc et facit. Seruus noster est corpus: in quo est vis motiua mēbroū: ꝛ hoc tunc facit quod sibi imperatur quādo mēbra mouet ꝛ operatur ꝑm rationē. Uel sic. Dicit quis vade ꝛ vadit: cū resistit tentatiōibus vitioū. Tunc enim recedunt saltem ne dominentur. Dicit alio: veni ꝛ venit: cū bonis inspirationibus acquiescit: optans vt veniāt ꝛ permaneant. Seruus est corpus qō tunc facit qō sibi dicit dominꝰ spiritus: cū castigat ꝛ mortificat se cōcupiscētijs suis.

Mirū qō nullꝰ papa canonizatus hac vsus est potestate.

De vsu. Capitulum. xj.

Usus est actus voluntatis.

QE vsu qđ sit actus voluntatis et diuersis diffinitionibus eius.

Vbi sciendū q vsus rei alicuius ꝯz beatū Tho. j. ij. q. xxj. impor tat applicationē illius rei ad aliquā operationem Unde operatio ad quam applicamus rem aliquā dicitur vsus eius: sicut eq̄tare est vsus equi: ⁊ percutere est vsus baculi. Ad operationē autem applicamus ⁊ principia interiora agendi .s. ipas potētias aīe vel mēbra corporis: vt intellectum ad intelligendum: ⁊ oculum ad videndum: et etiā res exteriores: sicut baculum ad percutiēdum. Sed manifestum est q res exteriores: non applicamus ad aliquam operationem: nisi per principia intrinseca que sunt potentie aīe aut habitus. Potentiarū autē organa sunt mēbra corporis. Ostēsum est autē supra q voluntas est que potentias aīe mouet ad actus suos: et hoc est applicare eas ad operationē. Unde manifestum est q vti primo ⁊ principaliter est voluntatis tāquā primi mouētis: rōnis tāquā dirigētis. Sed aliarū potētiarū tāq̄ exequentiū: que cōparant ad voluntatem a qua applicantur ad agendum: sicut instrumēta ad principale agens. Actio autē proprie nō attribuitur instrumento: sed principali agenti: sicut edificatio edificatori.

Uti dicit tripl'r.

§. I. Sed pro maiori declaratiōe

dicit bea. Tho. in. j. sentē. dist. j. q vti dicit tripliciter. Uno modo prout nominat quādam operationē: ſm q dicimus vsum alicuius rei esse bonū vel malū. Et ſm hoc videt diffiniri ab Augu. cū dicit q vti est aliq̄d assumere in facultatē volūtatis. i. vt vtēs operet de eo quo vtit ad nutū volūtatis. Scō modo dicit frequētiā operationis: ⁊ sic vsus est idē qđ consuetudo. Et ſm hoc diffinit Victorinus: q vsus est actus de potentia frequenter elicitus. Et Ysido. Prauum vsum lex et ratio vincat. dis. xj. c. j. Tertio modo dicitur vti respectu eorū que ordinātur ad finē. Et sic

Uaria diffinitio vsus.

sumitur hic cū distinguitur cōtra fui. Et diffinit ab Augustino: qđ vti est qđ in vsum venerit referre ad id quo fruendū est. Ubi notandū q totū hoc qđ dicit id quod in vsum venerit ponitur loco vnius dictiōis: et est circūlocutio huius quod dico vtile q est obiectū huius actus vti. Actus autem conuenientur p suū obiectum diffinitur. Id autē qđ est ad finem inducitur ad finē per imperium voluntatis. Unde vti est actus volūtatis que est vniuersalis motor virium secundum ordinem ad rationem.

§. II. Quibus rebus est vtendum

Dicendum q vtibilia sunt oēs creature mundi. Opera nostra: ⁊ pene temporales: quia hec oia debemus in deum referre vt in finem. Pro cuius declaratione dicit beatus Tho. vbi. s. q que cūque sunt bona non habent bonitatem: nisi inquātū accedunt ad similitudinē bonitatis diuine. Unde oportet qđ cū bonitas sit ratio dilectionis et desiderij: q omnia amentur in ordine ad bonitatem primā. i. diuinā. Omne autē q bonū est a deo: est vnde que ab ipso non sunt nec querēda sunt: nec vtendum est eis. Unde nullo peccato vtendum est: quia peccatum non est a deo. Pena autem a deo est: et ideo ea vtendum est: et ordināda in finem: ſm q promouet meritum hominis ducens eū in cōsiderationem proprie infirmitatis: ⁊ secundum q purgat peccata. Similiter et res mundi: quia ab ipso sunt: eis vtendum est: vel inquantum conferunt ad dei cognitionē: ostendentes eius magnitudinem: vel inquātum sunt in subsidiū vite nostre ordinate in deum. Qđ ēm dicātur creature esse facte in odiū et muscipulam pedibus insipientium: hoc est ex parte hominis inquātum abutatur eis: sistendo in eis vt in fine: et non ex parte ipsarum creaturarum. Similiter opera que mala sunt: ab ipo sunt: ⁊ propter ipsum facienda: non quod quamlibet operationē oporteat semper actualiter referre in deum: sed sufficit qđ habituaLiter constituat finem in deo sue voluntatis.

Usꝰ etiā aliquorū est in patria.

§. III. Usus autem nō solum est

in via: sed etiam in patria quo ad quedam. Pro cuius declaratione dicit beatus Tho. vbi. s. qđ vsus cum sit eorum que sunt ad finem quedā sunt contingentia finem et includentia ipsum. Et hec sunt que non repugnant perfectioni finis: sicut dispositiones materie manent cum forma substantiali. Et talium erit vsus in patria. Sicut perfectiones naturales et septem dona spiritussancti: ⁊ alia que ex sua ratione imperfectionem non dicunt. Quedam autem sunt ad finem sicut distantia a fine: vt motus et huiusmodi. et istis ꝓpter suā imperfectionē nō cōpatitur finis. Et horum non erit vsus in patria: sicut pene actus: fides: spes: cibi: ⁊ hmōi. Differt aūt vsus dei in rebus creatis ab vsu nostro in duobus. Primo quia deus vsum suū quo vtitur rebus refert ad bonitatem suam. Nos autem non ad bonitatez nostram sed ipius. Scō q nos referimꝰ vsuz nostrū quo operamur circa creaturas ad vtilitatem nostram. Ipse vero non ad vtilitatē suam sed nostram. Primum ostendit magister in. j. dist. j. in operibus misericordie creationis et iustitie. Usus electionem sequitur: et precedit executionez operis. Uñ Damas. dicit qđ post electionem impetum facit ad operationem: ⁊ postea vtitur: ipsam enim executionē operis precedit motio: qua voluntas mouet ad exequendum: sequitur aūt electionem. Et sic cum vsus pertineat ad predictam motionem voluntatis: est medium inter electionē et executionem: que executio pertinet ad imperium: vt dicetur in seq. cap̄. Pro huius maiori declaratione dicit beatus Tho. ibi. j. ij. q. xvj. ar. iij. q volūtas habet duplicem habitudinē ad volitū. Una ſm q volitū est quodāmodo in volēte per quādā proportionē ad volitū: vnde ⁊ res que sunt naturaliter ꝓportionate ad aliquē finē: dicūtur naturaliter appetere illū finem. Sed sic habere finē est imperfecte habere ipm. Secūda habitudo volūtatis ad volitū est vt habeat ipsum finem realiter: ⁊ hoc est perfecte habere ipm. Volitū autē nō solū est finis: sed etiam id qđ est ad finē. Ultimum aūt qđ pertinet ad primam habitudinem voluntatis respectu eius qđ est ad finem est electio. Ibi eñ cōpletur ꝓportio volūtatis vt perfecte velit id quod est ad finem: sed vsus iam pertinet ad secundam habitudinem voluntatis qua tendit ad consequendū rem volitā. Et sic patet quod vsus sequitur electionē. Si tñ accipiaꝫ vsus ſm q voluntas vtitur potētia executiua mouēdo ipsam: sed quia voluntas etiam quodāmodo rationem mouet et vtitur ea: potest intelligi vsus eius q est ad finem ſm q est in cōsideratione rationis referentis ipm in finē: ⁊ hoc modo vsus precedit electionem. Item sciēdum ſm Thom̄. vbi. s. q electio precedit vsum si referantur ad idem. Nihil autem prohibet q vsus vnius precedat electionē alterius. Et quia actus volūtatis reflectuntur supra seipos: in quolibet actu volūtatis potest accipi et consensus et electio et vsus: vt si dicatur q voluntas consentit se eligere: ⁊ consentit se consentire: et vtitur sed ad consentiendum et eligēdum: vt semper isti actus ordinati ad id quod est prius sint priores.

Usus sequitur electionem.

Duplicē habitudinem habet volūtas ad volitum.

De bonitate et malitia humanorum actuū. Capitulū. xij.

Differt bonitas nature et bonitas moris.

QE bonitate vel malitia

humanorū actuū. Ubi primo sciēdū q ly ois actio inquātū actio sit bona: sez in genere nature: nō tamen in genere moris: sed aliqua bona ⁊ alia mala: Unde christus Jo. iij. Omnis qui male agit odit lucez. ⁊ Mat. vij. Arbor mala fructus malos facit ⁊c. Procuius declaratione dicit beatus Tho. j. ij. q. xviij. ar. j. q de bono et malo in actionibus oportet loq̄ sicut de bono ⁊ malo in rebus: eo q vnaquęq res talem operatione producit qualis est ipsa. In rebus autē vnumquodq tātum hz de bono: quātū habet de esse: bonū eñ et ens cōuertunt. Solus aūt deus habet totā plenitudinem sui esse ſm aliquid vnū ⁊ simplex. Unaquęq aūt res alia habet plenitudinē essendi sibi cōuenientem ſm diuersa. Uñ in aliquibus cōtingit q quātū ad aliquid habēt esse: ⁊ tamē quātū ad plenitudinē essendi sibi cōuenientē deficit eis aliquid. Sicut ad plenitudinem esse humani requiritur q sit quoddā cōpositū ex aia et corpore: habens oēs potentias ⁊ instrumenta cognitionis et motus. Unde si aliquid horum deficiat alicui homini: deficit ei aliquid de plenitudine sui esse. Quantū igitur habet de esse tantum habet de bonitate. Inquātū vero ei aliquid deficit de plenitudine essendi: intātū deficit a bonitate et dicitur maluz. Sicut homo cecus habet de bonitate q viuit: ⁊ malum est ei qđ caret visu. Si vero nihil haberet de entitate vel bonitate: neque bonum neque malum dici posset. Sic igitur omnis actio inquantum habet aliquid de esse: intantum habet de bonitate. Inquātum vero ei aliquid deficit de plenitudine essendi que debetur actioni humane: intantum deficit a bonitate. ⁊ sic dicitur mala: puta si deficiat ei vel determinata quantitas secundum rationem: vel debitus locus: vel aliquid huiusmodi. Et quod Dionysius dicit q malum non agit nisi in virtute boni. Uerum est: sed bonum illud est deficiens. Si enim nihil esset ibi de bono, non esset ens neque agere posset. Si non esset deficiens non esset malum. Unde et actio mala est quoddam bonum deficiens:

quod

quod ꝑm quid̃ est bonum: simpliciter autẽ malum. Item adulterium quod est quedaz actio non solum importat commixtionem maris et femine: vnde quãdoque sequitur generatio que bonum est: sed etiam talem actionem inquantum caret ordine rationis: et secundum hoc est mala actio.

Bonitas obiectalis humanum actuum.

§. I. Actio humana habet bonitatem vel malitiam ex obiecto.

Unde Osee. ix. dicitur de peccatoribus. Facti sunt abominabiles sicut ea que dilexerunt. Fit autem homo abominabilis ꝑ malitiã sue actionis. Pro cuius declaratiõe dicit beatus Tho. vbi. s. ar. ij. q̃ bonum et malũ actionis sicut z aliorũ rerũ: attenditur ex plenitudine essendi vel defectu ipsius. Primum autẽ qõ ad plenitudinem essendi pertinere videtur: est id qõ dat rei speciẽ. Sicut autem res naturalis habet speciem ex sua forma: ita actio habet speciem ex obiecto: sicut z motus ex termino. Et ideo sicut prima bonitas rei naturalis attenditur ex sua forma que dat ei speciem: ita et prima bonitas actus moralis attenditur ex obiecto conuenienti. Unde etiam a quibusdam appellatur bonũ ex genere: puta vti re sua. Et sicut in rebus naturalibus primum malum est si res generata non cõsequitur formam specificam: puta si non generetur homo: sed aliquid loco hominis. Ita primum malum in actionibus moralibus est qõ est ex obiecto: sicut accipere aliena. Et dicitur malum ex genere: genere pro specie accepto: eo modo loquendo quo dicimus genus humanum humanam speciẽ. Ubi etiam sciendum q̃ obiectum actionis non est materia ex qua: sed materia circa quam: et habet quodammodo rationem forme inquãtum dat speciem. Item licet res exteriores circa quas sunt actiones humane in se sint bone: tamen inquantum considerantur vt obiecta actionum talium: cum nõ habent debitam proportionẽ ad hanc vel illã determinatam actionẽ: nõ habent rationem boni. Et quia similes habitus similes actus reddũt: vt dicit ꝓbs in. ij. Ethic. Sicut habitus bonus et malus differunt specie: vt prodigalitas z liberalitas. Ita et actus bonus et malus differunt specie. Quia enim differentie per se diuersificant speciem: cum differentia boni et mali circa obiectum considerata comparetur per se ad rationem: scz scõm qõ obiectum est et conueniens vel non conueniens. dicuntur enim actus humani vel morales secũdũ q̃ sunt a ratione. Ideo bonum et malum diuersificant speciem in accibus moralibus. Sicut etiam in naturalibus bonuz quod est secũdũ naturã: et quod est contra naturam: vt corpus viuum z corpus mortuum: diuersificant speciem nature. Ita in moralibus quod est scõm rationẽ vt bonũ: et quod contra rationẽ vt malũ: diuersificant speciẽ moris scõm beatum Tho. vbi. s. ar. v. Actio humana habet bonitatem vel malitiam ex circunstantia z aliquando specie. Pro cuius declaratione dicit beatus Tho. vbi. s. ar. iij. quod in rebus naturalibus non inuenitur tota plenitudo que debetur rei ex forma speciali que dat speciẽ: sed multũ supadditur ex supueniẽtibus accidentibus: sicut in hoie ex figura z colore z aliꝭ hmõi: quorum si aliquid desit ad decentẽ habitudinez: consequitur malũ. Ita est etiam in actione. Nam plenitudo bonitatis non tota cõsistit in sua specie: sed aliquid additur ei et ex his que aduenium tanq̃ accidentia quedam: z hec sunt circunstantie debite. Unde si aliquid desit quod pertineat ad circunstantias debitas erit actio mala. Sunt autẽ circunstantie extra actionem: inquantum nõ sunt de essentia eius: tamen sunt in ipsa velut quedam accidentia eius: sicut accidentia que sunt in substantijs naturalibus. Et sunt huiusmodi circunstantie vt accidentia per se seu propria: et ideo considerantur in doctrina morum: sicut in vnaquaque arte considerant accidentia ꝓpria. Et nota diligenter: quod tunc circunstantia non solum auget malitiam in actu malo: sed etiã mutat speciem illius actus: quando videlicet consideratur illa circunstantia vt principalis conditio obiecti actionis: habens specialem repugnantiam: et vt contrariam ordini rationem: puta ratio considerat vel ordinat: seu considerare potest et ordinare: etsi non facit hanc considerationem vel ordinationem non esse iniuriam faciendam loco sacro. Tollere ergo alienum de loco sacro addit specialem repugnãtiam ad ordinem rationis. Et sic circunstãtia mutat speciẽ: vt dicit beatus Tho. vbi. s. arti. x. Et tũc nõ remanet in ratione circũstãtie in genere moris: cũ dat speciẽ actui: q̃ consideratur vt quedã cõditio principalis obiecti: z quasi quedã specifica differentia: sed in genere nature illius actionis. Nõ est aũt ꝓueniẽs q̃ vn⁹ actus moralis sit in pluribus speciebus moris etiã disparatis. Cũ autem circũstantia nõ respicit ordinem rationis in bono vel malo per se: sed ꝓsupposita alia circunstantia a qua actus moralis habet speciem boni vel mali: sicut tollere aliquid in magna quãtitate vel parua: non respicit ordinẽ rationis in bono vel in malo: nisi ꝓsupposita alia conditione per quam actus habet malitiam: puta hoc quod est esse alienum quod repugnat rationi: z ideo hoc non mutat speciem peccati: sed aggrauat.

Obiectũ actionis est materia circa quam.

Ex circũstãtijs actioꝝ denominatur.

Circunstantia interdũ mutat speciem.

§. II. Actio humana habet bonitatem z malitiam ꝓcipue ex fine.

Unde Boetius. Cuius finis bonus est z ipsum bonũ: z cuius finis malus z ipsum quoq̃ malum. Pro cuius declaratione dicit beatus Tho. vbi. s. arti. iiij. q̃ eadẽ dispositio rerum in bonitate z in esse est. Sunt enim quedã quoꝝ esse ex alio non dependet: z in his sufficit considerare eorum esse absolute. Quedaz vero sunt quorum esse dependet ab alio: vnde oportet q̃ considerentur per comparationem ad causam a qua dependent: sicut autem esse rei dependet ab agente z forma: ita z a fine defendet bonitas. Unde in personis diuinis que non habent bonitatem dependentem ab alio: non consideratur aliqua ratio bonitatis ex fine. Actiones humane z alia quorum bonitas dependet ab alio: habent rationem bonitatis ex fine a quo dependent ꝓter bonitatem absolutam que in eis existit. Sic igitur in actione humana quadruplex bonitas considerari potest. Una scilicet secundũ genus ꝓout scilicet est actio quia inquantum habet de actione in entitate: intãtum habet de bonitate. Alia vero bonitas est secundũ speciem que accipitur ꝑm obiectum conueniens. Tertia que accipitur ꝑm circũstãtias quasi accidentia quedam. Quarta ꝑm finem quasi secũdũ habitudinem ad causam bonitatis. Et cũ dionysius dicat. Nullus ad malum respiciens operatur. Sciendum q̃ bonum ad q̃ respiciens operatur non est semper verum bonum: sed aliquando apparens bonum z non verum: z tunc sequitur aditio mala. Nihil etiam prohibet in vna actione adesse vnam dictarum bonitatũ et deesse aliam. Non est autem actio bona simpliciter nisi adsint omnes predicte bonitates. Item secundũ beatum Tho. vbi. s. artic. vj. Ex fine diuersificatur etiã species actus humani. Quod sic declarat. Actus dicuntur humani inquãtum sunt voluntarij. In actu autem voluntario inuenitur duplex actus: scilicet actus interior voluntatis z actus exterior: z vterq̃ eorum actuum habet suum obiectum. Finis aũt ꝓprie est obiectum actus interioris voluntarij. Idem autẽ circa qõ est actio exterior est obiectum eius. Sicut ergo actus exterior accipit speciẽ ex obiecto circa quod est: ita z actus interior accipit speciem ex fine sicut ex ꝓprio obiecto. Id autẽ quod ex parte voluntatis se habet vt formale ad id quod est ex parte actus exteriorꝭ: q̃ voluntas vtitur membris ad agendum vt instrumentis. Neq̃ actus exteriores habent rationem moralitatis nisi inquantum sunt voluntarij. Et ideo actus humani species formaliter consideratur secundum finem. Materialiter autem ꝑm obiectũ exteriorꝭ actus. Unde philosophus dicit in. v. Ethic. q̃ qui furatur vt mechetur: per se loquendo magis adulter est q̃ fur. Et sic cuz actus habeat speciem ex obiecto: quia finis etiam habet rationem obiecti: ex eo enim habet speciem.

Actio denominat ex fine.

In actione humana q̃druplex bonitas potest considerari.

§. III. Actionũ humanarum aliq̃ sunt indifferentes ꝑm speciem: sed nulla est indifferens secũdum individuum.

Et ꝓmum ostendit Augu. in lib. de sermo. domini in monte. vbi dicit q̃ quedã facta hominũ sunt media q̃ possunt bono z malo animo fieri: de quibus temerariũ est iudicare: z hec dicuntur indifferentia. Quod sic declarat be. Tho. j. ij. q. xviij. arti. ix. Omnis actus speciẽ habet ex obiecto. Et actꝰ humanus qui dicitur moralis habet speciem ex obiecto relato ad principiũ actuũ humanoꝝ qõ est ratio. Unde si obiectũ actꝰ includit aliquid qõ conueniat ordini rationis: erit actus bonus ꝑm suam speciẽ: vt dare eleemosynam indigẽti. Si aũt includat aliquid qõ repugnet ordini rationis: erit actus malus ꝑm suam speciem: sicut furari quod est tollere aliena. Contingit autem q̃ obiectum actus non includit aliquid pertinens ad ordinem rationis: sicut leuare festucã de terra: ire ad campũ z huiusmodi: z tales ꝑm suam speciẽ sunt indifferentes. Quãuis autẽ omne obiectum vel finis circa que est actus: habet aliquã malitiã vel bonitatẽ saltem naturalẽ: nõ tamẽ semper importat bonitatem vel malitiã moralẽ que consideratur per cõparationẽ ad rationem. Itẽ cuius malũ sit priuatio boni: z habitus z priuatio sint opposita immediata ꝑm ꝓm: nõ tamẽ ex hoc tollitur quin possit esse

De actibus idifferẽtibꝰ.

aliquis actus indifferens: quasi medium inter bonum et malum secundum speciem. Et ro est: qz duplex est priuatio. quedam que consistit in priuato esse: et qz hec nihil relinquit: sed totum aufert: vt cecitas totaliter aufert visium: tenebre lucem: mors vitam: ideo inter hanc priuationem z eius habitum oppositum no potest esse aliquod medium circa ppium suceptibile. Alia priuatio est que consistit in priuatione: sicut egritudo est priuatio sanitatis: non qz tota sanitas subtrahat: sed est quasi quedam ad totale oblationem sanitatis via que fit per mortem. Et ideo cum talis priuatio aliquid relinquat: no semper est immediata cum opposito habitu. Et hoc modo malum est priuatio boni: qz no totum bonum aufert: sed aliqd relinquitur: vnde potest esse aliqd medium inter bonum z malum. Secundum. l. q nullus act⁹ fm indiuiduum sit indifferes: probatur ex hoc qz dicit christus Mat. xij. Omne verbum otiosum qz locuti fuerint homines: reddent rationem de eo in die iudicii: qz sez est malum. Et dicitur otiosum verbum fm Grego. q vtilitate rectitudinis vel ratione iuste necessitatis caret. si aut non careret his: no esset otiosum nec malum: sed bonum: z ide de aliis actibus. Pro cuius declaratione dicit btus Tho. vbi. s. q contingit aliquem actum esse indifferentem fm speciem: q nunquam erit bonus vel malus in individuo consideratus. Et hoc ideo: quia actus moralis non solum habet bonitatem vel malitiam ex obiecto ex quo habet speciem: sed etiam ex circumstantijs que sunt quasi quedam accidentia: sicut aliquid contingit individuo hominis fm accidentia individuantia: qz no contingit homini fm rationem speciei. Et ideo oportet q quilibet actus individualis habeat aliquam circumstantiam per quam trahatur ad bonum vel malum ad minus ex parte intentionis finis. Cum enim rationis sit ordinare: actus a ratione deliberatiua procedens si non sit ad debitum finem ordinatus: ex hocipso repugnat rationi: z habet rationem mali. Si vero ordinet ad debitum finem: congruit cum ordine rationis vnde habet rationem boni: necesse est aut q actus ordinetur vel non ordinetur ad debitum finem. Cum necesse est oem actum hominis a ratione deliberatiua procedentem in individuo consideratum esse bonum vel malum. Si aut no procedit a ratione deliberata: sed ex quadam imaginatione: sicut cum quis fricatur barba: vel mouet manum vel pedem: talis actus non est proprie moralis vel humanus: cum hoc habeat actus a ratione: z sic erit indifferens quasi extra genus actuum moraliu existens. Qd aut dicit phs in. iij. Ethi. de placidis. i. adulatoribus et prodigis qd non sunt mali non est contra dicta: qz phs ibi vocat malos ppter eos qui sunt proximis nociui. Sed theologus dicit actum omnem malum qui repugnat recte rationi: siue noceat primo siue sibi soli: z sic prodigi et placidi et huiusmodi sunt mali. Sed z qui agit aliquid querens sustentionem vel quietem corporis sui: vt comedendo: dormiendo et huiusmodi. Si ipsum corpus suum ordinat ad bonum virtutis: et ille actus pertinebit ad virtutem. z econtrario si malus. Item nota q actus vnus in genere nature potest esse bonus et malus in genere moris: puta ambulatio ad ecclesiam vnam in principio potest esse bona vt si fiat propter deum: et in processu mala: vt si mutetur intentio et fiat propter inanem gloriam vel lasciuiam: et tunc sunt diuersi actus in genere moris bonus z malus propter mutationem intentionis: licet vnus sit in genere nature: sed vnus z idem actus in genere moris est impossibile quod sit bonus et malus cum sint contraria. Tho. I. ij. q. xx.

Scom indiuiduã nullus actꝰ est indifferens

Mali homines sũt fm philosophiã et fm theologiam.

§. III. Bonitas voluntatis humane in actibus suis

Primo dependet ex obiecto. i. ex bono qd vult. Secundo ex ratione volentis. Tertio ex lege eterna. Quarto ex hoc q conformatur volũtati diuine. Primũ sic pbatur. Dicit phs in. v. Ethic. q iustitia est fm quã aliqui volunt iusta. Et eadem ratione virtus est scom quã aliqui volunt bona. Sed bona volũtas est q est fm virtutem. Unde sequitur q bonitas voluntatis ex hoc est q aliquis vult bonum: no quodcunq; sed conueniens ad appetendum fm rationem. Nam et malus vult bonum: non quidem verum sed apparens. Sub hoc etiam qd quis velit bonum includitur obseruatio debitarum circumstantiarum. Nam si quis vult bonum quando non debet vel vbi no debet: no vult vere bonum. Includitur etiam in tertio debiti finis. Nam cum volumus aliquid propter intentionem alicuius finis: ordo ad illum finem accipitur vt quedam ratio bonitatis in obiecto. i. in ipso volito. Vt cum quis vult ieiunare propter deum: ipsum ieiunium habet rationem boni: ex hocipso q fit propter deum. Secundo depẽdet humane voluntatis bonitas ex ratione: ex eo videlicet qd obiectum voluntatis proponitur ei per rationem. Ad bonum intellectum est bonum voluntatis proportionatum ei. Bonum sensibile vel imaginatum non est proportionatum ei: sed appetitui sensitiuo: qz volũtas potest tendere in bonum vniuersale: qd ratio apprehendit. Appetitus aut sensitiuus no tendit nisi in bonum particulare: quod apprehendit vis sensitiua. Tertio dependet bonitas voluntatis ex lege eterna: cum est scom eam sicut peccatum quod est contra bonitatem: dicit esse actio contra legem eternam scom diffinitionem Aug. In causis enim ordinatis effectus plus dependet a prima causa qm a secunda: cum secunda no agat nisi virtute prime. Qd autem ratio humana sit regula volũtatis humane: ex qua bonitas eius mensuratur: hoc habet a lege eterna que est ratio diuina. Unde in ps. iij. Signatum est super nos lumen vultus tui domine. i. lumen rationis qd in nobis est: qd nobis potest ostendere bona z regulare voluntatem nostram: inquantum est lumen vultus tui. i. a vultu tuo: seu lege eterna tua derivatum. Magis ergo dependet bonitas voluntatis a lege eterna qm a ratione humana. Et vbi deficit ratio humana: oportet recurrere ad rationem eternam. Que lex eterna licet nobis sit ignota secundum q est in mente diuina: innotescit tñ nobis per rationem naturalem que ab ea derivatur vt propria imago: vel p aliquam reuelationem supadditã. Quarto dependet ex cõformitate ad voluntatem diuinam. Unde super illud Mat. xxvj. Non sicut ego volo sed sicut tu. dicit glo. Hoc dicit qz rectum vult esse hominem: et ad deum dirigi scom Augu. Rectitudo autem voluntatis est bonitas eius. Et sic patet q dependet bonitas volũtatis ex conformitate diuine volũtatis. Cum enim bonitas voluntatis dependeat ex intentione finis: finis autem vltimus voluntatis humane sit deus qui est summum bonum: sequitur qd requiratur ad bonitatem voluntatis humane q ordinetur ad summum bonum qd est deus. Et sic oportet q conformet se cum diuina voluntate: formaliter quidem non materialiter: id est in cõmuni non particulari. Volitum enim diuinum id est qd vult deus secundum rationem cõmunem: quale sit scire possumus. Simus enim q quicquid vult deus: vult sub ratione boni: et ideo quicunque vult aliquid sub ratione boni: habet volũtatem conformem voluntati diuine quantum ad rationem voliti. Sed in particulari nescimus quid deus velit: et quantum ad hoc no tenentur cõformare voluntatem nostram voluntati diuine. In statu autem glorie omnes videbunt in singulis que vult: z ideo non solum formaliter sed etiam materialiter conformant voluntatem suam voluntati diuine. Econtrario malitia voluntatis humane procedit ex obiecto quando non vult verum bonum: et ex defectu rationis. Et quia est contra legem eternam illud volitum: nec conforme voluntati diuine. Hec Tho. ij. q. xix. arti. ix.

Bonitas actuum hũanorũ est ex obiecto.

Bonitas actũ est ex lege diuina.

Bonitas actũ est ex cõformitate ad volũtatem diuinam.

§. V. De bonitate z malitia actu

um exteriorũ. Bonitas z malitia per prius reperitur in actu interiori voluntatis qm in actu exteriori. Quod pbatur ex hoc qd dicit Augu. q voluntas est qua peccatur et recte viuitur. Et sic peccatum vel opus bonum per prius reperit in voluntate. Verum est tamen q si consideret bonitas actus exterioris scom qd est in apprehensione et ordinatione rationis: prior est qm bonitas actus voluntatis. Actus enim exterior est obiectum volũtatis inquantum proponit volũtati a ratione vt quoddam bonum apprehensum z ordinatum per rationem: z sic est prius qua bonum actꝰ volũtatis. Sed si consideret fm q est in executione operis: sequit bonitatem voluntatis q est principium eius. Est enim effectus voluntatis z sequitur ipsam. Finis enim est prior in intentione z posterior in executione. Item sciendum q tota malitia vel bonitas actus exterioris non dependet ex voluntate. Nam dupler bonitas vel malitia potest considerari in actu exteriori. Una: secundum debitam materiam z circumstantias. Alia secundum ordinem ad finem. Et illa quidem que est scom ordinem ad finem: tota dependet a voluntate. Illa autem que est ex debita materia z circumstantijs dependet ex ratione: et ex hac dependet bonitas voluntatis secundum qd in ipsam fertur. Est aut considerandum q ad hoc qd aliquid sit malum sufficit vnus defectus: ad hoc aut vt aliquid sit simpliciter bonum: no sufficit vnum singulare: sed requiritur integritas voluntatis. Si ergo voluntas est bona: z ex ppio obiecto z ex fine: consequens est actum exteriorem inde sequentem esse bonum: si aut deficit alterum eorum: erit actus malus. Quando igit dicitur Matth. vij. Arbor bona non potest fructus malos facere: vbi arbor bona significat bonam voluntatem: intelligendum est voluntatem esse bonam ex actu volito bono et fine debito. Peccat enim quis et qm vult malum actum z etiam qm vult malum finem.

Unde est tota malitia exteriorum actuum.

Et qm

Et qñ actus exterior dicitur bonus vel malꝰ solũ ex ordine ad finẽ: tũc est oino eadẽ bonitas vel malitia actus volũtatis que per se respicit finem: ꝛ actus exteriꝰ que respicit finẽ mediãte actu voluntatis. Qñ aũt actus exterior habet bonitatem vel malitiã ꝑm se. i. scõm materiã incircũstãtias: tũc bonitas actus exteriꝰ est vna: ꝛ bonitas voluntatis que est ex fine est alia: ita tñ quod bonitas finis ex voluntate redundat in actum exteriorem: et bonitas materie et circũstantiarũ redundat in actum volũtatis. Quãuis enim actus interior et exterior sint diuersi in genere nature: tamẽ ex eis sic diuersis cõstituitur vnum in genere moris. Tho. ij. ũ. q. xx. Quomodo actus exterior addit ad bonitatem vel maliciam actus interioris vel non. Sciendũ igitur qꝰ bonitas vel malitia actus exterioris potest considerari dupliciter: videlicet ex fine intento: et ex materia ꝛ circunstãtijs. Et quantum ad primum id est ex voluntate finis: tunc actus exterior nihil addit ad bonitatem vel malitiam nisi contingat ipsam voluntatem fieri: vel meliorem in bonis: vel peiorem in malis ꝓ ipm actum exteriorem: quã solum per interiorem: quod potest contingere tripliciter. Primo modo secũdũ numerũ: puta cum quis vult aliquid facere bono fine vel malo: ꝛ tunc id non facit: postmodum autem vult ꝛ facit: ꝛ sic ibi duplicatur actus voluntatis: vnde ibi duplex bonum est vel duplex malum. Secundo modo quãtum ad extensionem: puta cum quis vult aliquid facere bono fine vel malo: ꝛ propter aliquod impedimentum desistat. Alius aũt cõtinuat motum voluntatis quousque perficiat opus: manifestũ est qꝰ hmõi volũtas est diuturnior in bono vel in malo: ꝛ sic melior vel potior. Tertio modo ꝑm intentionem. Sunt enim quidã actus exteriores qui inquãtũ sunt delectabiles vel penosi nati sunt intendere voluntatem vel remittere. Cõstat enim qꝫ quãto voluntas intensius tendit in malum vel bonum: tanto est peior vel melior. Quantum ad secundum: id est loquendo de ipo actu exteriori scõm materiã ꝛ circunstantias: sic comparatur ad voluntatem vt terminus et finis. Et hoc modo addit ad bonitatem vel malitiam voluntatis: quia ois inclinatio vlꝰ motꝰ pficit in eo qꝰ cõsequit finẽ: vl attingit terminũ. Qñ nõ est perfecta volũtas nisi sit talis que data opportunitate operetur. Si vero possibilitas desit voluntate existente perfecta vt operetur si posset: defectus perfectiõis que est ex actu exteriori est simpliciter inuoluntarium. Inuoluntarium autem sicut nõ meretur premium vel penam in operando bonum aut malum: ita aliquid non tollit de pena vel premio: si homo inuoluntarie simpliciter deficiat ad faciendum bonum vel malum. Hec. b. Tho. ij. ũ. q. xx. Euentus autem sequẽs ex actu exteriori aliquãdo addit ad bonitatem vel malitiam: aliquando non addit. Nã si euentus est precogitatus manifestum est qꝫ addit ad bonitatem vel malitiam. Si quis enim cogitans quod ex opere suo multa mala possunt sequi: ꝛ tamen non desistit: vt que grauius peccat: et sic in bonis actibus magis meretur. Si autem non sit precogitatus talis euentus: tunc distinguendum: quia si per se et vt in pluribus sequitur talis euentus ex tali actu: sic euẽtus huiusmodi addit ad bonitatem vel malitiam actus. Manifestũ est enim actum esse meliorem ex suo genere: ex quo possunt sequi plura bona: et peiorem ex quo possunt et sequi plura mala. Si vero per accidens et vt in paucioribus: tunc euentus nõ addit ad malitiam vel bonitatem actus. Non enim datur iudiciũ de re aliqua secundum id quod est per accidens: sed solum secundum id qꝫ est per se.

De bonitate actꝰ exteriꝰ.

Habitudo actus ad voluntatem.

Bonitas est ex diuersis.

§. VI. Actio humana dicitur bona vel mala: recta vel peccatum: laudabilis vel culpabilis: meritoria vel demeritoria ꝑm diuersos respectus: ꝛ bonũ et malũ in plus se habent qꝫ rectum ꝛ peccatũ. Quelibet enim priuatio boni in quocũqꝫ existat habet rõnem mali. Actio humana intantum dicitur bona inquãtũ habet de entitate. Si enim qs agat ꝑm materiam cõuenientẽ rõni: ꝛ debitas circũstantias et ad bonum finem: erit actio bona simpliciter in genere moris: qꝫ habet totã plenitudinẽ entitatis actionis moralis. Si aliqd horũ deficiat erit mala in genere moris: remanebit tñ bona in genere nature: quia ois actio inquãtum actio est bona. Sed ꝛ si quis ambulet claudicãdo: poterit dici actio illa mala in gñe nature: qꝛ deficit a perfectione ambulatiõis. Sed qꝛ rectũ dicitur cuius medium nõ discrepat ab extremis: dicitur actio humana recta qñ ipsa actio que est quasi medium nõ exit ab extremis: videlicet ab ordine principij actiui ad finẽ debitũ. In his enim q̃ agunt̃ per voluntatẽ regula prima est rõ humana: regula suprema est lex eterna. Quãdo ergo actus humanꝰ procedit ab hac duplici regula: vt a principio intendit in finẽ. tũc est rectus. Qñ autem ab hac rectitudine obliquatur dicitur esse peccatũ: ꝛ sic peccatũ ꝓprie cõsistit in actu q̃ agit̃ ꝓpter finẽ aliquẽ: cũ nõ hz debitũ ordinẽ ad illũ finẽ. Sicut aũt malũ in plꝰ se hz qꝫ pctm: ita pctm in plꝰ qꝫ culpa. Ex hoc eñ dicitur actus culpabilis vel laudabilis: ex hoc qꝰ imputatur agenti. Nihil est enim aliud laudari vel culpari qꝫ imputare alicui malitiã vel bonitatẽ sui actus. Tũc autẽ actꝰ imputatur agẽti qñ est in potestate ipsius: ita qꝰ habet dñium sui actus. Hoc autẽ est in omnibus actibus volũtarijs. Unde sequitur qꝰ bonũ ꝛ malũ solũ in actibus volũtarijs cõstituit rationem laudis ꝛ culpe: in quibus id ẽ est malũ peccatũ ꝛ culpa. Meritoria aũt dicitur actio, vel demeritoria: per respectũ ad retributionem: que fit scõm iustitiã. Retributio autẽ fit alicui scõm iustitiã: ex eo qꝰ agit in profectum vel nocumentum alterius. Unusquisqꝫ autem in aliqua societate viuens: est quodãmodo pars ꝛ mẽbrum totius societatis. Quicũqꝫ ergo aliquid agit in bonum vel malum alicuius de societate existentis: hoc redundat in totam societatem: sicut qui ledit manum: per consequens ledit corpus totum cuius est manus. Quando ergo quis agit in bonum vel malum alicuius de societate aliqua: debetur ei retributio pmij vel pene. Primo ab illa persona quam iuuit vel lesit: deinde a toto collegio: si autem agit in bonũ vel malum totius collegij debetur ei retributio: primo a toto collegio premij vel pene: ex inde a singulis de collegio. Et cum agit in bonum vel malum proprium: etiam debetur premium vel pena: quia ipse etiam pars est collegij: ꝛ sic iuuit vel nocuit. Habet ergo actus humanus rationem culpe vel laudis: ꝑm qꝰ est in potestate nostra. Rectitudinis autem vel peccati ꝑm ordinem ad finem. Meriti vel demeriti scõm retributionẽ iustitie. Et quia actus hominis habet rationẽ meriti vel demeriti ꝑm qꝰ ordinatur ad alterũ: vel ratione cõmunitatis seu cõmunis. Utroqꝫ autẽ modo actus nostri boni vel mali habẽt rationẽ meriti, vel demeriti apud deum. Ratione quidem ipsius dei inquantũ est vltimus finis hominis. Est aũt debitum vt ad finẽ vltimũ omnes actus referãtur. Qñ qui facit actũ malum nõ referibilẽ in deũ: non seruat honorẽ dei qui ei vt vltimo fini debetur. Ex parte vero totius cõitatis vniuersi: qꝛ in qualibet cõmunitate ille qui regit cõmunitatẽ precipue habet curã boni cõmunis: vñ ad deũ pertinet retribuere pro eis que bene vel male fiunt in cõitate. Est aũt deus gubernator ꝛ rector totius vniuersi ꝛ specialiter creaturarũ rationabiliũ. Et sic ptz qꝰ actus humani habẽt rationẽ meriti vel demeriti per cõparationẽ ad deũ alioquin sequeretur qꝰ deus nõ haberet curã de actibus humanis. Unde Eccles vlti. Omnia que fiunt adducet dominꝰ in iudiciũ: siue bonũ siue malũ. Tho. ij. q. xx. De merito apud deum quod procedit ex voluntate presupposita tamen prius gratia. Nota scõm Duranꝺ. ordinis minorũ in summa sua: qꝰ omne peccatum cõsistit in voluntate sicut effectus in causa: quia volũtas est causa omnis peccati. Unde Aug. Usqꝫ adeo peccatũ volũtarium malum est: vt nullo modo peccatũ sit si non sit voluntariũ. xv. q. j. c. j. Idem testatur Amb. ea. q. c. non est. Ita meritũ omne a voluntate procedit quantũ est ex parte nostra. Unde de pe. di. j. si cui. Voluntas remuneratur: non opus id est reddit opus meritorium ꝛ remunerabile: nihil enim potest esse meritorium: nisi illud quod fit propter deum actualiter vel habitualiter: non enim requiritur semper actualis relatio in deum: sed sufficit habitualis cum aliqua actuali. Nam quando voluntas fertur super vnã actionem: tunc sufficit intentio actualis in principio operis: vt qui vult peregrinari pro deo sufficit quod in primo exitu habeat actualem intentionem. Quando autem voluntas fertur super plures actiones se consequentes: vt qui proponit omni die dare centũ eleemosynas: sic sufficit actualis intentio in prima actione. Unde religiosi qui ex charitate vouerunt regulam merentur in omni opere quod spectat ad regulam ratione prime intentionis: nisi forte contraria intẽtio superueniret. In alijs autem que non spectant ad regulam: non sufficit illa intentio respectu regule: sed requiritur actualis.

De merito apud deum.

Religiosi quo merentur.

§. VII. De modis varijs meren

di. Nota ꝑm Duranꝺ. ordinis minorum in summa: qꝰ dupliciter dicitur aliquid meritorium. Uno modo ratione operis: puta qñ opus de se est ordinabile ad finem vltimũ: vt opus quod est de genere bonorũ: sicut eleemosyna: ieiunium: oratio: ꝛ hmõi. Scõo modo dicitur meritorium aliquid ratione operãtis: quãdo. s. opꝰ de se est ordinabile ad finẽ creatũ: cũ tamen charitate operantis

ordinatur ad vltimum finē:z sic opa indifferētia possunt esse me
j.Cor.x. ritoria.Unde apls.Siue māducatis siue bibitis siue aliqd
aliud facitis:omnia in gloriam dei facite.Quantum ad primū
modum:qō meritū consistit aut in agēdo:aut in omittendo seu
vitādo:aut in patiendo.Sit in agendo tunc dupliciter:quia aut
actio est interior aut exterior.Si interior sic precipue contingit
Actione interiori meretur aliqse= ptem mo dis. mereri septem modis.Primo ex consideratione perpetrati cri
minis:dū illud detestatur dolēdo:tūc eīm nō solum purgat pec
catum:sed etiā meret dum hoc agit in statu gratie.Iuxta illud
Ps.Scōm multitudine miz dolorum meorum:scz de peccatis in
corde meo consolationes tue:scz meritorum letificauerunt ani=
mam meā.Scdo ex consideratione pro merito penalitatis dū
per eam roboratur ad satisfactionem.Iuxta illud ps.Quoniā
ego in flagella paratꝰ sum:z dolor meus in cōspec.meo semper.
Et pro qz.Tertio ex cōsideratione ppie fragilitatis:dum per
eā humiliatur.Ps.Humiliatꝰ sum vsqz quaqz domine viuifica
me.Quarto ex consideratione presentis calamitatis:dum pre=
sentia aspernat.Hiere.iij.Aspexi terram et ecce vacua erat scz
veris bonis et quasi nihil.Quinto ex consideratione diuine li=
bertatis:dum per eā ad amorem dei inflammatur.Roma.viij.
Proprio filio suo non pepercit:sed pro nobis omnibus tradidit
illum:quomodo non etiam cum illo oīa nobis donauit.ps.Be
nedic anima mea dño:z oīa que intra me sunt ꝛc.Qui propi=
tiatur omnibus iniquitatibus tuis:qui replet in bonis desi=
derium tuū ꝛc.Sexto ex consideratione aliene aduersitatis:dum
per eam compassionis iaculo vulneratur.ij.Cor.xj.Quis in=
Merito= ruz varie cause. firmatur z ego non infirmor:q uis scādalizatur et ego nō ror
Septimo ex consideratione aliene prosperitatis: dum ꝓfectui
proximi congratulatur.ij.Jo.j.Gaudiꝰ sum valde quoniam in
uenti de filijs tuis ambulantes in veritate.Idem in.iij.Cañ.Ma
iorem horum non habeo gratiam quā vt audiam filios meos
in veritate ambulare.Ro.xij.Gaudere cum gaudentibus.Si
autem est actio exterior que consistit in carnis macerationē scz
ieunijs:vigilijs:disciplinis:cilicijs:peregrinationibus z huius=
modi.In eleemosynarum largitione spiritualium z corporaliū
que sunt septemplices:z ore vocali siue priuata siue solenni:
vt in horis canonicis:sic aliquod horum agēdo in statu gratie
z debito modo meret.j.Tim.iij.Pietas ad omnia vtilis est
promissione hns vite que nunc est z future.Joā.xij.quo ad ma
cerationem corporis.Si mortuum fuerit granum frumenti mul
tum fructum affert.s.meriti.ps.Oratio mea in sinu meo cōuer
tetur.in mēte scz quo ad meritū.Si vero meritum cōsistit in di=
mittendo:seu euitando.s.peccatū:tūc aut cā vel actio subest:pu
ta cum quis impugatur de tentatione alicuius peccati:z tunc
resistendo meretur primum.Jaco.j.Beatus vir qui suffert tēta
tionē:qm cum probatus fuerit accipiet coronam vite.j.Cor.x.
Non patietur vos tentari supra id quod potestis:sed faciet cū
tentatione prouētum ꝛc.Aut quis nō impugnatur tentatione z
sic non meretur premium:sed vitat supplicium.Si autem consi
stit in patiendo.Aut est passio naturalis:sic homo non meret
per talem passionem nisi occasionaliter:vt grauitas mētis quā
hs fit melācholici.Aut passio nō est naturalis:z hec aut est oīno
voluntaria:vt quia assumpta a se:aut imposita ab alio:z vtroqz
modo meritoria:sed maius primo modo.Aut omnino inuolun
ij.Tit.iij. taria:et sic nihil meretur per talia.Aut partim volutaria:et sic
est meritoria:non solum cum eligit ipsam passionē:sed etiā cū
tolerat:plus tamen de primo modo meretur.Apostolus.Si
sustinebimus et conregnabimus.

¶De exercitio volūtatis et quō cor sit exercēdū. Cap.xiij.

voluntas freqnter dicit cor. # De exercitio voluntatis.

Ubi notandum qō voluntas humana frequenter
in scriptura dicit cor.vt illud Deut.vj.z Matt.xxj.
Diliges dñm deum tuū ex toto corde tuo.i.ex tota
volūtate:ꝺm cōem expositionem.Ratio huius esse pōt:qz sicut
cor est principalius oibus mēbris corpis:ita volūtas est princi
palior inter potentias aie.ꝺm Tho.vt ptz.ē.Et sicut ex dispos
tione cordis bona vel mala ꝓcedit vita vel mors principaliter:
sic ex dispositione voluntatis bona vel mala procedit vita per
gratiā aie:vel mors p peccatū.Sub noīe igit cordis hic tracta
tur de exercitio voluntatis.Et circa hoc tria videamus.
Primo a deitate opz cor perfectionari vt in gloria viuat.
¶Scdo ab humanitate debet cor exercitari vt in gra ꝓficiat.
¶Tertio ab iniquitate habet cor mortificari:vt in gehēna nō
permaneat.

§.I.Quantum ad primum dicit

saluator.Hoc fac z vives.s.in vita eterna.Luce.x.scz vt diligas
ex toto corde.i.pfecto.Sed vt dicit in Cantic.Dei pfecta sunt
opera nō hoīs.Deut.xxxij.Ipse eīm deꝰ est qui operat in nobis
velle z perficere:ait apls ad Phil.ij.Septem aūt modis deus
operat in corde nostro.i.in voluntate vt ducat eam ad pfectio=
nem.Primo intuendo ipm cor:vt ducat ad mali detestationē.j. Deꝰ ope= rat in cor de nostro septē mo dis.
Reg.xvj.Homo videt que parent scz exterius.Deus aūt intuet
cor intuetur autē cor cognoscendo oēs cogitationes.i.affectio
nes hoīm:propter qō deberent homines multum erubescere de
malis desideriis etsi occultis:cum ante homines probos eru=
bescat quis z caueat peccare.Intuetur etiam cor deus:cum vi=
delicet facit hominem intueri et cognoscere ac detestari pecca=
tum suum.In cuius figurā dominꝰ Jesus respiciēs Petrū qui
stabat ante ignē cū Judeis z eum negauerat cognoscere fecit z
fiere peccatū suū.Scdo aperiēdo ipm cor ad gre susceptionem
z obeditionem.Unde.ij.Mach.ij.dicitur.Aldaperiat dñs cor ve
strum in lege sua et in preceptis suis.Et paulo ante quasi decla=
rans quod ante premisit:de vobis cor oibus vt colatis eum et
faciatis eius voluntatem.Oportet tamē pulsare orationibus:z
alijs operibus que sunt de genere bonorum.Pulsate z aperiet
vobis inquit dominus Jesus.s.cor vestrum ad gratiā recipien=
dam.Sicut eīm artifex nō introducit formam nisi dispōsita ma=
teria ad eā recipiendā.Sic nec deus gratiā.Unde in figuram Luc.xj.
clausum celum orationibus Helie apertum est.Sic celū cordis
clausum per peccatū:aperitur et aquis gratie repleꝫ ad effun=
dēdū alijs:vt ptz in Matthēo z paulo et multis alijs.Tertio
operatur deus circa cor ipm tangendo ad feruentē imitationē. iij.Reg. xvij. et xviij.
In cuius figurā legit.j.Reg.x.Abijt cuz Saul pars exercitus
quorū deus tetigerat corda.Sic illi quorū corda deus tangit p
feruorē tāquā boni et fideles christi milites christum sequūtur
regem populi sui imo vniuersi:licet quidam eū despiciant.Imi
tatur aūt fugiendo et horrēdo honores diuitias et delectabilia
mundi.Unde Cañ.v.dicit aīa de sponso.s.christo.Venter meus
contremuit ad contactū eius.Uēter qui est caro tenera z mol=
lis continens fimū:significat sensualitatem que tota mollis est
ad mundana z delectabilia continens fimum concupiscentie.
Et hec contremuit ad contractum christi per feruorem horren
do z restringendo talia que christus renuit:tremuit etiam mi=
rando que pro nobis fecit:z quanta pertulit dura.Quarto ope
ratur circa cor visitando ad emundationem.Ps.xvj.Probasti
cor meum et visitasti nocte.s.tribulationis.Igne me examina=
sti tentationis.Et ecce effectus vtilis in eo quod sequitur.Non
est inuēta in me iniquitas:quia scilicet purgata est per hmōi vi
sitationem:sicut igne purgatur aurū z argentum a scoria.Et si
cut prelatus et medicus in visitando subditos et infirmos:p cor
rectiones et medelas amaras purgant ille aīas:iste corpora:si
tamē permittūt se tractari:ita deus piissimus visitādo per tribu
lationes z tentationes hmōi.Quinto operat molliendo ad de=
uotionē.Job.xxiij.Deus emolliuit cor meum.Importat aūt de
uotio scōm.b.Tho.ij.ij.quandā prōptitudinē voluntatis ad ea
que pertinent ad dei cultum z honorem:vt ad adorandum deū
laudandū:meditandū z huiusmodi.z ex his proficit aīa in dile
ctione.Juxta illud ps.Concaluit cor meum intra me:et in me
ditatione mea exardescet ignis:scz dilectionis ad extra se ma= Psalm. xxxviij.
nifestando p bona et deuota opera.Et paꝰ ad Eph.v.Loquē
tes vobismetipsis in Psalmis hymnis canticis spūalibꝰ cantā=
tes z psallātes in cordibus vestris domino.Nam vt dicit Hie=
ro.Non verbis tantū:sed a corde orandus est deus.Et melior Oratio= nis bre= uis vir= tus.
est quinqz psalmorū decantatio cū cordis puritate ac serenita
te ac spūali hilaritate:qm totius psalterij modulatio cū anxieta=
te cordis atqz tristitia.de cōse.di.v.non mediocriter.z hoc perti
net ad deuotionē verā que est a deo.Unde Amb.dicit q facit de=
uotos quos vult.Sexto operatur loquēdo per illustrationis cō
solationē.Osee.ij.Ducā eā scz aīam in solitudinē.s.separādo eā
a tumultu hoīm passionū z affectionum:et loquar ad cor eius
ostendendo.s.voluntati qm bonus z suauis sit deus.Bonuz eīm
aprehensum per intellectum mouet volūtatem:z quāto magis
ostendit bonum tanto volūtas magis amat et gratulat.ps.iiij.
Signatū est super nos lumē vultus tui dñe:dedisti letitiam in
corde meo.i.cognitio voluntatis tue z mandatorū tuorū:per
legem naturalem inserta est z cognitio bonitatis tue:z ex hoc se
quitur q dedisti letitiā in corde meo que letitia z delectatio vo
luntatis excedit omne gaudium mūdi.Septimo z vltimo ope=
rantur

rãtur deus circa cor. i. volũtatẽ: trahẽdo z vniẽdo sibi totaliter. Job. xxxiij. Si direxerit ad eum. s. deum cor suũ spiritũ illius et flatũ ad se trahet: ipse. s. deus. i. volũtatẽ suã z petitionẽ suã in oratione: vt scilicet creatura non appetat nisi deum. Qui eñ adheret deo per dilectionem perfectã vnus spũs est cũ eo. Habet eñ amor vim vnitiuã z transformatiuã. Uñ z de primis christicolis dicitur Act. iiij. Qõ multitudinis credẽtiũ erat cor vnũ z anima vna in dño. vt scz qõ vult vnus velit z alter ſm deũ. Sic z qui puro corde deũ diligit nõ aliud vult nisi dei voluntatẽ z beneplacitum in omnibus impleri. Et talis dicere potest cum apl'o. Uiuo iam nõ ego: viuit vero in me christus. Ad Gal'. ij. Et illud Psal. lxxij. Deus cordis mei. s. possessor: z pars mea deus in eternum.

1. cor. vj.

§. II. Quantum ad secundũ prin

cipale sciendũ q' ad hoc vt terra cordis nostri faciat fructum cẽ tesimũ id est perfecta opera ex se mine verbi dei vel diuine inspirationis: prout de ea dicitur parabolice Luce. viij. Quod aũt cecidit in terram bonam hi sunt qui in corde bono z optimo audientes verbum retinent: z fructum afferunt in pattientia. Septem a nobis circa cor sunt faciẽda: z ex his habetur cor purum z mũdum. de quo christus Matth. v. Beati mundo corde quoniam ipsi deum videbunt. Item septem sunt signa seu effectus perfecte dilectionis de qua Deut. vj. z Luc. x. z Matthe. xxij. dicitur. Diliges dominum deum tuum ex toto corde tuo. Cor.

Septem sunt nobis faciẽda circa cor ſm.

¶ Primo est molliendum.
¶ Secundo est abluendum.
¶ Tertio est custodiendum.
¶ Quarto est deprimendum.
¶ Quinto est exercendum.
¶ Sexto est refouendum.
¶ Septimo est in vnitate tenendum.

Cor est molliendum.

Quantũ ad primũ sciendũ q' peccatũ facit cor. i. volũtatẽ durũ vt lapis: vt quẽadmodũ lapis z alia dura resistunt tactui: nec recipiunt impressionem digiti sicut mollia vt cera. Ita peccatoris cor ita obduratur q' resistit tactui diuine inspirationis: nec recipit impressionẽ digiti. i. spiritussancti: qui dicitur digitus dei per gratie infusionẽ. Unde z de diabolo z quolibet membro eius id est peccatore dicitur Job. xlj. Cor eius indurabitur quasi lapis. Nec intelligi potest de corde carneo: q' diabolus corpus nõ habet. Sed intelligitur de voluntate que est in malum obstinata. Emolliendũ est ergo cor z mollificandũ. Et ratio huius est propter magnũ nocumentũ inde sequens. Nam vt dicitur Eccli. iij. Cor durũ male habebit in nouissimo. Et declarat Bernardus proprietates cordis duri dicens in libro de consideratione. Cor durũ est qõ contritione non scinditur: precibus non flectitur: minis non cedit: flagellis obduratur. Et tale cor habens in nouissimo male se habet: quia sicut lapis z omnia grauia tendũt ad cẽtrum. Ita habentes cor obduratum in malis: descẽdunt ad infernum qui est in centro terre: sicut accidit Pharaoni cuius cor obduratum: nec minis dei: nec flagellis: nec monitis est emollitum. Demum descenderunt in profundũ quasi lapis: vt dicitur Exo. xv. Ipse scilicet Pharao cũ exercitu suo descenderunt in profundũ maris rubri quoad corpus: z in profundũ inferni quo ad animam. Emolliendum est cor nostrũ quod z ipsa natura docet que non dedit nobis cor eneum lapideum aut osseũ: sed carneum. Emollitur autem a sua duritia per opera de genere bonorum vt ieunia: eleemosynas: orationes z alia huiusmodi. Unde Greg. de permanẽte in peccato mortali dicit. Interim quicquid boni facere poterit hortamur: vt faciat vt omnipotens deus cor illius illustret ad penitentiam. de penitẽ. dist. v. falsas. Quando enim illustratur tũc mollificatur. i. disponitur z habilitatur. Qõ q' deus operatur hãc mollificationẽ: propter qõ dicit per Exec. xxxvj. Auferã a vobis cor lapideũ. i. obdurationẽ: z dabo vobis cor carneum id est mollificationem: ideo orãdus est vt tollat duritiam. Quantum ad secundũ idem de ablutione. Nota q' deus principaliter ab homine cor expostulat. Uñ dicit Prouerb. xxiij. Fili prebe mihi cor tuum. Non dicit manum: pedẽ: vel caput: aut crebum: sed cor. i. voluntatem. Manum offert deo qui opera de se bona tantum facit: pedes qui ad ecclesiam vel indulgentias vadit. Caput prebet seu cerebrum qui vacat cognitioni diuinorum speculando tantum. Sed ista non sufficiunt ad salutem: ſz oportet cor. i. voluntatem deo offerre. Est enim deus similis cuidam aui que dicitur phenix: hec cum pascitur de preda non vult nisi tantũ cor. Sic gloriosus deus de corde id est affectibus hominũ erga ipsum pascit seu delectatur. Sed q' vt ꝺ̃ Prouer. xx. Quis potest dicere: mundũ est cor meum: purus sum a peccato quasi diceret nullus. Deus autem summa puritas est et inter lilia pascitur: vt dicitur in Cañ. q. id est mentes puras: ideo abluẽdum est cor ipsum. Et hoc ipse precepit dicens. Hiere. iiij. Laua a malitia cor tuum. Cor corporis vtiq; lauari non potest viuente homine: loquitur ergo de corde spirituali anime. i. voluntate que lauari non potest aqua materiali. Sed lauari potest z debet aqua spũali. s. lachrymis mentis. i. detestatione z perfecta displicentia ipsorum peccatorum vt sic purificetur. Ad quod hortatur Jaco. dicens. iiij. c. Purificate corda vestra. subdens modũ. Miseri estote z lugete. i. dolentes. Sicut enim circa corpora humana videmus q' contraria contrarijs curãtur ſm medicinas: vt infirmitas ex humoribus frigidis contracta per remedia calida: z infirmitas ex nimio calore per frigida seu recentia remouetur. Itẽ ſm beatum Tho. in. iiij. dist. xvij. Cum peccatũ quod maculat animam cõmittatur per nimiã complacentiam z inordinatam voluntatem ad hoc vt tollatur ab ea oportet contrariũ fieri scilicet q' per penitentiam habeat anima detestationẽ volũtatis de ipso peccato z displicentiã ſm rationẽ: ita q' nullo modo voluisset commisisse: sed potius mortẽ incurrisse q̃z peccatũ mortale. Est enim penitentia ſm Amb. dolor cordis z amaritudo anime pro peccatis cõmissis. de pe. dist. j. ecce nũc tẽpus. Et propterea dicebat prophęta Joheł. ij. Scindite corda vestra. i. conterimini volũtate: z nõ vestimenta vestra. supple tantũ. i. cor. pora que scinduntur quasi per abstimentiã. Sed non sufficit hoc sine contritione: cui ad perfectionẽ purificationẽ addenda est cõfessio tẽpore congruo z cõplera. Unde dicitur Thren. j. Effunde sicut aquam cor tuũ: vt. s. quicquid malitie est in corde totus confiteatur cum circũstantijs: precipue necessarijs: sicut cum de vase materiali effunditur aqua nõ remanet nec sapor nec odor: nec color vel aliud. Tertio cor est custodiendum et multum diligẽter. Unde Prouerb. iiij. dicitur. Omni custodia custodi cor tuũ: quoniam ex ipso vita procedit. Et hoc ipsum natura docet quẽq; circa cor materiale posuit plures custodias anteq̃ posset peruenire ad ipsum z ledi: vt carnem et ossa seu costas z pulmonẽ. Et propter multiplicem custodiã eius appositam dicitur quasi custodium. Uel aliter z melius dicitur quasi custodia omnium rerũ scilicet corporis: vt dicitur in Catholicõ. Est autẽ ipsum cor anime. i. voluntas: sicut quoddã castrum seu palatium obsessum ab inimicis: quod cum habeat multas portas vel aditus: nisi circũquaq; bene custodiatur: vna sola porta vel rimula aperta vel nõ custodita de facili intrat hostis z capit. Et ideo dicit Salomon: omni custodia. i. plena nõ in partẽ. Sensus exteriores sunt porte: vt visus: auditꝰ: gustus: odoratus: z tactus. Et istas opz custodire. Etiã cõcupiscibilis z irascibilis sunt porte: inde surgẽtes passiões intrant ad volũtatẽ vt illicite assentiat malis z diabolus intrat per eas. Unde per amorẽ pecunie inordinatũ intrauit diabolus in cor Jude: vt traderet dominũ Jesum: vt dicit Joã. euãge. xiij. c. Intrauit autẽ in cor nõ essentialiter ſz per effectum malitie. s. instigãdo z inducendo ad illud malum: vt dicit Beda. Sed et ipsum cor etiam ex se inclinatur ad mala appetenda. propter quod dicitur Hiere. xvij. Prauum est cor hoĩs: id est aptũ ad volendum prauа. Et de facili etiam recedit a bonis propositis z affectibus seu cogitationibus. iuxta illud Pꝭ. xxxix. Cor meum dereliquit me. i. dum bona cogitarem et optarez: imperceptibiliter recessi ab illis bonis cogitationibus z affectionibus. Oportet ergo omni custodia custodire cor quoad impugnationes demonis: carnis passiones et ipsius voluntatis vanitatem et malitiam: alias peccatum intrat in ipsum de facili et occidit animam. In cuius figuram. ij. Reg. iiij. dicitur. q' Jsboseth filius Saulis rex Jsrael cum posuisset in custodiam palatij sui mulierẽ purgantem triticum. Duo principes latronũ Rechab z Banaa occulte intrauerunt in domum ipsa dormiente: z Jsboseth quiescentẽ z dormientẽ in inguine per cusserũt ablatisq; spicis recesserũt. Palatium seu domus Jsboseth est cor nostrum: ad cuius portam z aditum nõ sufficit ponere custodiam: sed oportet statuere virilẽ non mollẽ custodiã z diligentem z fortem. s. rationem: que non dormitet pre tedio: sed vigilans perseueret ad discernenduz cogitationes z affectus bonos a malis. Quod si dormitauerit: demones per vitia carnalia vel spũalia seu per peccata operis: aut saltem cogitationis latenter intrant z occidunt animam priuatã gratia: z auferunt ex domo cordis spicas omnium virtutũ. Uigilandũ est ergo circa custodiã cordis. vñ dicit Eccli. xxj. Qui timet deũ cõuertet ad cor. i. totũ se vertet z vndiq; ad custodiẽdum cor. Quarto est deprimẽdum

Cor emolitur per bõa opera.

Cor est abluẽdũ

Contraria cõtrarijs curãtur.

Penitentia q̃d est.

Cor est custodiẽdum.

ex penitentia ⁊ diligenti custodia sui. Quandoq; enim superbia ⁊ ideo vt dicit Eccles. ij. Deprime cor tuum. i. deorsum preme: ⁊ inclina per humilitatē considerando vilitatem tuā: submittendo voluntatem ipsam seu cor ⁊ voluntati ⁊ mādatis eius: nec extollas te supra virtutem tibi collatā: vel regulam tibi prefixā a deo ponendo te: ⁊ appetendo que sunt supra conditionē tuā. Cor altū quō deprimēdū.

Nā qō superbia extollat ostendit Abdias propheta dicens. Superbia cordis tui extulit te. i. supra te tulit appetēdo que supra conditionē tuā sunt: ⁊ maiora de te estimādo q̄z habeas. Ex hoc autē sequitur ruina magna: prout dicit Prouerb. xviij. Anteq̄z conteratur exaltatur cor hominis. i. ꝓpter hoc conteritur voluntas hominis: vt ad nihilum redigantur merita eius ⁊ virtutes ⁊ bona: q̄ se exaltauit per superbiā: qō patet in Lucifero ⁊ Nabuchodonosor qui dicebat in corde suo. In celū conscēdaz: super astra dei exaltabo solium meum ⁊c. Esa. xiiij. Et sequitur. ad infernū detraheris. quod exponitur a doctoribꝰ de vtriusq̄z superbia. s. diaboli ⁊ Nabuchodonosor. Deprimendum est igitur cor nostrū ⁊ humiliandū: quod ipse saluator exemplo ⁊ verbo nos docuit dicens. Discite a me: q̄ mitis sum ⁊ humilis corde Matth. xj. Et rationem videtur assignare Pſ. lxj. quare deo subici debet voluntas nostra: ⁊ sic cor deprimere dicens. Nonne deo subiecta erit aīa mea ⁊c. Certe sic propter causas que sequuntur: id est sua beneficia: vt dicit Hugo Cardinalis super Pſ. Et primo propter beneficium redemptionis. Ab ipso enim salutare meum. i. Jesus saluator a deo missus. Secundo ꝓpter beneficium creationis: nam ⁊ ipse deus meus. Tertio propter beneficium iustificationis. ibi et saluator meus. Quarto ꝓpter beneficium suffragationis in angustijs ⁊ tentationibus. ibi susceptor meus. Est autez subijcienda anima deo vt discipula magistro. Esa. i. Audiam quasi magistrum. i. obediā. Item subijcīda vt creatura creatori. Esa. xlv. Ue qui contradicit factori suo. Item sicut materia artifici. Hier. xviij. Sicut lutum in manu figuli: sic omnes vos in manu mea dicit dominus. Itē sicut spōsa sponso. Esa. lxj. Exultauit anima mea in deo meo: quia induit me vestimentis salutis ⁊c. Item sicut ancilla dñe. j. Regū. xxv. Famula tua sit in ancillam vt lauet pedes seruorum domini sui et Pſ. cxxij. Sicut oculi seruorum in manibus dominorum suorum. His igitur modis humiliandum est deo. Quinto est cor in bono exercendum non in otio dimittendum vel malo occupandum. Et hoc optime ipsa natura docet. Nam vt dicit Rabbi Moyses. Sicut se habet celum ad vniuersum materialem: ita cor ad corpus animalis. Celum enim nunq̄z quieuit sed semper mouetur: ita et cor quod per pulsum manifestatur. Huius cordis motus si ad horam cessaret deficeret vita animalis. Sicut etiam deficiente motu celi cessaret motus generationis et corruptionis et alterationis in istis inferioribus. Est autem ipsum corrubicundum acutum in summo ad modum flāme ignis ad innuendum q̄ debet cor anime. i. voluntas exerceri secundū ignem charitatis. vnde Eccl's. xj. dicitur. In bono sit cor tuum: scilicet opere occupatum. Est autem exercendum in bono multipliciter. Primo scilicet circuncidendo. Unde Hiere. iiij. dicitur. Circūcidimini domino: ⁊ auferte preputia cordium vestrorum. i. auferte superfluitates ab appetitu rationali: ad quas inclinat appetitus sensualis: delectabilium. s. in cibis et venereis quoad honorem ⁊ famā ⁊ scientiam ⁊ superstitiones. Reprehensi fuerunt Judei a protomartyre Stephano de hac circuncisione dicente. Incircūcisi cordibus ⁊ auribus vos semper spūsancto restitistis. Act. vij. Ubi ostenditur grauitas mali huius incircuncisionis: quia. s. per hoc resistitur spūsancto ne in cor intret. Cor est exercendum. Quō est cor exercendum.

Est etiam a tristitia immoderata resecandum: quia vt dicit Prouer. xxv. Tristitia viri nocet cordi. Nec est contra illud Eccl's vij. Cor sapientis vbi tristitia. i. sapiens moratur in tristitia cordis: quia hoc intelligitur de tristitia vtili penitentie ⁊ moderata. Secundo cor est ad deum in oratione erigendum per affectum intensum Thes. iij. Leuemus corda nostra cum manibꝰ id est operibus ad dñm in celos. Hinc et Cyprianus ait. Quando stamus ad orationē fratres dilectissimi: inuigilare ⁊ incumbere ad preces toto corde debemus ⁊c. de conse. dist. j. quando. Et Eccli. xxxix. dicitur de iusto viro. q̄ tradet cor suum ad vigilandum diluculo. s. per meditationē et orationem attentam: ad deum qui fecit illum. Nam de orantibus ⁊ laudantibus deū sine attentione et affectu dicit dñs Esa. xxix. et Mat. xv. Populus hic labijs me honorat: cor autē eorum lōge est a me. s. distracti in alia ⁊ affecti ad vitia. Tertio cor est exercēdū inquisitione per studiositatē. Mouet eñ affectus cordis intellectū ad inquirendū veritatē ⁊ precipue a deo. Sed in simplicitate cordis que rite illum ait sapiens Sap. j. id est pura intentione ad placendū illi ⁊ fruendū eo: nō ad diuitias ⁊ honores obtinendos: vt faciūt homines mundi querētes prosperari ⁊ scire diuina vt vocētur ab hoibus Rabbi. Regina Saba que fuit ita studiosa q̄ venit a finibus mundi audire sapientiā Salomonis: cum locuta fuisset omnia que erant in corde suo Salomoni. vt dicit. ij. Paral. ix. Dubia ⁊ obscura inquirendo ab eo: de omnibus fuit edocta. Quarto in sufferendo increpationes. Unde Prouer. xv. dicitur. Qui acquiescit increpationibus possessor est cordis. Acquiescit autem qui non solū suffert patienter reprehensiones dei vel hominū: sed etiam cognoscit suum defectum vnde emēdatur: ⁊ sic cor possidet habens in sua potestate: non subditum passionibus ire ⁊ odij ⁊ hmōi. Unde ſm Jsido. ideo natura inclusit in pulmone cor: vt cum sanguis accenditur per irā circa cor humectetur ex humore pulmonis ne nimis inardescat. Sexto est cor refouēdum. Cum enim vt dictū est cor continue laboret: oportet q̄ cōfortetur ad sufferendum laborem. Sic ⁊ corpus nostrum oportet confortare ⁊ cibare vt possit in exercitio perseuerare. Et hoc est quod dicit Pſ. xxx. Uiriliter agite et confortetur cor vestrum. qua si diceret: vt possitis perdurare in virtuosis actibus confortetur voluntas. Et quibus modis ipsum cor confortetur ⁊ roboretur idem ostendit dicens. Pſ. ciij. Panis cor hominis confirmet. Nec est credendum solum de pane materiali locutum fuisse prophetā: q̄ prophete intendebāt docere populos spūalia nō corporalia et naturalia. Sed principaliter de pane spūali sub similitudine corporalis: quia sicut panis materialis fortificat cor poris cor ita panis spūalis sacre doctrine: vel eucharistie corroborat ⁊ confirmat in bono cor anime. i. voluntatē. In cuius figuram dñs Jesus turbas sequentes eum in deserto noluit dimittere ieiunos: ne vt ipse ait: deficerēt in via. Sed satiauit eos panevt fortificarentur. vt habetur Mar. viij. Sic sequentes christū in deserto mundi: oportet pane verbi dei reficine deficiant spiritu. Et qui in Emaus cum christo venerant dicebant. Nōne cor nostrum ardens erat ⁊c. Nuc. vlti. Et Helias sumpto pane subcinericio quod signat eucharistiam ſm beatum Tho. in officio corporis christi: ambulauit in fortitudine cibi illius cōfortatus vsq̄ ad montem dei: vt habetur. iij. Reg. xix. Mons dei est vita eterna. Confortatur cor etiam vino: quia letificat cor hominis: ⁊ omnem mentem facit securam: alias serenā. Et hoc vinum est iocunditas mentis spūalis. Unde dicitur Eccli. xxx. Jocunditas cordis: hec est vita hominis. i. conseruat vitam spiritualem sicut ⁊ corporalem. Odoribus quoq; cōfortatur cor ⁊c. vt dicitur Prouer. xxvij. Odores spūales sunt exempla sanctorum: q̄bus confortatur cor ⁊ animatur ad bona. Septimo ⁊ vltimo est vniē dum seu in vnitate seruandum. Sicut natura vnū cor dedit corpori: ita ⁊ vnam voluntatem anime quoad potentiam. Sed quātum ad actus eius ⁊ fines: facimus multas ⁊ diuersas. Volunt enim aliqui ⁊ deum ⁊ diuitias ⁊ honores in eis constituendo finem: ⁊ sic diuidunt cor in multa. Et de huiusmodi peccatoribus dicitur Osee. x. Diuisum est cor eorum. s. in diuersa distracti. Sz vt dicitur Eccli. ij. Ue duplici corde. Ue autem importat eternā damnationem. Econtrario omnis virtus vnita est magis infinita. i. fortior: vt dicitur in lib. de causis. Et ideo vt cor sit robustū ad prelia tentationum reducendum est, ad vnitatem: vt scilicet in omnibus vnum vltimum ⁊ verum finem sibi prestituat. s. deū. vnde dicitur Eccli. xxx. Congrega cor tuū. Et quia ad hoc opus est dei auxilio ipse illud promittit dicens Hiere. xxxij. Dabo eis cor vnū. i. vnitū ad perfecte diligendum: non solū deum: sed proximos etiam propter deum. Quod illi christicole primi optime seruauerunt. Nam vt dicitur Act. iiij. Multitudinis credentium erat cor vnū. s. concordantes in voluntate ad querendum ⁊ faciēdum voluntatem domini ⁊ honorem ⁊ mutuā subuentionē. Ubi ergo malitia vnum cor diuidit in multa ad que applicatur: concordia multa corda vnire facit: ⁊ vnit etiam cum corde dei. i. voluntate. Et vt dicitur Matth. vj. Ubi est thesaurus tuus. i. illud quod estimas principale bonum ⁊ maxime amas vt amatur thesaurus a mundanis: ibi est ⁊ cor tuum. Si deum thesaurū tuum reputas qui et verus et infinitus. thesaurus est hominibus: vt dicitur Sap. viij. Illum cogitas ⁊ frequenter consideras et continue amas. Et quia amor ſm Dionysium habet vim vnitiuam ⁊ deus si dici posset vnissimus est: ideo eum perfecte diligendo cor tuum perfectissime efficitur vnum. Cor est refouendum. ij. Ethi. iij. Cor est in vnitate seruādū

§. III. Quantum ad tertium principale. s.

cipale. ſ. q⁹ cor mortificatur ⁊ ad gehennam dirigitur per iniquitatem. Et ex tali corde exeũt cogitationes male ⁊c. Matth. xv.

Septem ſunt differẽtie cordium iniquorum.

Eſt notandum ſecundum Mauritium in diſtinctionibus quod ſeptem ſunt differentie cordium iniquorum.

¶ Eſt enim cor indiſciplinatum.

¶ Eſt cor infatuatum.

¶ Eſt cor ſuperbia elatum.

¶ Eſt cor nequitie applicatum.

¶ Eſt cor dolo circundatum.

¶ Eſt cor depꝛauatum.

¶ Eſt cor induratum.

Cor indiſciplinatum.

De primo dicitur Job. xvij. Cor longe feciſti a diſciplina. Diſciplina importat doctrinã ⁊ correctionem ſeu cõpoſitionẽ in moribus. Eſt ergo cor indiſciplinatũ quod non recipit doctrinam vel non ſe emẽdat per flagella. Dicitur autẽ deus hoc facere. ſ. indiſciplinã inquãtum permittit fieri. Confert autẽ hec indiſciplinatio tria mala: ſcz. Primo ad malũ pꝛonitatem. Unde dicit Oſeꝛ. viij. Senſus ⁊ cogitatio humani cordis pꝛona ſunt ad malum. ſ. ex ſe niſi fuerint diſciplina pꝛecipue in adoleſcentia refrenati. Inducit mẽtis inſtabilitatẽ ꝓpter qđ dicit Eccli. xxj. Qui minoꝛat corde cogitat inania. Minoꝛatur aũt quis corde. i. volũtate boni pꝛopter defectum doctrine ⁊ correctionis. Adducit ⁊ conſcientie moꝛdacitatẽ que eſt vtiq; maxima pena. Et ideo Pꝛouer. v. dicit Salomõ q⁹ indiſciplinatus habens remoꝛſum de malis dicit. Cur deteſtatus ſum diſciplinam: ⁊ increpationibus non acquieuit cor meũ. De ſcõo ſcz corde infatuato dicitur Pꝛouer. xviij. Nõ recipit ſtultus verba pꝛudentie niſi dixeris ea que verſant in corde ſuo. i. niſi aſſenſeris affectionibus ſuis. Pꝛecipue facit ira hominem fatuum. Unde dicit Eccli. vij. Ira in ſinu. i. mẽte ſtulti reqeſcit. Et Chryſo. Ire ⁊ inſanie nihil eſt mediũ. Hec autem ſtultitia cordis tria mala generat. Primo nullã retinet ſapientiam. Nam iracũdus omnis doctrine ⁊ ſcripture ⁊ rationis obliuiſcitur in ira ſua. ꝓpter quod dicit Eccli. xxj. Cor fatui quaſi vas confractũ et omnẽ ſapiẽtiam nõ tenebit. Liquor enim ſapientie ⁊ gratie ex eo effunditur. Secundo inclinat ad blaſphemiã. Eccli. v. Ne temere quid loquaris. ſ. blaſphemando: neq; cor tuũ ſit velox ad proferendum ſermonem coꝛã deo. Cõmuniter ex fatuitate ire homines male loquuntur de deo et hoibus. Tertio pꝛouocat ſtultitiã in audiente: vt ſcz inducat illum ad loquẽdum contra illũ ſtulta: ⁊ faciendum ſcz verba contumelioſa ⁊ iras ⁊ vindictas. Unde Pꝛouer. xij. dicitur. Cor inſipiẽtium pꝛouocat ſtultitiã. ⁊ ideo bene dicit ſapiens Pꝛouerb. xxvj. Ne reſpondeas ſtulto iuxta ſtultitiam ſuam ne ſimilis ei efficiaris. De tertio. ſ. corde elato per ſuperbiã dicitur Ezechiel. xxviij. Multiplicaſti fortitudinem tuam tibi ⁊ eleuatum eſt cor tuum in roboꝛe tuo. Quod fit: cũ quis bona que habet ſibi attribuit vel meritis ſuis: non a deo recognoſcit: ſicut fecit Nabochodonoſoꝛ de quo dicit Judith. j. Exaltatum eſt regnum Nabuchodonoſoꝛ: ⁊ cor eius eleuatũ eſt. Hec autem elatio tria mala facit primo inducit ad dei obliuionẽ ſm illud Deut. viij. Ne poſtquã comederis ⁊ ſaturat⁹ fueris: ⁊ poſt parum eleuetur cor tuũ: ⁊ non reminiſcaris domini dei tui. i. beneficiorum eius. Ingratiſſimus autem inquit Seneca qui eſt oblitus ſcz benefactoris ſeu beneficij. Scõo ſui deceptionẽ. Hiere. xlix. Arrogantia tua decepit te et ſuperbia cordis tui. Et quõ decipiat oſtẽdit ſapiẽs dicens Eccli. xj. Sicut perdix inducitur in caueam: et vt capiꝛa in laqueũ: ſic ⁊ cor ſuperboꝛum. Tertio de amiſſiõe. i. gratie ſue. Pſ. lxiij. Accedet homo ad cor altũ. i. ſuperbũ: ⁊ exaltabit deus id eſt eleuabitur recedendo ab eo. Aug. Humilis deus humilia reſpicit ⁊ alta. i. ſuperba corda a longe cognoſcit: humilias te venit ad te: attollis te recedit a te. De quarto. i. corde nequã ſeu nequitie applicatũ dicit. j. Reg. xvij. Ego noui ſuperbiam tuam et nequitiam cordis tui. Que verba dixit frater Dauid ſibi ſed iniuſte. Dicitur autem nequã ſcõm Catholicon a nequeo. Unde nequã dicitur qui adeo ſceleroſus eſt quod neq; ceſſare ad malis. Dicitur enim nequam luxurioſus vt ibi habetur. Unde Onam filius Jude qui luxurioſus turpiter erat dicitur nequã Geñ. xxxviij. Et forte propterea luxurioſus magis dicitur nequã quam aliꝭ vitijs dedit⁹: quia difficilius et tardius recedit quis ab illo quã ab aliꝭ. Unde Aug. Dum non reſiſtit concupiſcentie fit conſuetudo: ⁊ dum conſuetudini non reſiſtitur fit neceſſitas. Et talis nequitia inducit tria mala. Primo multiplicẽ doloꝛem coꝛporis et anime. Eccleſi. iij. Cor nequam grauabitur in doloꝛibus. Secũdo aufert boni cognitionem ⁊ affectionem. Eccleſi. xix. Uinum ⁊ mulieres apoſtatare faciunt ſapientes: et arguunt ſenſatos. Et Oſee. iiij. Fornicatio et vinum ⁊ ebrietas auferunt cor. i. gula ⁊ luxuria auferunt affectum veri boni. Tertio perducit ad eternam dãnationem. Eſa. j. Ue genti peccatrici populo grauti iniquitate ſemini nequã filijs ſceleratis. Ue autẽ importat damnationem. De quinto ſcilicet corde dolo circundato ſcilicet per hypocriſim et fraudulentiam ſeu perditionem dicitur Eccli. j. Cor tuum plenum eſt dolo ⁊ fallacia. Et tale cor tria mala operatur. Primo profunditatem habet in conſilium vel intantum ſuum abſcondẽdo vt magis decipere valeat. Eſa. xxix. Ue qui profundi eſtis corde ⁊c. Secundo duplicitatem habet in reſpondendo: dicendo verba ſophiſtica. Sed vt dicitur Eccleſi. iij. Cor ingrediens duas vias non habet ſucceſſus proſperos: quia frequenter detegit fraus ⁊ dolus eius: et inde abominatur. Tertio malitiam habet in ſuadendo quaſi querat bonum proximi: cum tamen velit eum decipere. Pꝛouerb. xxvj. Quando ſubmiſerit vocem ſuam ne crediderꝭ ei: quoniam ſeptem nequitie ſunt in corde illius. De ſexto ſcilicet corde depꝛauato dicitur Eccleſi. iij. Cor pꝛauum ſcandalizatur. Dicitur autem cor depꝛauatum quod aliquo tempoꝛe fuit bonum ⁊ poſtea efficitur malum in eo permanens. Et tale cor vtique ſcandalizatur de facili ruens in mala ex dictis ⁊ factis aliorum. Nam dum bonum eſt cor non ſcandalizatur. Tale autem cor obedientiam poſtponit. Hiere. xvj. Ecce ambulat vnuſquiſque poſt pꝛauitatem cordis ſui mali vt me non audiat. Secundo apoſtaſiam inducit. Unde de Salomone dicitur. iij. Reg. xj. quod cum eſſet ſenex depꝛauatum eſt cor eius vt ſequeretur deos alienos. Quãto enim quis cadit ab altiori ſtatu virtutis non cito inde reſurgens: tanto grauius ruit in omnia mala. Tertio iram dei incurrit. Pꝛouer. xj. Abominabile domino cor pꝛauum. De ſeptimo corde: ſcilicet indurato quod fit per obſtinationem dicit dominus Exo. vij. Ego indurabo cor Pharaonis: et non audiet vos. Ubi ſciendum ſecundum beatum Tho. j. par. ſumme quod obduratio duo importat ſcilicet ſubtractionem gratie que non eſt culpa ſed pena: et hec eſt a deo ſicut ⁊ omnis pena quam nõ niſi iuſte infert. Nec enim alicui ſubtrahit gratiam: niſi hoc ille a quo aufertur mereatur per culpam. Et ſecundum hoc deus indurat: ſecundum illud ad Roñ. ix. Cuius vult miſeretur et quẽ vult indurat. Aliud quod importat obduratio eſt inheſio culpe id eſt firmitas in peccato: ⁊ hoc eſt ab homine: ⁊ culpa eſt. Et inducit tria mala. Primo quod ſemen verbi dei fructum non recipit. Unde Luce. viij. dicitur. Quod autez cecidit ſupꝛa petrã: id eſt cor induratum: natum aruit: quia non habebat humoꝛẽ ſcilicet gratie. Secundo cumulum culpe et pene adauget. Ro. ij. Secundum duritiam tuam et impenitens cor tuum: theſaurizas tibi iram in die ire ⁊c. id eſt congregas tibi penam in iudicio. Tertio beatitudine pꝛiuat. Unde in figuram filij Iſrael qui indurauerunt cor ſuum erga dei mandata vt non facerent ea omnes qui numerati ſunt in egreſſu de Egypto ſexaginta centena milia omnes pꝛiuati ſunt terra pꝛomiſſionis: que ſignat vitam eternam: vt nullus intraret niſi Caleph et Joſue. Pꝛopter quod Pſ. xciij. admonet cauere talem obdurationem ne incurramus in illud malum et damnum: dicens. Nolite obdurare corda veſtra ⁊c.

De corde dolo-ſo.

De corde depꝛauato.

Decorde indurato.

Decorde elato.

De cor-de nequitie.

Nequam quis dr.

¶ De voluntate ⁊ opere exteriori: quomodo ſe habent ad inuicem in merito vel demerito. Capitulum. xiiij.

Nota circa voluntatem et opus exterius quantum ad meritum ⁊ demeritum.

Et quantum ad forum iudiciale fieri poteſt talis diſtinctio. Aut enim voluntas circa aliquod agendum habetur ſine opere exteriori. Aut opus exterius exercetur ſine voluntate interiori. Aut voluntas adeſt immediate operi exteriori ſequente.

§. I. Quãtum ad primum notat materiã talẽ valde diffuſe Archi. ſuper. c. qui bona. xvij. q. j. cuius verba abbreuiabo ob prolixitatem vitãdã. Aliquãdo mutabo ſequendo ſentẽtiaz theologorũ ad plenioꝛem declarationẽ. Ex quibuſdã auctoꝛitatibus videtur q⁹ voluntas ſine opere tantũ valeat in malo ⁊ in bono: quantum voluntas cũ opere. Dicit enim Aug. votum. i. voluntas pꝛo opere reputatur. xxj. q. j. nulli epiſcopoꝛũ §. ſi ergo. Item Cyprianus. Nũquid Cain cũ domino munus offerret: peremerat fratrem: et tamen fratricidiũ mẽte conceptum. i. voluntate deus pꝛouidus ante damnauit. Ita ⁊ in dei ſeruis apud quos cogitatur et martyꝛum mente conci

An volũtas pro ope habeatur.

pitur animus id est voluntas ad bonū deditus deo iudice coro natur. de peni. dist. j. nunquid. Et Hiero. Licet gladio non occidas: voluntate tamē interficis. dist. ea. ca. omnis iniquitas. Ad idem facit. c. si cui. ⁊ c. si forte mulier. ⁊ plura alia. c. in dicta disti. Pro huius igitur declaratione ꝑm Archi. distinguendū. Quia aut loquimur de voluntate in opere bono: aut de voluntate in opere malo. Si primo modo id est de voluntate affectante facere opus bonū: sed non exequente: iterū subdistinguendū. Quia aut habetur respectus ad deum: aut ad ecclesiā siue ad ius. Et si habeatur respectus ad deum: quantum quidē ad tempus preteritum vel futurum: vtiq; non habetur voluntas pro opere. nā si volo me ieunasse: eleemosynas fecisse ⁊ alia huiusmodi bona talis voluntas in conspectu dei: id est quo ad meritum: non habetur pro opere id est non remuneratur sicut si factum fuisset opus: que tamen proprius dicitur velleitas q̄ voluntas. De futuro etiam si volo seu propono hinc ad mensem ieunare: dare eleemosynam ⁊ huiusmodi: hoc non habetur pro opere: q̄uis tale propositum et voluntas sit meritoria: non tamen tātum sicut cum opere subsecuto: quod propositum boni dimitti potest: licet non sine peccato. Unde Greg. super Ezechie. Qui bona agunt ⁊ meliora agere proponunt: si ea non agunt: licet in bonis priori bus perseuerent: in conspectu tamen domini ceciderūt: scilicet venialiter vel mortaliter scōm qualitatē propositi quod dimittunt: puta alicuius voti vel necessarij ad salutem: vel alicuius rei non necessarie vt alicuius deuotionis faciende. Si autem loquimur de presenti: iterum subdistinguitur: quia aut illa voluntas potest impleri in bono opere ⁊ non impletur ex negligentia vel alia causa. vt verbi gratia. Habeo voluntatem faciendi eleemosynam ⁊ bene possum: sed cupiditas me tenet vel negligentia. Habeo voluntatem orandi: sed me piget: et talis voluntas non habetur pro opere: nec est efficax voluntas quin sequeretur effectus. Et ad hoc facit quod dicit Ambr. dist. lxxxvj. nō satis. Non satis est bene velle nisi studeas etiam bene facere id est non sufficit bona volūtas sine opere: cum adest facultas. Et sic intelligitur illud Prouer. xiij. Vult ⁊ non vult piger. Vult enī quodammodo leui voluntate et inefficaci. Aut quis habet voluntatem ad opus ⁊ precise dimittit: quia exequi nullo modo potest. Et tunc quantum ad gloriam consequendam: ⁊ quātum ad penam eternam euadendam: voluntas pro opere reputatur in genere: sed nō quantum ad quantitatem premij vel quantitatē euasionis pene tēporalis debite pro peccatis. Et hoc vel ex opere operante: vt in illis operibus que habent in ipso actu delectationem prouocantem: tunc enim operatio addit ad bonam voluntatem quantū ad premiū essentiale: aliquando ad accidentale: ꝑm bea. Thom. in. iiij. dist. xvij. Vel ex opere operato id est ex sumptione sacramenti. Verbi gratia. Si quis vult recipere baptismum vel confessionem seu eucharistiam: ⁊ nō potest quia deficit vel minister vel sacramētū vel aptitudo illius ad hoc. vtiq; talis ⁊ premium meretur eternū ex illa voluntate si est gratia informata ⁊ euadit penas eternas. Sed nō ita euadet penas purgatorias: nec tantum premij cōmuniter consequitur sicut si secutum esset opus id est suscipiendo sacramenta. Aliud exemplū. Vult quis summo desiderio sustinere martyrium: sicut beatus Dominicus vt ceruus ad aque fluuium. Talis ex illa voluntate premium recipit: vt dicit Cyprianus in auctoritate superius allegata. Et quantum ad essentiale premium: tantū recipere potest quantum si actu reciperet martyrium: dūmodo equalis esset feruor ⁊ effectus nō sustinēdo martyrū siue sustinendo. Secus si minor est. arg. de pe. distinc. ij. qui vult. non tamen recipit illud premiū accidētale: quod dicitur aureola martyrij. Unde ⁊ Joā. in glos. de pe. dist. j. dicit q̄ illud dictū votum pro opere cōputatur: habet exceptionē in operibus priuilegiatis quibus debetur aureola. Aliud exemplū. Vult quis ire ad ecclesiā vbi est indulgentia: non vadit qr nullo modo potest: talis vtiq; etsi meritum habeat aliquod de bona volūtate: nō tamen indulgentiā consequitur: nō eundo. Quādo vero habetur respectus ad ecclesiam. Cum queritur vtrū voluntas habeatur pro facto. Respondetur q̄ siue processit ad actū exteriorem imperfectū qō plus est. Siue stetit in cōfinibus cogitationis qō minus est: non habetur talis voluntas quoad ecclesiam pro opere: vt apparet de eo qui erat excōmunicatus: ⁊ voluit recōciliari ecclesie: ⁊ per eum non stetit quo minus recōciliaretur: ⁊ de hoc apparent indicia manifesta q̄ voluit reconciliari ecclesie sed non potuit ⁊ mortuus est talis: si morte preuentus absolutionis beneficium non habuit apud ecclesiam non habetur absolutus: q̄uis sit secus apud deum

xvij. qō. j. c. qui bona.

Martyrium voluntatis.

Modus fori cōtētiosi.

Et ratio est: qr ecclesia opinionē hoīm sequitur in iudicādo precipue in foro contentioso: que sepe fallitur: sed ipse deus semper innititur veritati: et ideo nec fallit nec fallit. extra de sen. excō. a nobis. ij. Ā tali negabit ecclesiastica sepultura: ⁊ q̄ nō fiat solēnis oratio pro eo: nisi fuerit post mortē absolutus ab excōicatione: qō fieri debet si in vita quesiuit absolutionē. Aliter aūt agēdū in sacramēto cōfessionis. Haz si quis vult cōfiteri quod ostēdit per signa petēs sacerdotem: ⁊ postea mutus efficiat: nō dz tali denegari eucharistia: ⁊ alia ecclesie suffragia: dūmodo constet ecclesie seu sacerdoti de voluntate illius quantūcūq; leuiter etiā per vnū testem: vel per signa ipsius infirmi. Ratio diuersitatis in hmōi esse potest: qr primū pertinet ad forū contentiosum: vbi requirūtur probationes sufficientes. Scōo pertinet ad forum penitentiale: vbi nō requirūtur tales ꝓbationes. Si autem agatur de actibus iudicialib⁹: siue de his que inter homines continue agitant, ⁊ frequētātur. Cum queritur vtrum voluntas habeatur pro facto. Respōdeō q̄ siue de preterito siue de presenti siue de futuro agatur: cū volūtas stat in confinibus cogitationis: in nullo ꝓcedens ad extra: nunq̄ habetur illa volūtas pro facto. Verbi gratia. Missus erat aduersarius meus in possessionem rei mee: ex primo decreto poteram infra annū recuperare possessionem ipsam prestando cautionē de parēdo iuri ⁊ habui volūtatē in corde prestādi dictā cautionē ⁊ faciendi alia necessaria: sed non processi ad actum exteriorē. Certe volūtas ista non habetur ꝓ facto: vt postea possim recuperare possessionem. extra de eo qui mit. in pos. ca. j. Si autē voluntas processit ad actum aliquē tunc subdistinguendum: qr aut actus ille fuit perfectus aut imperfectus: ⁊ si fuit perfectus tunc clarū est: ⁊ de hoc nemo dubitat extra. vt lit. non contest. quoniā. Sed si actus ille fuit imperfectus: tunc subdistinguendum: qr aut fuit imperfectus propter voluntatem aut ꝓpter impotentiam: et si fuit imperfectus propter volūtatē tunc illa volūtas in tali actu imperfecto non habetur ꝓ facto. Verbi gratia. Habeo in corde voluntatem prestandi cautionem pro recuperanda possessione mea: ⁊ illam volūtatem produco ad actū exteriorem: sed imperfectū: hoc videlicet modo. Vado coram iudice ⁊ aduersario meo ⁊ dico volo recuperare possessionem meā: ⁊ duco mecum fideiussorem ⁊ offero satisfactionem de iudicio sisti et nihil aliud facio. Certe iste actus imperfectus fuit: qr non solum debeo offerre sed etiam prestare. Nam sola oblatio fideiussoris non sufficit. quod quidem locum habet in his in quibus cadere potest depositio: vt in his que consistunt in probando. Sed in his in quibus non cadit depositio: vt in his que consistunt in faciēdo: sufficit sola oblatio faciendi seu protestatio: vt apparet in appellatione: in qua sufficit si me offeram probare coram iudice causę principalis: ⁊ q̄ō protestatio sufficiat probatur. eo. titu. c. fi. Si autem fuit actus imperfectus propter impotentiaz tunc subdistingue: quia aut illa imperfectio contingit propter defectū ꝓprium: aut propter defectum iudicis vel aduersarij: aut propter casum fortuitum: aut propter factum prorsus extranei. Si propter defectum proprium cui non potest prouidere: tunc volūtas habetur pro facto. Verbi gratia. Habeo voluntatem p̄standi cautionem pro possessione mea recuperanda: et procedo ad actum exteriorem hoc modo. Nam modo compareo coram iudice ⁊ aduersario et dico. Domine bene vellem prestare cautionem: sed in veritate non possum quoniam ꝓuper sum: ⁊ propter paupertatem non inuenio qui pro me intercedat. Certe in isto casu ista voluntas haberetur pro facto ad recuperandam possessionem dummodo prestem iuratoriam cautionem. extra de eo qui mit. in pos. c. j. ⁊ extra de solu. odoardus. Nam inanis est actio quaz in opia debitoris excludit, ff. de arbi. l. inanis. Fallit tamen hoc in vsufructuario qui debet prestare cautionem de vtendo et fruendo arbitrio boni viri: et finito vsufructu de restituendo. Nam si propter paupertatem vel illud non potest fideiussorem prestare non sufficit iuratoria cautio ⁊ sic non habebitur voluntas pro facto: vt not. Azo. C. de vsufructu. l. vsufructua rius. Si autem illa impossibilitas contingit propter defectum iudicis vel aduersarij: tunc iterum est subdistinguendum: quia aut hoc est ꝓpter factum ipsorum: puta quia dum vellem prestare cautionem: stetit per iudicē vel aduersarium: quo minus prestarem: quia ipsi noluerunt recipere: dum offerrem ⁊ ipsam prestare vellem: et tunc voluntas habetur pro facto quantum ad possessionem recuperandam. Aut impotentia contingit propter absentiam iudicis vel aduersarij: quo minus predictā cautionem prestaret. Et tunc voluntas non habetur pro facto: nisi

Actus quō imperfect⁹.

Impotētia q̄ culpabilis.

ego

ego istã cautionẽ prestẽ coram publicis ⁊ honestis personis. vt extra de offi. or. pastoralis. Si autẽ impotentia cõtingit propter casum fortuitum: tũc siue casus contingat in iudicijs: voluntas habetur pro facto quãtum ad euitationẽ pene vt apparet exemplum de eo qui certa die debebat in iudicio cõparere sub pena et dũ veniret superuenit tẽpestas: vel põs fluminis est fractus: vel flumen creuit qõ trãsire non põt: certe iste casus illum excusat a pena. ff. si quis cau. l. ij. Itẽ si contingat casus fortuitus in contractibus idẽ videtur dicẽdũ: vt. ff. ad. l. rho. de iactu. l. fi. Cõsueuit tñ subdistingui in contractu locationis: an casus superueniat in persona locatoris: an in persona conducentis tantũ: aut in re locata: vt illa materia satis declaratur. ff. de va. et extraor. cog. l. j. In contractibus etiã cõsueuit distingui: an casus cõtingat in psona debẽtis: vel eius cui debek ⁊ an debeк quãtitas vel species an mora intercesserit vel ne. Si etiã contigat casus in vltimis volũtatibus: voluntas habetur pro facto: vt apparet de illo qui reliquit libertatẽ seruo suo si decẽ daret heredi: et cũ iste portaret pecuniam incidit in latrones: vel in hostes ⁊ pecuniã amisit: ita q̃ in termino ipse non potuit heredi dare. Certe ille actus imperfectus ꝓpter impotentiam ex casu fortuito: habeк pro facto: quãtum ad libertatem consequẽdã. Et de casibus cõtingentibus circa vltimas voluntates plenissime no. per Azo. C de instit. ⁊ substi. sub condi. fac. l. j. Si aũt contingat impotẽtia propter factũ prorsus extranei tũc voluntas nõ habeк ꝑ facto. verbi gra. Deus debebat sistere in iudicio certa die: ⁊ sub certa pena: dũ aũt veniret ad iudiciũ quidam extraneus vir retinuit eũ: ⁊ sic non stetit in iudicio illa die: talis non excusatur a pena. Sed datur actio cõtra impediẽtẽ ad interesse. ff. si quis cau. l. ij.

In malis ofi voluntas pro facto habetur.

§. II. Quantum vero ad secundũ

membrum principale prime questionis. s. an voluntas solum habeatur pro opere exteriori in malis. Ñdetur. Quia aut loquimur in foro dei: aut in foro ecclesie penitentiali: aut in foro contẽtioso seu iudiciali. Primo ergo scilicet quantum ad deum distinguendum. Quia aut voluntas est deliberata: aut non deliberata circa malum. Si indeliberata: ita. s. quod non accedat assensus rationis tunc clarum est quod voluntas non habetur pro opere etiam si illud opus super quo insurgit voluntas sit mortale. Unde Greg. de pe. dis. ij. inter hec. Nequaquã mentem cogitatio immunda inquinat cum pulsat. s. inclinationem voluntatis: sed cum hanc sibi p delectationem subiũgat. s. per cõsensum rationis. Si vero voluntas est deliberata circa opus malum siue in preterito: vt pura quia vult ⁊ contentatur se commisisse aliquod criminale. Siue in futurum: vt cũ vult seu intendit perpetrare in futurũ aliquod malum: vel in presenti cum proponit malum operari. In omnibus hmõi volũtas habeк ꝑ facto: quãtũ ad grauitatẽ peccati in generali nõ in speciali: hoc est q̃ ita meretur penã eternã ex volũtate deliberata ad opus mortale quãuis effectus nõ sequaт: sicut si sequatur actus exterior: nõ tamẽ tantam penã mereк in inferno ꝓpter voluntatem solã quantã si addat opus: qr cõmuniter actꝰ exterior peccati adauget ipsam inordinationẽ volũtatis: ⁊ sic intelligiк illud Clementis de pe. dis. j. c. homicidiorũ. Homicidiorũ tria genera btũs Petrꝰ esse dicebat: ⁊ eorũ penã fore parilẽ: scz odientis: detrahentis: ⁊ actu occidẽtis. Illa eñ parilitas pene odiẽtis ⁊ sic volũtatẽ habẽtis ad mortẽ exosi ⁊ pena actu occidẽtis: intelligẽde sunt fm equalitatẽ ꝓportionis nõ fm equalitatẽ eiusdẽ quantitatis. i. q̃ vterque dãnabitur. Facilius etiã quis resurgit a peccato volũtatis consentientis siue in morosam delectationem: siue in actũ exteriorẽ: nõ tñ exequẽdo: q̃s cũ procedit ad opus exterius. Ad hoc facit qõ dicit Hiero. xxxij. q. ij. sicut semina. Ubi ait. Sensus ex ratione conceptus. i. consensus in malũ: nisi in opera prorumperit adhuc in ventre retinetur ⁊ cito perit ab hoste. Quantum vero ad forum penitentiale ecclesie voluntas contenta terminis suis non habetur pro facto. Non enim tanta penitentia est iniungenda pro peccato interiori: quanta ꝑ peccato exteriori ceteris paribus. Et penitẽtie septẽnes que tarantur ab ecclesia. vt. xxij. q. j. predicandum. ⁊ xxxiij. q. ij. hocipsum. Communiter imponuntur pro peccatis exterioribus: quãuis etiam interiora vt dictũ est sufficiant ad damnationem: vt expresse habetur de peni. dist. j. si cui. Et nota quod cum sola spes quando est principalis ad lucrum in mutuo: facit hominem usurarium. vt. xiij. q. iij. si fenerueris. Sicut etiam sola spes rei temporalis: facit hominem simoniacum quando est principale motiuũ in traditione rei spiritualis: secundum Ray. Jo. ⁊ Archi. Hec spes includit volũtatem deliberatam. Unde in foro penitẽtiali puniri debet seu penitentiari vt pro mortali peccato. Et si inde aliquid recipit oblatum in foro penitentiali est inducendus usurarius ad restituendũ: ⁊ simoniacus ad pauperes erogandum. Et sic punit volũtas pro facto: hoc est ac si pactum fecisset expresse. Sed non quãtum ad censurã aliquã vel dispositionẽ: vt extra de simo. c. vlti. qua pena posset puniri si ad actũ exteriorẽ peruenisset p actionem et hmõi. Et q̃uis aliqui dicãt q̃ usurarius solum mẽtalis non teneatur restituere: alij tamen dicũt q̃ tenetur semper restituere. Et hoc Inno. dicit esse tutius. ex. de usur. cõsuluit. Hosti. autẽ dicit omnino esse restituendum: qr turpiter accepit. Idem sentit Ber. Ray. ⁊ Archi. ⁊ theologi idem sentiunt. Sed quantum ad forũ iudiciale ecclesiasticũ vel ciuile voluntas si nõ procedat ad actum exteriorem aliquem nunq̃ punitur. Et hoc est qõ dicit lex. Cogitationis penã nemo patiatur. de pe. dist. j. cogitationis. Et Aug. xxxij. q. v. christiana. dicit. Latentia peccata vindictam non habent: qr. s. probari non possunt. In iudicio aũt procedit per allegata ⁊ probata. Sed si voluntas procedat ad aliquẽ actũ exteriorem licet imperfecte: hoc est nõ illum cõplẽdo: tũc subdistinguitur: qr aut ille actus fuit imperfectus ꝓpter voluntatem: qr videlicet penituit actũ: ⁊ bene ad effectum pduxisset si voluisset: puta qr virgo deo dicata cũ qua habuerat colloquiũ de malo sibi consentiebat: sed ipm penituit sua propria voluntate: ⁊ tũc non punitur. ff. ad. l. cornel. de fal. l. qui falsam. Exẽplũ etiã de eo qui vocauit clericũ in foro seculari quẽ penituit ante litis cõtestationẽ. q̃uis eñ talis et voluerit ⁊ egerit aliquid: qr nõ perfecit prosecutionẽ cause in tali iudicio: non patietur penam eorũ capitulorũ. xj. q. j. inolita. et extra de fo. compe. si diligẽti. Si autem fuit actus imperfectus propter impotentiã. s. quia attentauit ⁊ fecit qõ potuit vt veniret ad perfectionẽ operis et non valuit: tunc voluntas habeк pro facto ⁊ punik. Et ita intelliguntur leges canonizate. de peni. dist. j. si quis nõ dicã rapere. ⁊ abinde vsq̃ ad legẽ. cogitationis. ⁊. C de fur. l. si quis seruo. Sic et vxor punitur quo ad coniugium propter insidias et consilia que inter posuit in mortem mariti: q̃uis effectus nõ fuerit subsecutus. Notãdum q̃ in penis spiritualibus infligendis distinguitur: vtrũ scz imponaт a canone pena spũalis: an imponatur ab homine. Et siquidẽ imponaт a canone: tũc effectus cõsideratur non affectus animi seu volũtas. Et hinc est q̃ si quis proponẽs manũ suã mittere in clericũ: solũmodo insultuz facit: eleuat manũ vt percutiat: ⁊ tñ non tangit eũ: qr fortior ille fuit vel alia de causa: iste nõ obligatur pena spirituali: scz excõicatiõis. si quis suadẽte. xvij. q. iij. Similiter si quis voluerit homicidium perpetrare etiã si vulnerauerit atrociter dũmodo non fuerit subsecutũ homiciduũ seu mutilatio: penam irregularitatis non incurrit. extra de homi. c. si quis. Si autẽ pena spũalis imponatur ab hoie: tunc cõsideratur animi voluntas ⁊ destinatio: scz cũ aliquali opere exteriori: ⁊ non solum iuris effectus. Et ratio est qr mitius agik cũ lege q̃ cũ ministro legis. ff. de ar. l. celsus. ⁊ extra de cle. excõ. mi. si celebrat. verbi gratia. Dicit superior ordinarius. Excommunico te si eligis. Nam incontinenti cũ parastę ad eligendum: incidis in excommunicationem. qõ dicit vt notauit Inno. extra de ap. c. preterea. Et sic patet q̃ volũtas non producta ad actum perfectum punitur. ⁊ pro facto habetur quãtũ ad penas spũales que infliguntur ab homine. Et ratio est: quia hmõi pene spirituales sunt medicinales. ij. q. j. multi. et extra de sen. excõ. cum medicinalis. lib. vj. Sed in penis tẽporalibus: cõditionalibus ⁊ iudicialibus secus dicendũ est. Nã in istis consideratur iuris effectus nõ affectꝰ vel animi destinatio. extra de spon. c. vlti. Et est ratio: quia pene sunt potius emolliende quã exasperande. de peni. dist. j. hec autem verba ꝟ. pene.

Pene spirituales dupliciter imponuntur.

§. III. Quantũ ad secundũ mem-

De opere exercito siue volũtate.

brũ principale cũ scz exercetur opus exterius sine volũtate. Distinguendum: quia aut hoc fit voluntate oĩno renitente. Aut ratione oĩno deficiente. Aut voluntate negligente. Quantum ad primũ scz cũ fit aliqd opus renitente volũtate oĩno: nec in bono est meritoriũ: nec in malo demeritoriũ. Weretur eñ q̃s aut demereк per actũ liberum voluntatis. Uñ Ambro. Nemo nostrũ tenetur ad culpam: nisi propria voluntate deseruerit. Non habẽt crimẽ que inferunt reluctãtibus: volũtaria tamẽ cõmissa sequitur delictorum inuidia: quã in alios derivamus. Uoluntarium sibi militem elegit christus: voluntariũ sibi seruũ diabolus auctionatur. xv. q. j. nõ est. Ad idẽ Chryꝰ. super Mat. Sicut enim peccatũ opus sine volũtate nõ facit: ita ⁊ iustitia ex opere nõ cõ

Sola spes ad lucruz in mutuo facit usuram.

summatur: nisi ꝛ voluntas affuerit. xxxij. q. v. sicut. Et ex hoc patet ꝙ si inferatur violētia virgini omnino renitenti: nec peccat: nec amittit virginitatē. Unde dixit Lucia Pascasio. Si me inuitam feceris violari: castitas mihi duplicabitur ad coronā. Non enim inquinatur corpus nisi de cōsensu mentis. Nam si in manu mea thura ponas ꝛ per manū meam sacrificia facias deus hoc nō attendit qui ꝛ deridet. De consensibus enim ꝛ voluntatibus deus iudicat. Gratia. xxxij. q. v. c. j. Similiter si quis occideretur pro fide inuitus vel pro iustitia meritū nō haberet: nec talis est capax alicuius sacramenti. Nam si quis omnino inuitus baptizaretur tētus sub aqua per violentiā: talis non reciperet nec effectum nec sacramentū ipsius baptismi. Quantū ad secundā partem distinctionis cū. s. sit opus ratione omnino nesciente: scz cum quis non habet vsum rationis: vt infans ꝛ adultus furiosus qui est extra vsum rationis: opus qđ fit a talibus cū sit inuolūtarīū: qz sine deliberatione riationis: siue in bonum: siue in malū non reputatur ad meritū neqz ad demeritum. Nam actus humanus redditur meritorius vel demeritorius inquantū procedit a libero arbitrio: quod diffinitur esse facultas volūtatis ꝛ rationis. In predictis aūt ratio deficit: sed etiam in iudicio ecclesiastico vel ciuili: tales nō puniuntur: nam infans si proiiciēdo lapidem occidat aliquē hominem: si non est doli capax: nō punitur: nec quo ad deū nec quoad mundū. de cōse. dist. iiij paruuli. Et in glos. q̄ est ibi. extra de delic. pu. c. ij. Et. ff. de sic. l. infans. Idem de furioso dum est in furia ꝛ extra se. Satis enim ipso furore punitur. ff. de offi. pre. l. diuus. ꝛ. xv. q. j. merito ¶ sed obijcitur. Uerum est tamen ꝙ furioso a furia reuerso potest imponi ad cautelam. vt ea. causa. ꝛ. q. c. si quis. Et licet aliqui dicāt ꝙ cum quis ex culpa sua incidit in furiam: amentiā vel ebrietatē: ea que facit mala extra vsum rationis cōstitutus imputantur ei: ex eo quia fuit in causa. Uerior tamē opinio est ꝙ non imputantur que facit in tali statu sed culpa precedēs aggrauatur ex malis que sequūtur. Notandū tamē ꝙ adultus: amēs: vel phreneticus effectus si anteqz incurreret talem amentiā: habuit propositū ꝛ voluntatem suscipiendi sacramēta ꝛ declarauit ipsam voluntatē nō debent sibi denegari. Et quantūcūqz etiam cōtradicit in amentia positus: recipiet effectū sacramentoū si in statu gratie intrauit

Baptismus valet ad salutē pueris et carentibus vsu rōis ex speciali munef.

phreneſim vel amentiā: ꝛ sic opus sine voluntate actuali erit meritoriū: ex voluntate tamen precedenti. Insuper est notandū qđ opus baptismi valet ad salutē ꝛ premiū omnibus pueris ꝛ adultis carentibus vsu rationis: cū tamen desit in eis voluntas ad ipsum opus: sed hoc ex speciali munere venit: sicut ꝛ paruulis innocentibus opus martyrij susceptum sine voluntate: ex gratia christi fuit eis ad premiū essentiale glorie ꝛ accidentale aureole. Regulariter autem vt dicit Aug. Omnis qui sue voluntatis est arbiter cōstitutus nō potest nouā inchoare vitā: nisi poeniteat eū veteris vite. de peni. dist. j. tres aūt sunt actiones. Allegatur etiā eadē auctoritas ea. dist. c. quis aliquādo ¶ econtrario auctoritas illa. versi. est enim penitētia. Quantū ad tertiā partē: quādo. s. fit opus exterius voluntate tepescēte id est opus ipsum eligēte: sz nō inquantū meritoriū vel demeritoriū est intendente: qđ cōtingere potest in bonis ꝛ in malis actibus: quādoqz ex ignorātia: quandoqz ex certa scientia. Et in his quidē que sunt de genere malorū pōt esse dupler ignorātia. s. iuris ꝛ facti. Et si adest ignorantia iuris diuini vel naturalis vel eorū que scire tenetur secūdm statum suum opus malū factum ex tali ignorātia ꝛ per cōsequēs sine voluntate inquantū opus ipsum est malū non excusat a toto: etsi a tāto. Et in his verificatur illud apostoli. j. Cor. xiiij. Si quis ignorat ignorabitur. Et de hoc. j. q. iiij ¶ vlt. Exempla sume

j. Tim. j.

in Paulo: qui persequebatur ecclesiam dei arbitrans exinde obsequium se prestare deo. Sed vt ipse dicit ignorans fecit nec ꝓpter hoc se excusat: sz accusat de peccato. Similiter ꝛ filie Loth cum inebriauerunt patrem vt ex eo conciperent: cūqz putauerunt sibi licere: credentes totū mundum submersum sicut ꝛ Sodoma: non excusantur a peccato incestus propter ignorantiā illam: sed fuit ignorantia iuris naturalis. xv. qō. v. inebriauerunt. Similiter ordinatus in sacris si dimitteret officium ex eo ꝙ nescit se ad hoc obligatum precepto ecclesie: vt patet extra de cele. mis. dolētes. nō excusatur a mortali: cūqz non intendat neqz velit illā omissionē officij. inquantum peccatū: imo si sciret non omitteret sed qz negligens est voluntas ad inquirendū que scire debet: ideo ei imputatur ad peccatū: vt habetur. dist. xxxvij. c. vlti. Quantū autē ad ignorantiam facit: notanda est distinctio decretistarū que ponitur dist. l. c. de his j. ꝛ extra de homi. sicut dignū. videlicet ꝙ aut quis in facto qđ agit dat operā rei illicite: aut licite. Et si dat operā rei illicite: puta qz solatiaī aliquo ludo periculo vñ sequī mors vel mutilatio: cūqz ad illud malū non velit: tamē qz voluit illum ludū vnde secutum est: ei imputaī: ꝛ quoad peccatum: ꝛ quoad irregularitatē: ꝛ quoad penam iudicialem. Similiter si cecus sagittam vel lapidem iaceret ei imputaretur: qz dat operā rei illicite. Uñ et Lamech quādo sagitta occidit Cain existimans eum feram syluestrē non hoiem: qz sec⁹ erat: sed a puero quem secū ducebat: vt fera iudicatus fuit: nō excusaī a peccato. Idē potest dici de minori doli capace: cūqz etatis non perfecte ꝛ dāte operam rei illicite: qđ dictū est de maiori et adulto: vt extra de delic. pu. c. vlti. Si vero dat operā rei licite: tūc aut adhibuit debitam diligētiā aut nō. Et si non adhibuit debitā diligentiā non excusatur a peccato ꝛz malum sequens sit contra eius voluntatē: puta si quis proiiciat regulas de tecto ad ipsum reparandū: ꝛ nō ponat aliquod signū ante domū: nec dicit aliquid cū proiicit: ꝛ si cum vna ipsarū interficiat kāseuntem per viā. Aut si quis proiiceret lapidem ad animalia bruta: ꝛ nō respiciens trāseuntē per viā a casu interficeret aliquē contra voluntatē suā: ei imputaretur peccatum et pena iudicialis: qz nō adhibuit diligentē solicitudinē ad opus illud tractationis. Ubi vero adhibeat debitam diligentiā operi licito si ꝙ malū a casu cōtingat: nō ei imputatur: puta si ꝙs incidendo arborē: dum eam pternit: alius subito trāsit subtus eā ꝛ sic perimitur: cū tamen ille non videret eū nec haberet estimare aliquem transiturū inde. vt dist. l. sepe. ꝛ. xv. q. j. si qs non iratus. Uñ ꝛ Jacob excusaī in cognoscendo Lyam: que non erat vxor sua loco Rachelis vxoris sue. In his aūt que sunt de genere bonorū factis ex ignorantia iuris vel facti: nō habetur meritum ex quo ibi nō est volūtas seu intētio ad meritū actualis vel habitualis. Ad qđ facit ꝙ ait Ambr. Non satis est benefacere nisi id ex bono fonte. i. ex bona volūtate: proficiscaī. dist. lxxxvj. non satis. ꝛ Item. Deus voluntatē non opus respicit: scilicet sine volūtate. xv. q. j. si quis nō iratus. verbi gratia. Si quis dat pauperi vnū florenū eleemosynaliter: volens dare tñ vnū quatrenum: opus istud factū etiam in gratia non habet meritum vnius florenī: sed vnius quatrenī: qz volūtas nō fuit ad florenū: sed ad quatrenū. Similiter si quis iret ad missam die festiuo: vel ieiunaret die instituta ab ecclesia: vel diceret officium existens ordinatus in sacris: nec aliquod horū faciat actu vel habitu vt satisfaciat precepto ecclesie: presupposito ꝙ illud ignoret: vel etiā si scit non habet intētionem ad illud: sed a casu: vel propter societatē facit aliquod predictorum: talis in hmōi non meretur ex quo non habet voluntatē ad illa opera. Dicit enim auctoritas de peni. dist. j. si cui. ꝙ voluntas remunerantur non opus. i. voluntas principaliter facit opus remunerandi. Quātum autem ad opera que fiunt ex certa scientia siue in bonis siue in malis imputantur ad meritum vel demeritum inquantum volūtas assentit operi: etsi non ipsi operi inquanū meritorium vel demeritorium quod habet in coactione conditionali. verbi gratia. Datur infideli optio: vt aut recipiat baptismum aut occidetur vel amittet sua bona: eligit talis baptizari ne perdat vitam vel bona. In huiusmodi opere bono iste non acquirit nec meritum nec salutem: ex eo qđ non habet voluntatem ad opus baptismi susciendum inquantuz bonum est ꝛ salutiferum. arg. ad hoc de peni. dist. j. tres autem sunt actiones. Sīlr in malis operibus: quāuis eīn aliquis non velit aliquo modo opus malum facere inquantū malum ꝛ demeritoriū: tñ assentit opus agere ꝙ scit esse malum ne incurrat aliqđ damnum: tale opus non excusatur a petō. verbi gra. Peierat quis ne amittat suam causam iustam: qui tñ alīs nullo modo vellet peierare. Ad quod optime facit qđ ait Augu. Si diligenter inspiciatur: forte ipsum peccatū nemo velit: sed ꝓpter aliud ꝙ vult peccat. Oēs quippe homines qui scientes factū qđ nō licet: vellent licere facere vsqz adeo ipm peccare nemo appetit ꝓpter hoc ipsum: sed propter illud quod ex eo consequitur. xv. qō j. merito. Unde et Lucretia nobilissima Romana: que assensit filio Tarquini in adulterium ne incurreret infamiam adulterij: ex eo ꝙ ille minabatur ei: ꝙ si non assentiret interficeret eā et vnū ex seruis iurta eam: ꝛ diceret marito suo collatino quod eos interfecerat: quia inuenerat eos pariter commisceri. Ob vitādam igitur talem infamiam assensit operi nefario: de quo tamen tantam displicentiam habuit quod propter hoc coram consanguineis suis se occidit. Non excusatur a peccato adulterij: quia potius debet quis omnia mala tolerare quā malo consentire: scilicet peccati: vt dicit Augu. xxxij. q. v. c. ita ne.

De⁹ iudicat de voluntatib⁹.

G. ff. iij.

Factum cōtra voluntatem punitur.

gen. xxix.

voluntas remunerat non opus.

Nota hystoria de Lucretia.

Distinctio de ignorantia.

Voluntas repetit in opere exteriori.

§. III. Quantum ad tertiã partem prime ⁊ principalis diuisionis: cum scz volũtas reperit cũ opere exteriori.

Sciendum q̃ voluntas ipsa naturaliter semp precedit actũ exteriorem: sicut cã pcedit suũ effectũ: et tãquã regina potẽtiarũ: ⁊ oĩbus aliis hz imperare ſm doctores. tempore vero aliqñ volũtas est simul cũ ope: aliquãdo in diuerso tpe. Et qñ est simul cũ opere exteriori vel immediate exequit ipm: pro vno actu meriti vel demeriti cõputatur. Sed completius et grauius in ipso opere exteriori: vt dictũ est. ¶. puta cũ quis volens furari subito querit furtum facere: vel cum quis volẽs orare vel eleemosynã dare: ponit se ad orandum vel dandum eleemosynã. Sed cum voluntas ⁊ opus sint in diuersis tpibus: medio interuallo: infra quod mens diuertit ad illud: reputantur vt duo bona vel mala: ſm Pet. de Tharãtasia. verbigratia. Habet quis voluntatem fornicãdi vel occidendi ⁊ hmõi: ⁊ dum tale malum deliberat agere: occurũt sibi alie volũtatẽs ⁊ occupationes varie in quibus immoratur: deinde occurrente sibi opportunitate perpetrat illud malũ qđ voluntas decreuerat: scz fornicationis vel homicidij: ibi sunt duo peccata mortalia. Primum qñ volũtate decreuit illud agere. Secõm qñ illud perpetrauit: qđ nõ fuit sine volũtate iterũ deliberãte. Unde ⁊ p vtroque a deo punitur. In iudicio autẽ humano punit tãtũ ſm qñ est contra leges vel canones. Et primũ probat vel ex se notoriũ est. Dicit eñ lex q̃ grandis rõ suadet vt maleficia puniant. ff. ad. l. aquil. l. ita vulneratus ¶. ij. Et vt pena vnius sit met⁹ multorum. ix. q. iij. c. si aũt. ⁊. ff. de penis. l. aut dãnũ. Nã si ea que male vsurpant omittimus: excessus viã aliis aperim⁹. dist. xcij. c. peruenit. ij. Propagatur enim vitiũ nisi per correctionẽ disciplineq̃ subsequat correctio. xxj. q. ij. placuit. Et si pena pro tali crimine exterius cõmisso est determinata in iure: tunc subdistinguendũ est. Quia aut iudex qui habet cognoscere est iudex delegat⁹: et talis qui nõ põt in pena dispẽsare. vt extra de offi. deleg. de causis. et de pe. licet. Et tunc penã illam lege taxatã mutare vel minuere non põt. j. q. iij. turbatur nauicula ¶ notãdum. Et ꝓpter ea dicitur in auk. de iudi¶ oportet. q̃ iudex non debet esse mitior lege. Si autẽ pro vno eodẽq̃ scelere diuerse pene de iure imponantur: tũc vtraq̃ vno eodẽq̃ tpe nõ est imponẽda. extra de iudi. at si clerici. sed minor imponenda est. arg. de pe. dist. ¶. pene. Uel opus est gratificatione. extra de paroch. c. j. Uel illa imponatur que magis timeat. extra vt lit. nõ cõtest. c. qñ frequẽter. Quia vt dicit Aug. Hoc solũ bene agit siue plectendo siue ignoscendo: dũmodo mala vita hoĩn corrigatur. xxiij. q. v. prodest. Si vero est iudex q̃ hz merũ imperium: et de illo crimine possit dispensare: tunc poterit cõmutare vel minuere penã. vt extra de rap. c. in archiepatu. ⁊. C de his qui no. infa. l. ⁊ si seueriores. Dũ tñ hãc diminutionẽ vel cõmutationẽ faciat causa cognita: et in ipsa sententie prolatione ⁊ non post: secus aũt si faceret nõ causa cognita vel post ſniam: q̃ tũc non posset. Et in hac causarũ cognitione habet consideratio locorũ ⁊ temporũ: personarũ ⁊ cause: ac etiã multitudinis ⁊ etatis ⁊ scãdali. Nã ex istis oĩbus rigor iuris mitigatur: vt colligit manifeste extra de sen. excommu. c. pueris. ⁊. lxxxvj. di. tãta. ⁊. l. di. vt cõstituerẽt. x. ij. q. j. in prin. ⁊ extra de transac. ca. vlti. Itẽ causa cognita ex predictis causis ⁊ iuribus poterit penam augmẽtare: ⁊ etiã q̃ multis grassantibus vindicta opus est. ff. de pe. l. aut facta. Nota etiã q̃ arbiter põt leges transgredi. ff. de arbitris. l. qualẽ. Si autẽ nõ est determinata a lege pena: tũc imponit arbitrio iudicantis. ff. de pe. l. hodie. ⁊ extra de offi. dele. c. de causis. In bonis videtur idẽ dicendum quo ad deũ siue meritũ. Hoc est q̃ volũtas bona cum ope exteriori subsecuto tunc habet suã plenã perfectionẽ: vnde ⁊ maiorem remunerationem. Et hoc est qđ dñs requirit dicens Mat. vij. Nõ oĩs qui dicit mihi dñe domine: intrabit in regũ celorum: sed qui facit voluntatem patris mei. Primũ enim dñe refertur ad volũtatẽ siue ad affectionem qua quis vult bonũ. Secũdũ dñe refert ad locum bonũ. Sed tertiũ refertur ad exteriorẽ bonã operationẽ: que exigit cũ adest possibilitas: vt. ¶. dictum est. Cõparat eñ mẽs seu voluntas bñ disposita bone arbori: de qua christus dixit in. d. c. q̃ fructus bonos facit: nõ flores tantũ affectionũ: nec frondes tantum verborũ: sed ⁊ fructus exteriorũ bonarũ operationũ: flores eñ etsi pulchri sint: nõ tñ pascũt. Uñ deuota aĩa dicit in Cant. v. Ueniat dilectus meus in hortum suum. i. in mentẽ suã vt comedat fructum pomorũ suorũ: non flores dicit. Custodiẽdi tamen sunt ne pereãt vel destruant: quia ex floribus sequũtur fructus. Juxta illud Eccles. xxiiij. Flores mei fructus honoris ⁊ honestatis. Et propterea dicit sponsa in Cãti. ij. Capite nobis vulpes parvulas. i. tẽtationes seu cogitationes fraudulentas sub specie boni subintrantes: tunc sunt parvule: id est in ipso principio occursus. Sequit in textu. que demoliuntur vineas id est flores eius. Uñ ⁊ sequitur. Nã et vinea nra floruit. Similiter etiam frondes arboris non pascunt hoies: q̃uis aliqñ medicinalia sint ꝓpter qđ dicit Apoca. vlti. Folia eius ad sanitatem gẽtiũ. Sic ⁊ bona ẏba: quãuis auditoribus plerũq̃ ꝓsint. Si sint sine fructu operũ: ꝓsunt qñq̃ audit oribꝰ: sed nõ pascũt spũaliter facientem vel ipm deũ. Unde in figurã: cũ semel dñs Jesus christus esuriens ad arborem fici accederet: quia nõ inuenit ibi fructus: sed tantũ folia: maledicẽs subito exiccata est. Mat. xxj. Ad significãdũ q̃ q̃ hñt tñ verba ⁊ non facta a deo reprobantur. Requirit ergo ad bonitatẽ arboris vt ꝓducat nõ solum flores bonarũ volũtatũ seu desideriorũ ⁊ frõdes salutariũ locutionũ: sed ⁊ fructus etiam bonarũ opationũ. Uñ Jacob⁹ in sua epla cano. Ostẽde mihi fidẽ tuam ex operibus. Et quales sicut fructus boni producti ab arbore bona ostendit ꝑ sal. cũ ait. Erit tanq̃ lignũ qđ plãtatũ est sec⁹ decursus aquarũ: qđ fructũ suũ dabit in tpe suo. Ubi tria pñt notari. Jaco. ij.

¶ Primo dispositio laudabilis ex parte sui signatur: ibi. Erit tanquam lignum.

¶ Secõ infusio gratie optabilis ex parte dei insinuatur: ibi. Quod plantatum est secus decursus aquarum.

¶ Tertio operatio imitabilis ex parte futuri demõstratur: ibi. Quod fructuum suum ⁊c.

Propagatio vitiorum.

§. V. Quantum ad primum lignũ appellat hoĩn rationalẽ. Unde homo grece ὄ anthropos id est arbor reuersa.

Nã vbi arbores irrationales habẽt radices in terra: ⁊ ramos versus celũ: arbor rationalis. i. homo ecõuerso situat. Nã caput cũ capillis qđ est quasi cyppus cũ radicibus est versus celũ: et brachia cũ manibus tibie cũ pedibus ⁊ digitis: que sunt qua si rami et ramusculi sunt versus terram: vt sciat ⁊ cõsideret se ex ipa sui dispositione corporis mentem ⁊ cogitationes habere ad celestia. Juxta illud Quid. Os homini sublime dedit. i. faciem: celũq̃ videre iussit. Ac etiã dũ cõuersat in terra: multiplicare bona opera ieiuniorum: orationũ: eleemosynarũ ⁊ hmõi. Juxta illud Eccles. ix. Quodcũq̃ potest manus tua instanter operare: q̃ nec opus ⁊c. Plantatũ est autẽ tale lignum secus decursus aquarũ quo ad scõm. Cum videlicet est circundatus aqua diuine gre: que multiplex est in effectu: ⁊ currens: q̃ habentem facit ꝓpte operari. Juxta illud Ambrosij. Nescit tarda molimina spũssancti gratia. Hec est aqua de qua dominus dixit Samaritane. Ois qui biberit ex aqua quã dabo ei nõ sitiet. Joã. iij. sez terrena ea mordinate amando plus q̃ deũ: ⁊ merito: q̃ ex hac aqua pcedit triplex alia aqua: scz sapientie: penitẽtie: ⁊ patientie: q̃ mirabiliter reficiũt. Et de aqua sapientie dicit sapiẽs de iusto habẽte gratiã: q̃ dñs aqua sapientie salutaris potabit illũ. Hec ita reficit mẽtẽ gustu diuinorũ in meditãdo: in legẽdo: i audiẽdo: q̃ vt dicit Bernar. gustata suauitate spũs: qđ fit per sapientiã: desipit oĩs caro. De aqua penitentie seu lachrymarũ dicit Pſ. cxlij. Flabit spũs eius. i. gratia spũssancti in mẽte: et fluẽt aque lachrymarũ: quib⁹ pctã purgãtur ſm Chrysо. de pe. dist. j. c. iij. Lachryme lauãt delictũ. De tertia aqua vi figurate Exo. xiij. Aque erãt eis ꝓ muro a dextris ⁊ sinistris. Sicut aqua refrigerat: ita patientia super oĩa alia: a dextris. i. aduersis spũalibus: vt tẽtationib⁹ ⁊ angustijs et a sinistris: id est aduersis ptalibus: vt pauptate: fame: siti: frigore: infirmitate. In omnibus his qui patiẽter fert: non posset habere melius refrigerũ in aĩa: et etiã quo ad corpus multũ mitigatur pena. Et hoc patet ex martyribus qui penis gaudebãt refrigerari ex patientia. Unde quando medici nesciũt quid amplius faciãt infirmo: pro vltimo remedio cõfortãt eum ad patiẽtiã. Quo ad tertium lignũ istud facit fructus dicit Psalmista: id est opus bonus: quia primo cũ recta intẽtione: et ideo dicit. Dabit fructũ. Arbor enim si sibi retineret fructꝰ in ea marcescerẽt: sed dando alijs ⁊ sibi prodest. Sic mens bene disposita et in gratia fundata fructus operum suorum non sibi attribuit: sed deo ab eo recognoscens: nec sibi tantum laborat: sed et proximis suis: et sic dat fructum: non retinet sibi. Secundo operatur cum ratione. Unde dicit. Dabit fructum suum. Fructus enim hominis qui est animal rationale propie est actus procedens a ratione. Ratio autem vt dicit ꝑs semper deprecatur ad optima: id est instigat. Mala opera non sunt propie fructus hominis: sed fru

Uoluntas bona arboꝛi comparatur.

Homõ comparat arbori.

Qui in. j. Metamor.

Eccli. xv.

Patientia ẽ optimum remediũ ꝓ anima.

Arboris male fructus.

ctus syluestres: cibus bestiarũ. Tertio arbor bona ⁊ rationalis facit opus cũ debita obseruatiõe: scz circunstãtiarũ. Unde dicit. Dabit fructũ suũ in tẽpore suo. Nullũ enim est virtuosum opus nisi debitis circũstantijs vestiatur scõm beatum Tho. ii. ij. Inter quas circunstantias est debitum tempus. Unde eccles. viij. Omni negotio tempus est ⁊ oportunitas. Aliqui enim nimis cito exequuntur quod voluntati occurrit: non cõsiderãtes quid inde mali possit contingere: quibus accidit sicut arboribus amygdalis vel alijs que cum nimis cito incipiunt florere: supeueniẽte pruina vel imbre amittunt flores ⁊ fructus. Alij vero nimis tardant ad exequendam bonam voluntatem: propter quod aliquando vel flores desideriorum cadunt: ⁊ non reddunt fructũ: vel fructus faciunt serotinos nimis: qui communiter non maturescunt: quia non sunt in tempore suo. Bona igitur arbor: id est bona voluntas gratia informata: producit flores bonarum affectionum: ⁊ sic primo dicit Domine. Producit secũdo frondes bonarum locutionum: ⁊ sic secundo dicit Domine. Producit tertio fructus bonarum operationum cum recta intentione: cum humana ratione: cum debita circũstantie obseruatione. Et sic tanquam lignum plantatum secus decursus aquarum: dans fructũ suum in tempore suo: dicens tertio Domine. Facit voluntatem patris celestis: ⁊ ipse intrabit in regnum celorum.

¶ Quomodo a voluntate bona non possunt procedere opera mala. Capitulum. xv.

DE voluntate notãdum qõ cum vere bona est: producere non potest mala opera. Ad qõ facit qõ saluator ait Mat. vij. Non potest arbor bona fructus malos facere: arbor hoiez vel eiꝰ voluntatẽ assimilãs. Circa quã auctoritatẽ videnda sunt tria.

Nõ similis est arbori.

¶ A quo oriatur voluntatis probitas: quia arbor bona.

¶ Ex quo sequatur malignitas in opere eius impossibilitas: cũ dicitur: non potest.

¶ In quo cognoscatur criminose operositatis qualitas. ibi. fructus malos facere.

℣. I. Quãtum ad primum arbor

designat: vt dictum est: hominem vel eius voluntatem. Qui homo ⁊ eius voluntas tunc arbor bona est: quando affectiones et cogitatiões eius tanq̃ radices fixe sunt in celo. Juxta illud ps. de iusto. Plantatus in domo domini ⁊c. Huius humor faciens fructificare est deuotio. Stipes rectus congrua intentio. Eius rami robusti potentie seu virtutes in bono permanẽtes. Corter autem exterior conuersatio malis resistẽs. Folia eius verba rationabilia fm illud. Et folium eius non defluet. Flores odorem: redolens fama. secundum illud. ij. Corinthi. ij. Christi bonus odor sumus deo. Fructus vero iuxta opera. scõm illud Sap. iij. Bonorum laborum gloriosus est fructus. Terra in qua radicatur humilitas. Dicitur autem humilis quasi terre accliuis. Radius solaris reuerberans arborem ⁊ fructus maturãs ⁊ suaues faciens: est gratie lumen. Aqua irrigans doctrina scripture secũdum illud Eccli. xv. Aqua sapientie salutaris potabit illũ. Quãdo igitur ista concurrunt nullũ dubium quod arbor est bona: homo scilicet ⁊ voluntas eius. Permaxime autem ad hoc vt volũtas significata per arborem sit bona requiruntur duo fm beatũ Tho. super. ij. sen. dist. xl. Primũ est intentio finis boni. Secundum est electio eius qõ est ad finem: vt scilicet sit bonũ: id est ad hoc vt volũtas sit bona oportet q̃ voluntas velit bonũ: ⁊ propter bonum. Et si vtraq̃ bonitas in voluntate fuerit: scilicet bonitas intentiõis que est respectu finis: ⁊ bonitas selectiõis que est eius quod est ad finem: tunc semper erit voluntas bona: ⁊ actus exterior semper erit bonus qui dicitur fructus. Et sic permanẽs bona arbor fructus malos facere non potest. Et de hac arbore bona ⁊ copiosa et fructuosa potest exponi moraliter visio Nabuchodonosor quam habuit de arbore: vt habetur Daniel. iiij. ibi vide historiam. Uidebam et ecce arbor in medio terre ⁊c. Ubi possunt tria notari de homine virtuoso.

Ut volũtas sit bona duo requiruntur

¶ Et primo sanctitas stupenda in eius descriptione: ibi. Ecce arbor in medio terre.

¶ Secundo eius defectuositas lugenda in eius precisione: ibi. Succidite arborem ⁊ precidite ramos eius.

¶ Tertio eius speciositas resumenda ex germinis seu radicis reseruatione: ibi. Uerũtamen germen radicũ eius in terra finite. Quantum ad primum commendantur sanctitas multipliciter ex conditionibus ipsius arboris vise. Et primo commendatur ab eius virtuositate: cũ dicit. Ecce arbor in medio terre. Consistit enim virtus in medio vel rationis vel rei: propter qõ dicit qui dã sapiens. Mediũ tenuere beati. Scõo cõmẽdatur a magnanimitate seu magna operositate: ibi. Arbor magna. Operatur eñ magna amor dei. i. operari facit fm Greg. Tertio laudaꝫ a vigorositate: scz ad tolleranda mala fortiter: ibi. Fortis. Sapien. v. Stabunt iusti in magna cõstantia. Quarto laudatur ab eius sublimitate: scilicet in contemplando superna: ibi. Procera. i. alta scõm illud apostoli Philip. iij. Nostra cõuersatio in celis est: scilicet per contemplationem. Quinto magnificatur ab eius dignitate seu opinionis claritate de eo: ibi. Aspectus eius erat vsq̃ ad terminos vniuerse terre: quod fit per diffusionem nominis ⁊ fame eius. Sexto commẽdatur ab vtilitate multiplici: ibi. Et folia eius pulcherrima: ⁊ fructus eius nimius: ⁊ esca vniuersorum in ea. In foliis notantur verba. Apocaly p. vlt. Et folia eius ad sanitatem gentium: scilicet sunt. In fructu opera vel scientia: secundum illud pñs. ciij. De fructu operum tuorum satiabitur terra. In esca refectio designatur. Sicut enim fructus vestitur foliis: ita scientia adornatur verbis compositis ⁊ operibus virtuosis. Juxta illud Prouer. xv. Lingua sapientum ornat scientiam. Et ibidem. Labia sapientum disseminabũt scientiã: scilicet exemplis et verbis. Septimo commendaꝫ a prãte: et hoc respectu subditorũ: ibi. Subter eam habitabant animalia ⁊ bestie: et in ramis eius conuersabanꝫ volucres celi. Per animalia et bestias designãtur mẽtes carnales ⁊ penitus seculares. Seu per animalia voluptuosi: ⁊ per bestias tracũdi: ⁊ hi dicuntur habitare subtus hanc arborẽ: qz huiusmodi pſone premi debẽt rigore discipline. Per volucres celi designantur spũales affectꝰ ad celestia volantes: ⁊ hi dicũtur habitare in ramis: qz spirituales viri in locũ superiorẽ debẽt eligi: et digno honore sublimari: scõm illud apli. Qui bene presunt duplici honore sunt digni scz ⁊ reuerẽtia paternali: et subuenientia temporali. Scõm scz defectuositas probi viri lugenda notatur ibi: succidite arborem: qõ intelligi potest ⁊ de defectu eius p mortẽ corporalẽ: ⁊ de defectu aie p mortẽ spũalẽ. Et quãtũ ad primũ dicere ei succidite arborem est disponere et ordinare: vel ministerio angelorum vel operatione scõarũ causarũ naturaliũ mortẽ viri pbi: qui abscindi dicit: dum a terra habitabili huius mundi subtrahitur. iuxta illud q̃ dicitur de christo. Esa. liij. Abscisus est de terra viuentiũ. Precidunt tũc rami eius cũ videlicet potentie sensitiue organis corporeis affixe auferũtur ab actibus suis. Excutiũtur folia: quia deficiunt verba doctrine. Dispergitur fructꝰ: qz desinit facultas meritoria operandi. Fugiunt bestie que sunt subtus eam ⁊ volucres que erãt in ramis: qz subditi boni vel mali subtrahuntur a iurisdictione ⁊ prãte eius. Cũ feris est habitatio eius: qz quo ad corpus cũ serpentibꝰ ⁊ bufonibus vermibꝰ aliisq̃ se reperit Rore celi tingitur: quia descendit pluuia et ros super sepulcrũ cadaueris eius. In herbis terre est: que oriuntur ex terra super corpus eius. Hic autẽ defectus vtiq̃ per mortem lugendus est. Sic legit de sancto Ambrosio qui audita morte alicuius sancti viri amare lachrymabat. Si aũt exponaꝫ de morte spũali q̃ fit per culpã: sic tunc succiditur arbor tã magna ⁊ pulchra cũ magne sanctitatis vir decidit in mortali: vt Dauid: Petrus ⁊ alij. Qõ vtiq̃ cõtingit: etsi nõ operãte deo qui nõ est auctor peccati: tñ pmittẽte eo: ⁊ gratiã subtrahẽte: ex culpa ⁊ demerito illius peccantis. Tũc aũt rami pciduntur cũ virtutes magne subtrahũtur. Folia excutiuntur: qz gratia prius habita bñ loquendi et fructuose pdicandi tollit. Fructus dispergitur: qz bona operatio iam facta quo ad meritum tollit. Fugiunt volucres ⁊ bestie ab eo. qz ⁊ subditi boni ⁊ mali horrẽt eius conuersationẽ: declinant cõsortiũ. Cũ feris habitat. i. cum demonijs ⁊ impijs quorũ voluntati assentit. In herbis terre est: qz tẽporalibus vacat ⁊ in illis gaudet. Cor eius ab humano cõmutatur: qz nullũ intellectum verũ pene habet sicut bestie. Rore celi intingit: qz aliqñ bona inspiratione diuina ad se recognoscendum tãgit: sed vinculo ferreo alligat: qz consuetudine mala ⁊ obduratione peccati detinetur. Et certe hmõi defectus magis lugendus est q̃ prior scilicet de morte corporali. Quod etiam Amb. faciebat audito casu seu ruina spũali alicuius persone. Quãtũ ad tertium q̃ est resumptio speciositatis deperdite: hoc ibi notatur cũ dicit. Germen eius in terra finite: qz videlicet habilitas ⁊ aptitudo ad resurgendũ cũ omni speciositate naturali ⁊ spũali ꝑture diuina remanet. Et septẽ tẽpora mutantur in eo anteq̃ redeat ad pristinum statũ: qz scz septẽ mũdi etates opz compleri ante resurrectionem vniuersalem oĩm. Et tunc recognoscent oẽs q̃ dñatur

Ornat scientiam asseritur.

Quid sit succidere arborem.

Repulsa latio virtutum.

excelsus

excelsus in regno hoim: vt dicit ibi Dasi. tiij. Et hoc cōtinuādo ad expositionē de morte corporali. Nā quātū ad defectum mortis spūalis p peccatuz dicit remanere germē in terra ad reuiuiscētiā ipsius arboris: q; quātūcūq; quis peccet a perfectione declinās: remanet tñ semp libertas arbitrij: z facultas vitam gre recuperādi: z perfectionem oēm amissam: vel etiā maiorē resumendi fm conatū et feruorem in reuersione. Sed opz pius qđ septē tpa mutentur super eū. i. q; omnia peccata cōmissa in tpe vniuersaliter deleatur: q; in septē capitalibus vitijs continentur: z hoc per septiformē grām spūssancti. Et sic ex bestia reuertitur ad statū hois: sicut Nabuchodonosor: z ad regnum inclytum: quia ex bestiali mente tota passionibus dedita reuertitur ad cōuersationē vite rationalis z virtualis: z ad regnum virtutum z gloze prius amissum.

Bona arbor non pōt malos fructus facere quō dēbet intelligi.

§. II. Quantum ad secundū principale qđ est in potētia malignitatis opis notata in voluntate vel hoie: cū dicit non pōt. s. malos fructus facere. Ratio aūt huius est: q; arbor bona est. Sicut aūt ex igne frigus, pcedere nō pōt: nec ex luce tenebre: sic nec ex bona voluntate seu ex habitu bonitatis non potest procedere malus actus. Sed bene pōt arbor. i. voluntas vel psona q̄ est bona: aliquo tpe effici mala arbor: z sic faciet fructus malos. Nō aūt dū bona pseuerat arbor. Vñ Hiero. sup Matth. Si arbor bona fructꝰ malos facere non pōt: quō Moyses arbor bona peccauit ad aquas cōtradictionis. s. nō credendo verbis dñi? Petrus quoq; in passione dñi negauit christum. Et ecōtrario quō Jetro socer Moysi arbor mala: q; gentilis: quō fecit fructum bonū dādo cōsiliū Moysi bonū. s. de cōstituēdo coadiutores officij sui. Et rñdet q; hoc intelligitur conditionaliter seu cōiunctim: videlz q; dū arbor bona perseuerat bona: nō pōt facere malos fructꝰ. i. opera mala: sed arbor bona pōt effici mala: z tunc faciet malos fructus: z ad idē facit qđ ait Aug. in ser. dñi in mōte dicēs. Errāt Manichei qui putāt et dicūt: nec animā bonā posse fieri malā: neq; econuerso malā bonā. Intelligentes p arborem bonā de qua christꝰ loquitur aīas bonas: quarū dicūt deū auctorē: et per arborez malam aīas malas: quarū dicūt auctorē diabolum esse. Sed vt subdit Augu. Falsitas huius opinionis et sue erroz ostēditur ex modo loquēdi ipsius saluatoris. Neq; eñ dicit q; arbor bona non possit fieri mala: et econuerso. Sed q; bona arbor non pōt facere fructꝰ malos: z mala bonos: appellās bonā arborē: bonā voluntatē: z malos fructus mala opera: z malā arborē malā voluntatē: z bonos fructꝰ opera bona. Qđ infallibiliter verū est cōditionaliter. i. q̄diu volūtas est vere bona vt debet: nō pōt agere opa mala: z ecōuerso. Sic etiā exponit illud Aug. de pe. di. ij. radicata. Radicata est charitas: securus esto: nihil mali procedere pōt. Qđ intelligit coniūctim fm glossam: q; ex charitate elicitiue vel imperatiue non pōt malū procedere sicut z nix quādiu est nix nō pōt calida esse: sz pōt liquefieri: z tūc aquā vocamus. Qđ aūt volūtas bona possit in via fieri mala: patz ex hoc: quia dū viatores sumus liberū arbitriū flexibile est ad bonū z malū. Alia ratio est: q; charitas vie q̄ facit volūtatē bonā nō replet totam capacitatē voluntatis seu mentis: vt actualiter nihil aliud possit intendere nisi deū sicut charitas patrie: dū autē ad alia extendit: tūc pōt a deo auerti per inordinatū affectum ad creaturā fm btm Tho. ij. ij. Sicut autē ex terra bona causat: vel in terra bona radicat mala arbor: sic mala voluntas. i. mala affectio causat ex voluntate potētia naturali que est bona z radicatur in aīa vel voluntate habitualiter: q; anima z voluntas. est bona inquātū volūtas. Nec fm Augu. ex bona potuit oriri volūtas mala: q; bonū factū est a bono deo: sed q; de nihilo factū est: non de deo. Ad hoc autē q; arbor sit bona: et faciat fructus bonos cōcurrunt plures cōditiones. Et primo: radicem habet in imo. Vñ Aug. Attendite arborez: radicē figit in imo: vt ramos tendat ad celum. Sic mētem debet quis in humilitate firmare vt possit eam ad celū leuare. Et nō solū vna radice inheret terre: sed oibus. Radix est quasi os arboris p qđ nutrimentum recipit. Sic oze cordis debet quis inherere z figere in terra viuentium. Scdo arbor imperceptibiliter crescit continue: quousq; veniat ad magnā altitudinem. Sic vt dicit Prouer. iij. Justorū semita quasi lux splendens proficit z crescit. Et vt dicit Virgi. Labor improbus omnia vincit. Tertio oportet quod arbor cultiue tur alias degenereraret et syluester fieret: et insipidos fructus produceret. Sic oportet mentem colere ferro compunctionis: et inutilia resecare. Joan. xv. Omnem qui fert fructum purgabit eum vt fructum plus afferat. Et parabolice scribit Luc. xiij. dixisse cultorem vinee patrono volenti ficulneam quādam infructuosam succidere: fodiā circa eā z mittam stercora: vt sz faciat fructū. Mittere stercora ad radices. est bñ recogitare miserias z defectꝰ suos. Quarto arbor bona nō in vno ramo tātū: sz in oībus facit fructū. Sic nō solū vno mēbro dz qs deo seruire: puta pedibus tantū eundo ad ecclesias: ore tantū bene loquēdo: aure verba dei audiēdo: sed oībus mēbris: que sunt vt rami arboris rationalis: z corde z ore z manu operū z alijs multis. Rom. vj. Exhibete membra vestra seruire iustitie in sanctificationem. Quinto arbor non facit fructus nisi ad quos producendum ordinata est a deo z a natura. Nam ficus non producit vuas: nec vitis ficus. Ita vnusquisq; vt ait Pet. j. cano. c. iij. prout accepit gratiā in alterū illam administrantes. Non aūt se intromittere debet de eo in quo nō habet gratiā seu aptitudinē vel commissionem. Sexto arbor licet syluestris faciat plures fructus quā hortēsis: tamē hortēsis facit meliores. Sic laicus licet plura faciat opera exteriora: vel etiā religioni actiue deditus q̄ cōtemplatiuus vel claustralis: tamē puriora z perfectiora sunt opera contemplatiuorū q̄ actiuorū: z religiosorū bonorū cōiter q; laicorum. pē. xvij. Secundū puritatē manuū mearū retribuit mihi ꝛc. Nō dicit fm multitudinē. Septimo arbor si trāsplātet melius fructificat si in locum meliorē mutet. Sic mutādo statū puta de laicali in religiosum: perfectoria opera aptus est facere. Sed sciendū qđ pauce arbores in autūno vel hyeme: paucissime in estate transplantantur. Sic in senectute vel etiam in feruore iuuentutis pauci conuertuntur. Sed in vere adolescentie communiter et alique quidem arbores nil fructꝰ faciunt vt ficus. Alij folia tantum vt verbosi. Aliqui folia fetentia: vt sambuci id est luxuriosi. Alij spinosa folia: vt iuniperus.

Exodi. xviij.

error manichei.

Ad hoc qđ arbor sit bona qđ requirit.

Virgil. j. Geor.

Fructus q̄ bonus q̄ modo discernitur a malo.

§. III. Quātum ad tertium principale: scz quō discernatur fructus bonus: quē arbor bona producit: a fructu malo quē pducere nō pōt. Sed arbor mala tpm modo producit. Arbor bona vt dictū est: est volūtas vere bona: vel homo bonus. Et fructus bonus: actus bonus pcedens ex ea. Et ex fructu arbor arbor cognoscitur: ait ipse saluator. A fructibus eorū cognoscetis eos. s. hoies si vere boni sunt vl hypocrite mali: scilz sub pelle ouina. Sed difficile hoc videtur ad discernendū: et vix possibile ad cognoscendum. Nā oratio z ieiunū: eleemosyna z hmōi fructus videntur boni: z tñ nō solum boni homines ex bona volūtate ista faciūt: sed etiā mali hoies qui signantur p malā arborē. Ad cognoscendū igit z discernendum eos. Notādū q; triplex genus fructuū seu operū pōt pduci seu fieri ab hoie. Aliqui eñ actus sunt de se mali adeo q; nullo modo possunt esse boni vel bñ fieri: sicut furta: blasphemie: odia: z illa que nominat apls opera carnis. dicēs ad Gal. v. Manifesta sunt opera carnis que sunt fornicatio: immunditia: impudicitia ꝛc. Hos fructus arbor bona dū bona est pducere nō potest: sed mala pducit. Et ex hmōi pōt manifeste cognosci q; hec faciens arbor mala est. Sed tñ talia opa dici nō possunt vestimenta ouiū. sub quibꝰ se abscondunt falsi prophe. i. hypocrite: quia ipsa nō hñt speciē vel apparentiā boni vnde possint alios decipere. Sūt aliqui alij fructus seu actus qui de se sunt boni: ita qđ nullo mō pñt esse mali: vt actus illi de quibus ait apls ad Gal. v. Fructus aūt spūs sunt: charitas: pax: gaudiū: patientia ꝛc. Hi actus et similes pcedentes a gratia dei producuntur: z fiunt a bona arbore: z non possunt pduci a mala arbore dum mala est. Sed cū sciri nō possit p certitudinem quis gratiam habeat: z actus virtutum acquisitarū sunt similes actibꝰ virtutum infusarum qui procedunt ex gratia: et sunt vere boni. Hinc est q; p certitudinē sciri nō pōt: si faciens illos actus. s. charitatis exteriores: patiētie: modestie: cōtinētie. z alia: sit arbor bona: cum possit similia facere sine gratia. z arbor mala. i. malus homo habens malam voluntatem plura illoū opera exterius apparētia possit facere. Alij actus humani sunt qui dicūtur de genere bonorum qui fieri possunt bona z mala volūtate: vt eleemosyna: oratio: ieiunū z hmōi. Et ista dicuntur vestimenta ouiū: quia sunt proprie electorū cum fiunt debito modo. s. in gratia. et hos fructus producere pōt arbor bona z mala. Sed cognosci plene non potest. Cum procedunt a mala voluntate seu intentione tunc sunt mali vel sine gratia: et tunc etiā non sunt vere boni id est meritorij. Vel cum pcedūt a bona volūtate et gratia: et tunc sunt boni. Per coniecturam tamen potest discerni arbor bona a mala per quedam opera tanquā per signa. Et primum est si fi

Tripler est genꝰ fructuz seu operꝫ

de signis bonorum operum.

dei veritas nō peruertatur in se vel in alio operādo: sz firmiter credat z viuaciter. Joan. vj. Qui credit in me habet vitam eternam. Secundū est si mādata ecclesie non contēnat: sed impleat. Matt. xviij. Qui ecclesiā nō audierit sit tibi sicut ethnicus z publicanus. Eccls. viij. Qui custodit preceptum non experietur quicq̄ mali. Tertium est: si per eum nouus ritus viuendi nō introducatur: quod pertinet ad superstitionem z superbiam: sed communia documēta sequatur. Juxta illud Deut. xix. Nō trāsferes terminos quos fixerunt priores. Quartum est: si charitas proximi per eum non spernatur. j. Joann. iij. Translati sumus de morte ad vitam: quoniam diligimus fratres. Sed qui habuerit substantiā huius mundi: z viderit fratrē suum egere: z clauserit viscera sua ab eo: quomodo charitas dei est in illo. Certe non. Quintum est: si peccatum per eum toto conatu fugiatur. Eccli. xxj. Quasi a facie colubri fuge peccatum. Sextum est: si verbum dei delectabiliter audiatur. Joan. viij. Qui ex deo est verba dei audit. vel melius. Si equanimiter aduersa z dulciter pattatur. Unde christus Mat. vij. Nunquid colligunt de spinis vuas: aut de tribulis ficus id est de aduersitatibus feruore spiritus: z dulcedinem charitatis. quasi diceret: non hypocrite sed vere bone arbores. Septimum est: si per eū de operibus bonis gloria mūdi non queratur. Joann. vij. Qui querit gloriam eius qui misit eum: hic verax est z iniustitia in illo non est. Hos actus tanquā fructus bonos producit bona arbor: et fructus contrarios qui sunt mali producere non potest. Et cum aliquis facit hos fructꝰ malos contrarios bonis: signum est quod non est bona arbor.

De sensualitate. Capitulum. xvj.

Deinde videdum est de sensualitate que idem est quod appetitus sensitiuus. Circa quam notanda sunt quatuor: scilicet diffinitio: subiectio: offensio: z duratio.

§. I. Et quātum ad primum scien

dum q magister senten. lib. ij. dist. xxiiij. sic diffinit sensualitatem. Sensualitas est quedam vis anime inferior: ex qua est motꝰ qui intenditur in corporis sensus atq̄ appetitus rerum ad corpus pertinentium. Pro cuius declaratione sciendum q motus sensualitatis in duo tendit scilicet in ea que secundū exteriores sensus delectabilia sunt. z hoc est quod dicitur in diffinitione qō ex sensualitate est motus qui intenditur in corporis sensus. Secūdo tendit ad ea que nociua vel inconuenientia corpori secundū solam estimationem cognoscantur. Et sic in diffinitione dicitur q ex sensualitate procedit appetitus rerum ad corpus pertinētium. Sic igitur sensualitati duo attribuuntur scilicet motus et appetitus. Cuius ratio est: quia licet sensualitas sit vna potētia: eius tamen sunt plures actus: non eque primi: sed ꝑm ordinem adinuicem se habentes. Motus enim sensualitatis est quedam inclinatio ad sensus corporis: dū scilicet appetimus ea que per sensus corporis apprehendūtur. Unde ad sensualitatē pertinent duo. s. corporis sensus quasi preambuli: et appetitus sensitiuus: qui est inclinatio vel motus consequens apprehensionem sensitiuam z sic appetitus sensitiuus inquantum fertur in aliquid vel inclinatur est conueniens nature sentientis: sicut cibus z potus et alia huiusmodi que sunt necessaria corpori. Secūda ratio est: quia illud est conueniens potentie sensitiue: sicut color pulcher est delectabilis visui ad videndum: z sonus moderatus est conueniens z delectabilis auditui ad audiendum: et sic de aliis. Et sic appetitus sensitiuus est melior inter appetitum naturalem et rationalem. Superior est enim appetitui naturali: quia appetitus naturalis qui est inclinatio nature in rem vel opus sibi conuenientem: est absq̄ propria apprehensione: scilicet ipsius appetitus: licet sequatur apprehensionem instituentis naturaz: sicut appetitus naturalis lapidis est inclinatio vel motus deorsum. Sed appetitus sensitiuus fertur et inclinatur in aliquid mediante propria apprehensione scilicet notitie sensitiue. Et tamē inferior appetitui naturali: q̄ appetitus rationalis fertur z inclinatur in bonitatē rei absolute: sed sub tali vel tali cōsideratione: puta vel quia est vtilis: vel q̄ est delectabilis. Hec autem sensualitas figurata est in tentatione primoruz parentum. Nam ꝑm Aug. ij. de trini. serpens assimilatur sensualitati. Nam serpēs non solum ostendit z proposuit muliert delectatum vel pomum: sed etiam inclinauit mulierem in affectum peccati. Mulier vero comparatur inferiori rationi: eo q̄ acquieuit serpenti: scilicet sensualitati. Vir autem assimilatur superiori rationi: eo q̄ occasione serpētis ad peccatū alliciētis: vir. i. ratio peccato cōsensit. Sed idē Aug. cōtra Manicheos aliter assignat ista: scz q̄ serpens figuraret sensum: eo q̄ sicut serpens ꝓposuit z ostēdit peccatum: ita sensus exteriores. Mulierē assimilat sensualitati vel concupiscentie: eo q̄ cum mulier inclinauit ad peccandū: ita sensualitas vel concupiscentia inclinat affectum ad peccandū. Uir vero assimilatur rōni: eo q̄ sicut vir credidit muliert: ita rō sensualitati vel concupiscētie. Hec Tho. j. ij. q. lxxxj. z in questionibus de veritate. Grego. ꝙ dicit p serpentē significari diabolū: per mulierē carnem. i. sensualitatem: per virū spm siue rationē. dist. vj. testamētū. Distinguit aūt ipa sensualitas siue potentia appetitiua sensualis in duas potentias realiter distinctas: scilicet irascibilem z concupiscibilē: sicut distinguitur genus in species specialissima scōm Tho. supra. ij. sen. dist. xxiiij. Et hoc ratione ostēditur sic. Appetitus sensibilis est nobilior appetitu naturali: vt dictum est. s. Sed in naturalibus oportet esse non solum inclinationem ad cōsequēdū conuenientia et refugiendum nociua sicut lapis naturaliter inclinat ad locū deorsum qui est sibi conueniens: et refugit aerē cū iactat in altū descēdēs q̄citissime ad terrā. Sed etiā inclinationē opz esse ipsis naturalibus ad resistendum corrūpentibus z cōtrarijs: que cōuenientibus impedimentū prebēt z ingerūt nocumenta: sicut lapis resistit pcutienti quātum pōt nec frāgat. Similiter z ignis q̄ hz naturalē inclinationē nō solū vt recedat a loco inferiori qui sibi non conuenit et tēdat in locum superiorē sibi cōuenientē: sed etiā q̄ resistat corrūpentibus puta absorbendo aquā que eum extinguit si nō sit nimia quantitate: z per ꝓpriā maiorē virtute. Ita etiaz in nobis in parte sensitiua oportet q̄ sint due potentie: quarū vna feratur in id qō est sibi conueniens: z discedat ab eo qō est sibi disconueniens: et hec dicit concupiscibilis: que est cōuenientis appetitiua z prosecutiua: z inconuenientis fugitiua. Alia esse opzetiā que sit impedientis expulsiua: et hec est z dicitur irascibilis: cuius obiectum est arduum et difficile tm̄ scilz repellendo. Comparando aūt istos adinuicem irascibilis videtur nobilior concupiscibili propter tres eius excellentias. Quarum prima est: q̄ irascibilis est propugnatrix et defensatrix concupiscibilis: eo quod ipsa insurgit contra ea que impediunt conuenientia que concupiscibilis appetit. Secunda excellentia irascibilis est: quia est magis finis rationis vel magis rōnalis qz concupiscibilis. Cuius ratio est: quia ad concupiscibilem pertinet consequi delectabile: sed irascibilis derelicto delectabili appetit victoriam quam consequitur cum dolore. Tertia excelentia irascibilis est: quia magis laudabilis est qz concupiscentia. Hec beatus Tho. j. ij. q. lxxxj. z in questionibus de veritate.

Duo attribuunt sensualitati.

De ordine diuersorum appetituz.

Tētatio primoruz parentū.

Sensualitas diuiditur.

§. II. Secūdum principale quod

est considerandū circa sensualitatē est obsecutio vel subiectio quā habet ad rationē. Nam subijcit rationi z obedit deo: q̄ ꝓbatur ex parte ordinis: voluntatis: z motus. Primo ex parte ordinis sic. Motor inferior obedit superiori et regulatur ab eo: sed inter partes aīe rō est motor superior: sensualitas est motor inferior: ergo sicut rō inferior obedit rōni superiori z regulatur ab eo: vt patet. s. ita sensualitas obedit rōni z regulatur ab ea: inquantum sensualitas mediante imaginatione mouetur ad gaudiū vl tristitiā: ꝑm q̄ ratio opponit vl ostēdit sensualitati medīāte imaginatione rē aliquā: siue sit contristabilis vel delectabilis ꝑm q̄ ei videt. Probat hoc scdo ex parte volūtatis sic. Sicut in corporibus celestib⁹ sphera suprior mouet sphērā inferiorem: vt dicit. in. iij. de aīa. Sic appetitus superior scz voluntas mouet appetitū inferiorē. i. sensualitatē. Tertio ꝓbatur hoc ex parte virtutis exequentis: quia per rationē diligentē et volūtatem imperantē: vel retinētur vel mouētur exteriora membra: ne peccatū sensualitatis pficiatur: vt patet p exemplum. Sicut in exercitu ꝓgredi ad bellū vel non progredi ex imperio ducis dependet. Ita in nobis membra exteriora corporis non mouētur neq̄ quiescūt nisi ad imperiuz eius quod principatur in nobis: scz ad imperium rationis et voluntatis propter quod dicitur. Geñ. iij. Sub te erit appetitus tuus: et tu dominaberis illius id est appetitus tuus inferior qui dicitur sensualitas erit sub te. i. sub appetitu rationali: z tu dominaberis illius id est sensualitatis vt moueatur vel retineatur scōm imperiū rationis z volūtatis. Vel sic. Sub te erit: id est sub te esse debet appetitus sensitiuus: z tu dominaberis illius. i. dominari debes. Patet igit ex dictis quod ratio triplicem regulam adhibet sensualitati. Prima est: q̄ proponit ei et ostēdit obiectum ad qō moueat. Secūdare

Sēsualitas subiecta est rationi.

da regula est: qz rō et volūtas imperiose ferri pōt in aliud: sic retrahitur sensualitas ab actu suo. Tertia regula est: qz per rōnez z voluntatē retinent mēbra exteriora: ne perficiat peccatū sensualitatis. Unde sensualitati humane naturale est moueri ſm regulā voluntatis z rationis. Hec Tho. vbi. s. Est autē notādū ꝙz eundē q vt dicit ꝓbus in. j. Politi. In hoie est cōtēplari duplicē principatū: scz dispōticū z politicū. Dicit aūt principatus dispōticus ille quo aliquis principatur seruis: qui nō habent facultatē in aliquo resistendi imperio precipientis: qz nihil habent sui. Principatus autē politicus z regalis dicit quo aliquis principat liberis: qui etsi subdantur regimini principis: habent tamē aliquid proprii vnde possunt reniti precipiētis imperio. Sic ergo aīa dñatur corpori z mēbris eius principatu dispōtico: qz corpus membra in nullo possunt resistere imperio aie: sed statī ad appetitū aie mouetur manus z pes: et qlibet mēbrū qd natū est moueri voluntario motu: qd ꝓpterea dicitur: qz digestiuū nutritiuū: augmentatiuū: ita z generatiuū quo ad mēbra genitalia: z pulsatiuū qd est vitale z motū hominis nominat: non obedit rationi z volūtati: vt ait Greg. Nicenus. Intellectus autē seu ratio ꝺz principari concupiscibili z irascibili politico principatu: qz appetitus sensitiuus habet aliquid proprii vnde pōt reniti imperio rationis. Nat⁹ est eñ moueri appetitus sensitiu⁹: nō solū ab estimatiua in aialibus z cogitatiua in hoie quā diligit ratio vniuersalis: ꝫz etiā ab imaginatiua z sensu. Unde experimur irascibilē vel cōcupiscibilē rationi repugnare per hoc qd sentim⁹ vel imaginamur aliquid delectabile qd ratio vetat: vel triste qd ratio recipit. Et ſm hoc dicit apls. Video aliam legez in membris meis repugnantē legi mentis mee. Per hoc autez non tollitur quin concupiscibilis z irascibilis rationi obediant: qz aliquando in aliquo repugnant.

Duplex principatus est in homine.

§. III. Tertiū principale circa sen

Bonū.

sualitatē considerandū est offensio. Haz in sensualitate pōt esse pctm̄ veniale: nō tamen mortale. Et qd in sensualitate possit esse veniale: ꝓbatur tripliciter scz auctoritate: ratione: z distinctiōe. Auctoritate quidē patet ad Roma. vij. vbi apls ait. Nō eñ qd volo bonū hoc ago: sed qd odio malū illud facio. Ubi Haymo in glo. dicit qd apls duorū hoim̄ personas assumit. s. interioris. i. mentis: z exterioris. i. carnis seu carnalitatis: quasi diceret. Bonū qd ego interius. i. in mēte z ratione volo et approbo: exteri⁹. i. in carne seu sensualitate nō ago. Et ad Gal. v. ait idē apls. Caro concupiscit aduersus spiritum ꝛc. Ubi Augusti. in glo. sic ait. Videte quale bellum proposuit: qualēcrtram. hoc intra teipsum sentis. Nec enim nullum vitium est cum caro concupiscit aduersus spiritū. Tūc eñ caro cōcupiscit: cū anima carnali cōcupiscētia spiritui reluctat. que quidē cōcupiscentia non est in aia sola: nec in carne sola: sed in vtroq. Secundo ꝓbatur idē rōne tali. Pctm̄ pōt inueniri in qualibet potentia: cuius actus pōt esse voluntarius et inordinatus in quibus ratio pcti cōsistit: sed actus sensualitatis pōt esse hmōi. Nā pōr esse voluntarius inquantuz sensualitas. i. appetitus sensitiuus nata est moueri a voluntate z obedire. Itē z ipse actus seu sensualitas pōt esse inordinatus: qz sicut in nobis est rectus ordo qñ sensualitas rōni obedit ita qñ cōtrariū accidit: scz q sensualitas nō subdatur rationi: ipse actus sensualitatis est inordinatus: z per consequens in sensualitate est pctm̄. Tertio hoc idem probatur distinctione. Quidā enim sic distinguunt qd motus sensualitatis est dupler. Un⁹ est qui ꝺz primo primus scilicet motus sensualitatis naturalis: qui imaginationē nō sequitur: sed solū actionē naturalē qualitatū: procedēs ex corporali dispositione vel complexione. Et nullus talis motus sic ꝓuenies est peccatū. Et rō huius est: qz nō subiacent imperio rationis vel volūtatis. Alius motus sensualitatis est qui ꝺz secō primus. s. qui imaginationē vel deliberationē sequitur. Et hic est pctm̄. Et rō huius est: quia talis apprehensio vel imaginatio subiacet imperio rationis vel voluntatis. Pōt enim ratio vel voluntas prohibere vsum vel actū cuiuslibet potentie apprehēsiue z motū cuiuslibet organi: z marie in absentia sensibilis secundum tactum: quod si non facit in sensualitate est peccatum veniale. Sciendum tamen q motus sensualitatis illiciti possunt considerari dupliciter. Uno modo sigillatim z per se: et sic sunt in potestate nostra et vitare possumus: quia quemlibet eorum preueniendo impedire possumus. Alio modo possunt considerari in generali simul omnes: et sic non sunt in potestate nostra: quia dum vni obuiare nitimur: ex alia parte motus illicitus surripere potest. Cuius ratio est: quia non potest simul intentio voluntatis renitentis contra diuersa in actu. Quod autem in sensualitate non possit esse mortale peccatum: triplici rōne probat. Primo sic. Mortale peccatū habet esse in illa potentia per quā homo potest separari a deo: qd ptz: qz p peccatum mortale fit separatio a deo: sed separari a deo nō est sensualitatis: sed rationis z voluntatis. Secda ratio est: qz peccatuz mortale semp sequitur iudiciū rationis: sed motus illiciti sensualitatis preueniunt iudiciū rationis: ergo mortale nullo modo habet esse in sensualitate: sed in ratione z volūtate. Tertia ratio est: qz in eadem potentia habet esse actus virtutis z peccati: siue meritum z demeritū: sed actus virtutis seu meritū non perficit p id qd est sensualitati: sed magis per id qd est rationis z voluntatis: cuius est erigere z ordinare in finem: ergo mortale peccatū nō habet q sit mortale ex eo qd est sensualitatis: cuius nō est ordinare in finem: sed ex eo qd est rationis z voluntatis: cuius est auerti ab vltimo fine. Hec beatus Tho. s. ij. sen. distic. xxiiij. z in questionibus de veritate. q. xxv. Item sciendū q ratio pōt se habere ad motus illicitos qui fiunt in sensualitate tripliciter: vt scilicet resistens: vt precipiens: vt nō impediens. Et primo ratio se habet vt resistens scilicet qñ ipsa ratio z voluntas motib⁹ illicitis sensualitatis resistunt. scilicet habendo displicentiaz de tali motu z conatum ad repellendū: z tunc nullū est peccatū: sed meritum coꝛone: scilicet si sit in statu merendi. Secō se habet rō vel voluntas vt precipiens motus illicitos sensualitatis: puta cū aliquis ex proposito votū concupiscentie excitat z imperat. Et tunc si sit illicitū in genere peccati mortalis erit mortale. Tertio ratio vel voluntas se habet vt nō prohibens motus illicitos sensualitatis: z tunc talis nō phibens cū prohibere possit: venialiter peccat. Dicitur autē facere aliquis illud qd nō impedit cum impedire possit. Hec Tho. vbi. s.

In sēsualitate non pōt esse mortale peccatuz

Ratio se pōt habere tripliciter ad actus illicitos.

§. IIII. Quartū principale cōside

Sensualitate pōt esse ꝓferentia le.

randū circa sensualitatē est duratio ipsius. Si eñ queratur quāto tempoꝛe motus illiciti sensualitatis nobis durēt: scilicet rebellio sensualitatis carnis ad spiritū. Rñdetur q in ista vita sensualitas a predicta coꝛruptione z rebellione liberari nō potest nisi p diuinū miraculū: vt fuit in beata virgine que fuit a fomite miraculose liberata. Et q nullus naturaliter valeat liberari a predicta coꝛruptiōe ꝓbatur tripliciter. Ratiōe scz similitudine: z sufficienti diuisione. Et ratione quidē sic. Necessitatē peccādi saltē venialiter consequitur necessitas moriēdi: sed in hac vita necessitas moriendi nō tollitur: ergo nec necessitas peccandi saltem venialr. Et sic nec coꝛruptio sensualitatis: ex qua predicta necessitas venit. Unde sicut homo naturaliter moꝛitur nec a mortalitate reduci potest nisi miraculose: ita naturaliter cōcupiscibilis tēdit in delectabile: z irascibilis in arduū vel difficile: etiā preter ordinē rōnis. Nō ergo coꝛruptio ista remoueri pōt: nisi miraculose virtute supernaturali. Secō hoc idē ꝓbat similitudine vel exemplo. Nā ſm phm. vij. Ethico. Temperatus nō caret omni no concupiscentijs: sed aliquando vehementibus concupiscentijs veꝛatur: quales possunt esse in incontinente: ergo ꝛc. Tertio probatur idem ex sufficienti diuisione: videlicet ex parte medici: morbi: medicine: z cause. Ex parte quidem medici probatur. Licet deus sit potens omnem morbum curare: tamen ſm ordinez sue sapientie disposuit z voluit vt omnis morbus vel coꝛruptio in hac vita nō curetur: et hoc pro meliori vt infra patebit. Ex parte vero morbi: scilicet culpe vel sequele probatur idem sic. Licet talis coꝛruptio sit contra statum nature primitus institute: est tamen consequens principia nature sibi derelicte. Ex parte quoq medicine quod talis infectio naturaliter nō curetur: probat sic. Licet donuz gratie quod per chaustum confertur sit efficacius qꝫ peccatum primi hominis: non tamen ordinatur predictū donum ad remouendum coꝛruptionem predictam que est nature: sed ad remouendum culpam persone. Demuz probatur hoc idē ex parte finalis cause sic. Deus non debet omnino remouere illud ex quo sequitur bonum: sed predicta coꝛruptio est vtilis ad multa: z precipue ad vitandum elationis vitium. Ideo conueniens est quod infirmitas sensualitatis maneat etiam post baptismū. Propter quod dicit apls. ij. Coꝛ. xij. Ne magnitudo reuelationum extollat me: datus est mihi stimulus carnis mee ꝛc. sicut etiam sapiens medicus dimittit aliquē morbū nō curatū: quia talis curari non posset sine periculo maioris morbi. Hec Tho. in questionibus de veritate. q. xxv. Et notandum qd ipsa concupiscentia in quibusdā plus: in quibusdam minus inuenitur Sicut enim est de perfectione nature: ita est de coꝛruptione

Solutio questiōis

eius. Perfectio autem nature pōt cōsiderari dupliciter. Uno modo quātū ad rōnē speciei: et sic equaliter in omnib⁹ inuenit. Dupl̄r cōsidera tur perfe ctio natu re. Alio modo ex parte individui: et sic vnus homo in corpore est potentior alio in explendis operationib⁹ speciem consequentibus. Et in mente vnus prōptior alio ad intelligēdū vel ratiocinādum. Similiter est de corruptione fomitis: q; si cōsideretur prout est infectio nature sic est equaliter in oibus. Sed si consideretur prout est infectio persone: sic in vno est maior q̄ in alio ſm q; per naturalē complexionem vel consuetudinē cōcupiscibilis vel irascibilis vnius est efficacior ꝛ feruētior ad suum actū q̄ alterius. Et secundū hunc modū fomes post baptismū dicitur diminui: inquātum scz gratia retardat impetū concupiscibilis ꝛ irascibilis in cōtrarios actus inclinans. Hec Tho. in scripto super. ij. sen. di. xxxij. Sciendū etiā q; cōcupiscentia ipa qua sensualitas est corrupta vt dictū est: nominatur multis modis ſm Aleran. de Hal. in. ij. parte summe. q. lxxxix. in fi. videlz dicitur cōcupiscibilis in paruulis: sed cōcupiscētia in adultis. Libido aūt cū inclinat in actū: et hoc ex parte coniuncti. i. anime et carnis. Nā prout accipitur ex parte aie dicit vitiū inquātum habet oppositionē ad virtutē. Corruptio ōr ꝓpter diminutionem boni naturalis. Languor propter inueterationē in illa. Et hec tria quo ad bonū. Nam quo ad malū dicitur infirmitas ꝓpter impotentiā resistendi malis motibus. Feditas ꝓpter inquinationē spūalium. Pronitas ꝓpter inclinationē appetitus ad malū. Sed prout accipit ex parte carnis dicit lex carnis: q; infligitur ipsi carni propter peccat umer lege diuine iustitie. Dicitur et lex mēbrorū: quia dat quandā aptitudinē ad mala que fiunt per mēbra. Dicitur etiā tyrānus quia dñatur violenter in quibusdā mēbris. Nominat ꝛ stimulus carnis: q; stimulat ad pctm̄. Fomes etiā: q; cōcupiscentia ipsa fouet ardorē pcti in carne vt ex carne foueat pctm̄ in anima. Uel dicitur fomes: quia ardet in nobis cū caro concupiscit aduersus spiritum. Hec ille.

Sensualitas diuersis nominatur modis.

Titulus. V. De anima separata et exercitio eius.

¶ De triplici morte ꝛ nuntijs et miserijs mortis et multis alijs circa mortem. Capitulum. j.

DE separatiōe anime a corpore per mortē: ꝛ de his q̄ sunt circa mortē cōsiderāda: ꝛ de retributiōe ꝛ exercitio ipsi⁹ aie separate: circa q̄ occurrit illud. Quis est hō qui viuet et nō videbit mortē eruet animā suā de manu inferi. Ubi sciendū q; interrogatio fctā p q̄s aliq̄n importat raritatē: vt illud. Quis putas est fidelis seruus ꝛ prudēs: q̄si diceret rarus. Mat. xxiij. Aliq̄n importat nullitatē. vt illud Job. xiij. Quis potest facere mūdū de immūdo ꝛceptū semine. q. d. nulla creatura: ꝛ sic videt in ista auctoritate sumi. Quis est hō ꝛc. Ubi tria possunt notari.

¶ Primum est mors criminalis: que est ineuitabilis.

¶ Scōm est mors corporalis: que est irremediabilis.

¶ Tertiū est mors infernalis: que est interminabilis.

Quis est homo qui viuet et non videbit mortem: eruet animam suam de manu inferi. q. d. per singula nullus purus homo hoc ex se facere potest.

ſ. I. Quantum ad primum scien

De morte criminali.

dum q; mors criminalis non est aliud q̄ priuatio vel subtractio gratie que est anime vita. Pctm̄ autē est quod priuat animam gratia: vel impedit ei⁹ infusionē. Unde ōr Sap. xvj. Per malitiā occidit hō animā suā. Et q; vt ōr ad Ro. iij. Oēs in Adā peccauerūt ꝛ egent gl̄ia dei: q; scz vnū erāt cū illo q̄ p illud pctm̄ inobediēte cōmissum est: ideo ꝛ oēs mortui sunt cū illo spūaliter seu criminaliter per peccatū originale q̄ ab ipso trahitur p carnalē ꝓpagationē. Propter hāc igitur mortē originalis pctī quā incurrit quilibet immediate post q̄ aia copi fuerit infusa: aia sine gratia reperit: solus christus qui nō fuit hō tantū: sz de⁹ ꝛ hō ipsam euasit. bene ergo dicit Pā. Quis est hō qui viuet. q. d. nullus purus hō. Quāuis aūt tollatur tale pctm̄ per baptismū: ꝛ ibi per gratiam viuificetur aia: paucissimi tamen sunt qui peruenientes ad vsum rationis cōseruent hāc vitā gratie: et nō moriātur per varia pctā mortalia. Anima enim que peccauerit dicit dñs ipsa moriet̄ur. Ezech. xviij. Sicut aūt liber est homo ad proficiendum se in puteū ꝓfundū: sed exire non valet nisi ei auxiliū porrigatur. Et sicut impossibile est per virtutē cuiuscūq; creature mortuū resuscitari: sic non pōt aliquis a morte pcti resurgere ad vitā gratie p se vel virtute cuiuscūq; creature. Et hoc est q̄d dicit psal. Nūquid medici suscitabūt ꝛ cōfitebunt tibi? Medici sunt prelati: doctores: cōfessores: et hmōi: q̄ suis verbis vel oleribus vel sacris tanq̄ quibusdā medelis vtuntur ad viuificationē pctōr. Sed certe hoc nō valēt efficere nisi manus vel virtus dñi operet. Unde dicit Luc. vj. Uirtus de illo exibat ꝛ sanabat oēs. ꝛ Jo. vj. Spiritus est q̄ viuificat. i. gratia spūsancti. bene ergo dicit Psal. Quis est homo qui viuet. i. qui conseruet vitā gratie rectā. q. d. rarus. Sed certe in morte peccati prolapsus nullus viuet ex se nisi a christo resuscitat⁹. Unde. j. ad Corinth. xv. In christo omnes viuificabunt. Augustin. q; scilicet nullus ex his qui viuificantur hoc habet nisi ab ipso.

ſ. II. Quantum ad tertiū reuer;

Mors infernalis.

tendo postea ad scōm q; plirius. Notandū q; mors infernalis est ☞hēna. i. ignis infernalis cū priuatiōe ꝓpetue diuine visionis: que cū sit vita pfectissima: pmaxime aīa ōr mori ꝓpetuo ipsa priuata. Et de hac morte ōr Apoca. ij. Qui vicerit. s. vitta nō ledet a morte scōa. s. inferni. Et Grego. in moral. Erit ibi mors sine morte. Per primā aūt mortē supradictā peruenit ad istā. Uñ Augu. di. xxv. vnū ex tantis ſ als ea. dicit. Quicūq; aliq̄s crimi naliū in se dñari cognouerit: et nō digne emēdauerit: ꝛ si habuerit spatiū longo tpe priam nō egerit ꝛc. eterna illū flāma sine vllo remedio cruciabit. Et hoc est quod dicit psal. Quis eruet animā suā de manu inferi? Certe nullus: qui ad locū damnatoū finaliter fuerit deputatus: q; qui descendit ad inferos nō ascendet. Job. vij. Et q; oēs nascimur filij ire: et cōsequēter debitores huius mortis eterne. Adeo est tenax ꝛ fortis manus inferni: id est ptās diaboli dei iustitia: q; nullus se eruere et nisi christ⁹ extraheret sua passione. Et quāuis plurimi quotidie descendāt ad ipm: tñ vt ōr ꝓuer. penul. Infernus ꝛ pditio nunq̄ dicunt sufficit.

ſ. III. Reuertendo ad secundū. ſ.

De morte corporali.

de morte corporali: clarū est ꝛ euidens q; est irremediabilis. Uñ puer biale ōr. Ad oia est remediū: nisi ad mortē. Statutū est enī hoib⁹ semel mori. ait apls ad Hebre. ix. Et Eccls. ix. ōr. Nemo est qui semp viuat: aut qui huius rei habeat fiduciā. bene ergo dicit psal. Quis est hō qui non videbit. i. experiet mortē? Certe nullus: q; vt dicit aplus ad Ro. viij. Qui ꝓprio filio suo nō pepercit. Uerū mortē ipse spontanea volūtate suscepit: nos autē ei subijcimur ex necessitate. Dicit autē mors a mordeo mordes: ex eo videlicet q; mordet hoiem separādo vnā partē ab alia. s. aiam a corpore: partē principalē dimittēdo: minorē partē assumendo ꝛ cōsumendo p masticationē ꝛ digestionē: sicut accidit in morsu rei esibilis. In morte eīm diuiditur aia que est pars principalis intacta. i. immortalis. Corp⁹ q̄ō est minus principale vermibus cōsumit. Uel ōr mors a morsu: eo q; morsu ligni vetiti per vitiu gule mors introducta est. Unde ad Rom. v. ōr. Per vnū hoiem. scz Adā pctm̄ intrauit in mundū: scz originale ꝛ hoc q̄si momordit fructū vetitū: ꝛ p pctm̄ mors scz intrauit in mundum. Uel ōr mors in morsu: q; cōsideratio eius mordet cōscientiā retrahendo a multis malis. Propter q̄ō ōr. Mors tibi futura ē: et appropiat etsi tardet. xiij. q. ij. c. in ecclīastico. Quāto aūt morti vicinior efficeris (ait Greg.) tanto solicitior atq; timidior esse debes. dis. lxxxvj. tanta nequitia. ad hoc. s. mordente ꝛ stimulāte cōscientia. Pro maiori aūt declaratione horū. Notādū q; hō pōt cōsiderari ſm triplicē sui statū: scz ſm statū nature primo a deo formate: et ſm statum nature per pctm̄ deformate: ꝛ ſm statū in vltima resurrectiōe reformate nature. Quā distinctionē ponit magr. in. ij. sent. In primo igit statu hō fuit ita mortalis q; potuit mori ꝛ nō mori: mori si peccabat: nō mori si non peccabat. Unde de consc. distin. xij. c. placuit. ij. dicitur. Si quis dicat Adam primum hominem mortalem factum: ita vt siue peccaret siue non peccaret moreretur in corpore: hoc est de corpore exiret: non peccati merito: sed necessitate nature: anathema sit. In secundo statu pōt mori: ꝛ nō pōt nō mori: q; necessitatē hz moriendi. Uñ propius dicere tur hō mortu⁹ q̄ō mortalis: q; necessitatē habet ad hoc ꝓpter q̄d dicit apls ad Ro. viij. Corpus mortuum est. In tertio statu poterit non mori: ꝛ non poterit mori.

Status hois vi pler.

ſ. IIII. Et pro plenori dilucida;

Incorruptibile ꝛ corruptibile ōr aliq̄d tripl̄r. Uno modo ex parte materie: eo. s. q; nō habet materiam: vt angelus: vel habet materiaz que non est in potentia nisi ad vnam formam: sicut corpus celeste:

ꝛ hoc

z hoc dr incorruptibile fm materiā. Alio modo dr aliquid incorruptibile ex parte forme: qz scz rei corruptibili fm naturā inheret aliqua dispositio: p quā totalr a corruptiõe phibef: z hoc dr incorruptibile fm gloriā. Tertio dr incorruptibile ex parte cause efficientis. Et hoc mõ fuisset hõ incorruptibilis immortalis in statu innocentie. Nõ em corpus eius erat indissolubile p aliquē immortalitatis vigorē in corpore existentē: sed inerat nature aie vis quedā supnaturaliter data: p quaz poterat corpus ab omni corruptiõe seruare quādiu ipsa subiecta deo mānisset. Qđ rõnabiliter factū est: qz em aia rõnalis excedit ꝓportionē corporalis materie: cõueniēs fuit vt in principio eius virtꝰ daref: per quaz posset corpus cõseruare supra naturā corporalis materie. Et qz aia rõnalis z aia z spūs est. Alia dr inquantū dat vitā qđ est sibi cõe z alijs aiabus: spūs dicit inquātū habet virtutē intellectiuā z immaterialē: qđ est sibi ꝓpriuz nõ alijs aiabus. In primo igit statu aia cõicabat corpori qđ ei cõuenit inquantū aia. vñ dicebat corpus aiale: inquantū scz habet vitā ab aia. Primū aūt principium vite in istis inferioribus est aia vegetatiua cuius opera sunt: alimento vti: gñare: z augere: que opa cõueniebāt homini in primo statu. In vltimo vero statu post resurrectionē cõicabit quodāmodo aia corpi qđ ei cõuenit inquantū spūs. Immortalitatē quidē quantū ad oēs. Impassibilitatē ẽ gloriā z virtutez quantū ad bonos quorū corpa dicunt spūalia. Vñ tūc cibis nõ indigebūt sicut in primo statu. In illo igit ꝓio statu duo remedia habebat cõtra duos defectus. Primus defectus est deperditio humidi p actionē caloris naturalis: z cõtra hūc defectum subueniebat hoi p esum aliorū lignorū paradisi: sicut z nūc subuenit nobis p cibos quos sumimus. Scõs defectus est debilitas vigoris naturalis ex admixtione extranei ꝓuentens. Qđ em generat ex aliquo extraneo adiunctū ei qđ prius erat humido ꝓexistenti: minuit virtutē actiuā speciei sicut aqua mixtoui noxẽ quis cõuertat in vinū: minuit tū virtutē ei⁹. Et quanto plus addit tanto magis minuit: vt tandē vinū fiat aquosum: z tollat spēs z rõnis virtus eius. Sic enim est in sumptione cibi: quāuis em p cibū reparet humidū: nõ tū in vigore prioꝝ. Vñ fit vt finalr soluat virtus illa. Et cõtra hūc defectū erat lignū vite: habebat em virtutē fortificandi virtutē speciei cõtra talē debilitatē. Et qz virtus cuiuscūq corpis est finita: nõ poterat illud lignuz semel sumptū dare vitā pe infinito: sz vsq ad certū tps post qđ vel trā slatū fuisset ad gloriā: vel iterū comedisset de eo. Immortalitas ergo illa principalr erat ex virtute data aie supnaturalr: z scdario ex vsu lignorū. Hec beatus Tho. Necessitatē moriendi habet hõ in scdo statu: z est ei mors naturalis z penalis. Qđ declarat Thom. ij. ij. q. clxiij. sic. Naturale dr qđ ex principijs nature causat: principia nature per se in corporalibus sunt materia et forma. Et qz forma hois est aia que est immortalis: ideo ex parte forme nõ est mors hoi naturalis. Materia aūt est corpus: qđ qz compositū est ex ꝓrijs: ideo est corruptibile: z ex hoc mors est hoi naturalis. Hec autē conditio in materia humani corpis est cõsequēs ex necessitate materie: qz oportebat corpus humanū esse organū tactus: z per cõsequens mediū inter tangibilia. Et hoc nõ poterat esse nisi esset cõpositū ex ꝓrijs. Sed deus qui cõdidit hois oipotēs est: z ex suo beneficio ademit hoi principaliter instituto necessitatē moriendi: ita vt q̄diu rõ eius subdita esset deo: tandiu corpus subijceret spiritui: z esset immortale: qđ bñficiū transfundebat p gñationē in posteros. Et qz primus hõ recessit a dei obedientia: ideo ex culpa sua fuit qđ auferret ei z toti humano generi illud bñficiū: z remaneret cū necessitate moriēdi: z sic mors est penalis p pctm inducta. Mors fm Pe. de palu. in. iij. q. est hoi naturalis z debita pro peccato originali: ideo p actuali nõ satisfacit: qz eadē solutio nõ parit duas liberationes. Sed quantū est de dolore mortis z languore: illud bene satisfacit pro actuali: qz illud nõ debeꝫ originali fm actū sed fm aptitudinē. Unde qui deficiūt senio: nõ dolētes mortis debitū persoluunt sicut fames z sitis. Et hmõi penalitates sunt pena debita fm aptitudinē z nõ fm actum. Unde siue acceptenꝫ siue assumãtur satisfaciunt quoad actū. Mors vero violenta inquātū nõ est debita pro originali cui nõ debetur pena sensus: z ideo si est iniuste illata: si attingat vsq ad titulū z triumphū martyrij: certū est q satisfaciat pro oi pena. Unde Augu. loquens de Cypriano martyre. Et si ad tps damnaris ab hoie: ab inferiore accipis sniam a supiore. s. deo coronam. xj. q. iij. etsi. Sed si nõ sit cā martyrij: sz tm pena z innocentia: si patienter illā accipiat pro peccatis suis multū satisfacit. Sed qz nõ est volūtarie assumpta: ideo licet excedat oēm aliam penā que possit esse liberatoria totaliter a pena debita: nõ tñ ex toto satisfacit semper. Unde Amb. de pe. di. iij. prima consolatio. dicit. Prima consolatio est. i. in tribulatione: qz nõ obliuiscetur miserari deus. Scõa per punitionem vbi etsi fides desit. i. remorsus conscientie de peccato penitentia vel pena satisfacit z releuat euz si patienter portatur: vt exponit Gratian⁹. Si vero sit mors iuste illata p aliquo peccato actuali morte digno: tunc de se: et si patienter feratur non satisfacit: qz iam illa pena est debita in foro mundi. Sed propter magnitudinem contritionis potest satisfacere etiam in totum. Pet. de pal. Unde Hiero. Christus in paradisum de cruce latronem tulit: z homicidij penam fecit martyrium. de pe. di. j. importuna. Et vt dicit ibi glo. Impropie dicitur martyrium illud propter similitudinem effectus. Nam illa pena eius ex magnitudine contritionis introduxit eum subito in regnum sicut facit verum martyrium: q̄nis nõ fuerit martyrium: quia non pro fide passus. Dicit em Augu. q martyrē nõ facit pena: sed causa. Sed. b. Tho. in. iij. videtur dicere q mors violenta etiam pro peccatis illata: si patienter feratur de se habet satisfacere. Qđ etiam Hiero. asserit dicens. deum velut oim rerum: ita z supplicioꝝ quoq scire mensuras: et non preuenirī sententia iudicis: nec illi in peccato rẽ exercẽde. dehinc pene auferri ptātem: z magnū peccatū magnis diuturnisq lui cruciatibus. Si quis autem punitus sit vt ille in lege qui maledixerat Israelite: z qui in sabbato ligna collegerat: tales postea nõ puniri: qz culpa leuis presenti supplicio compensata sit. de pe. di. iij. sunt plures. ¶ auctoritas. cuz. c. se. scz. Querat hic aliquis. Et oia hec dicta de morte violēta intelligūtur: cū quis eā sustinet: nõ solū patienter: sed etiā propter deū nõ ꝓpter mūdi fauorē. Unde Hiero. Si ita martyrum ferimus: vt nostras ab omnibus reliquias venerari optemus: z si opinionem vulgi sectantes intrepidi sanguinem fuderimus: z substātiā nostram vsq ad mendicitatem propriaz dederimus: huic operi nõ tam premium q̄z pena debetur: et perfidie magis tormēta sunt q̄z corona victorie. j. q. j. vide.

Martyrū impropriū.

De pmo statu hominis.

Defectꝰ primi status hominis.

§. V. Mortis corpalis tres sunt nuntij fm Hugonem de sancto Victo.

¶ Mortis nūtij sunt tres.

Primus nuntius est multiplex z varius casus. Secundus est infirmitas z defectus. Tertius est misera senectus. Propter que dici pōt de quolibet hoie illud qđ dr de filio reguli Joan. iiij. Incipiebat enim mori. Quātum ad primum docet experientia qđ multiplices et varij casus mortis improuisi de quibus vir posset estimari: contingunt hominibus. Unde Eccles. ix. dr. Nescit homo finē suū: sed sicut capiū tur pisces hamo: et aues laqueo cõprehenduntur: sic capiuntur homines in tempore malo. s. impremeditate: z preter intentionē. Hinc et Prosper. Ferro peste fame vicibus algore calore. Mille mors miseros mors capit vna hoies. Cū igitur q̄libet sciat se subditum huiusmodi casibus varijs mortis: tanq̄ quidam nūtius ei significat: qđ de momento in momentuz mori potest: et si sanus foret et iuuenis: ideo ibi prouidere debet. Non solum em malis: sed z bonis euenīunt varij casus horribiles mortis quod patet per exemplū. Quidā ꝓpheta sanctus postq̄ ex dñi precepto reprehendit Hieroboā de idololatria sua: et reuertens domum in via a leone strangulatus est. iij. Regū. xiij. Josias innocens z optimus dei cultor in bello a rege in fideli Egypti occisus est. Vide hist. iij. Re. c. xxij. z. xxiij. z. ij. Parali. c. xxxv. et. xxxvj. Juuenis quidā in infirmitate grauj constitutus: accepto dono omnium linguarū vt patuit p experientiā: postea manibus z lacertis morsibus propijs dilaniatus: mortuus est: vt narrat Greg. in. iiij. dialogorum. Summus pontifex quidaz toxicatus in sanguine christi celebrans mortuus est: vt habetur ex chronicis Martiniani. Imperator quidā christianissimus a pediculis consumptus est remedium non inueniens. vt narrat Vincē. in specu. histo. Minister cuiusdam solitarij sancti viri a ciuitate Alexandrie recedens vbi totum clerum z populum repererat occupatum in veneratione sepulture cuiusdā pessimi hominis: cum reuerteretur ad cellam illius predicti solitarij: reperit caluariam eius residuo corporis a bestijs deuorato: vt habetur in vitis patrum. beat. Jordanus magister ordinis predicatorum in mari submersus est: vt patet in. iij. lib. de vita fratrum. Quedā matrona audiens propriū filiū occisum in bello: quod tamen verum nõ erat: post amarū fletum de morte ipsius: quadam die reuertentem ad domū videꝫ ipsum pre letitia crepuit et defuncta est: vt recitat Valerius maximus lib. ix. c. xij. qđ est de morte nõ vulgari. Ecõtrario Antiochus qz nõ potuit obtinere qđ voluit: pre tristitia z insopore itate mortuus est: et innumera alia

Exẽplum terribile.

Scanda lū paruu lorum.

possent adduci. Ex quibus mētes infirme aliq̄n scādalizantur: existimātes vel deū nō habere curā de suis electis: vel tales sic insueto ⁊ horribiliter morientes: nō fuisse seruos dei: sed grauissimos pctōres. Sed errāt hi nimis ſm Aug. cū mala mors dicēda nō sit quā bona vita precesserit. Deus insuper etsi ei sit cura de oībus pmaxime de fidelibus suis. Juxta illud Sap. iij. Tu aūt dñator virtutis oia cū tranquillitate iudicas: ⁊ cuz magna reuerētia disponis nos. Sed ⁊ inter fideles ſm. b. Augu. maxime diligit mēbra vnigeniti sui. i. electos. Uerū cū ipe vnigenit⁹ morte acerbissima ⁊ ignominiosissima fuerit cōdēnatus. Sicq̄ oportuit christū pati ⁊ intrare in gloriā suam: vt habetur Luc. vlti. tanto mēbra eius que sunt electi efficiuntur ipsi similiora et pulchriora quāto horribilius ⁊ penosius mortē subierint. Qui enim non pepercit figulo: ait deuotus Berñ. figmento nō parcet. Non pepercit baptiste: sed dimisit eum decapitari post saltū puelle. Nec Petro primo pastou sibi dilectissimo quin a pessimo tyrāno Nerone crucifigeret. Nec alijs apostolis suis quin varijs tormētis interimerentur. Et ad hoc facit q̄d narrat Robertus Holkot super lib. Sap. q̄ scz cū quidā doctus vir ⁊ sanctus moruus in studio suo fuisset repertus: et ex hoc plurimi scandalizarent ex eius subitanea morte: inuenerūt manū illius defuncti: seu digitū in quodā libro aperto tangentē versum: vbi dicitur. Just⁹ quacūq̄ morte preuētus fuerit in refrigerio erit: ex quo consolati et edificati sunt plurimū. Et similiter cū quidē religiosus ordinis minorū qui super hac materia vacillabat: audita morte magistri Jordani in mari multum pertubaretur apparēte et in visu btō Jordano in magna gloria: et eū admonēte q̄ de hmōi scandalizari non deberet: consolatus est. Quāuis autē aliq̄n seruis dei contingat horribilis mors ob defectuz alicuius peccati: tñ cōiter minuta sunt illa pctā. Sicut accidit in morte illius prophete supradicti strāgulati. In quo ex vna parte ostenditur clementia diuine bonitatis: dum hic suos ad plenū querit purgare: ne vel purgatorijs habeāt intrare: q̄d Aug. petebat dicēs. Domine hic vre: hic seca vt in futuro parcas. Et alia parte ostenditur seueritas diuine iustitie: ⁊ q̄ dure punict scelera magna: quando tā aspere sibi dilectos pro minutis correxit. Secūdus nuntius mortis est infirmitas: que multipliciter adeo grauat: vt dicit p̄s. in persona humani generis. Nō est sanitas in carne mea. Et quid ipsa nisi quidā nūtius mortis cū disponat ad eaz. Uñ Gratianus in decretis. xv. q. j. illud relatū. Sitaq̄ dicit. Infirmitas que proprie carnis dicitur: qua elemētorū seu humorum cōcordia turbata caro ipsa afficitur ⁊ tandē dissoluitur. Adeo autē reperitur caro humana infirma: vt vix reperiatur qui non ab vtero matris aliquā infirmitatem secum adduxerit que eum frequenter molestet ⁊ tandem perimat. Alij quidem passionē iliachā vel cholicā: vel podagram vel calculeā sustinent. Alij hydropisim vel ptisim vel paralysim vel epilensiam incurrunt. Torquentur et plurimi dolore capitis: pectoris: stomachi: aut viscerum. Febris q̄ plurimos vexat: et sepe aut ephimera: aut longa quotidiana seu phlegmatica aut tertiana seu quartana seu ethica. Et q̄uis medicine auctores multa in suis libris expresserint et remedia adhibuerint: tamē ad notitiam omnium attingere non valuerunt: et mortis remedia inuenire. Uerum etsi infirmitates corporales nocue sunt corpori: plurimum tamen proficiunt mēti. Unde Ambrosius. Quod nocet corpori iuuat spiritum. de pe. distin. j. c. potest fieri. Nam infirmitas corporalis frequenter peccatum impedit. ne sciz fiat. Unde Amb. eo. c. Egritudo carnis peccatum repellit. Et in Prouerbijs. c. xx. ō. Liuor vulneris absterget mala. Secundo infirmitas feruētiorē reddit. Uñ p̄s. Multiplicate sunt infirmitates eorū: postea acceleraverūt. s. feruentius operātes. Tertio infirmitas humilē reddit. Uñ apls. ñ. ad Cor. xij. Libēter gloriabor in infirmitatibus meis: vt inhabitet in me virtus christi. s. humilitatis. Ob quā conseruandā sibi fuerat datus stimulus carnis. i. quedā infirmitas corpalis ſm Aug. Quarto cōstantē efficit ex assuetudine patiēdi: quēadmodū ⁊ artifex et terre cultor ⁊ stipendiarius ex continuatione exercitij fortiores redduntur. Unde ait apls ibidē. Cum eñ infirmor tunc fortior sum. s. contra nequitias demonū ⁊ tentationū. Quinto ⁊ vltimo ad perfectionē adducit. ibidem. Uirtus in infirmitate pficitur. Homines autem prime etatis quia propter vigorē nature non ita de facili infirmabātur: ⁊ ideo diutine vite erant. Assignat nihilominus Nico. de lyra. super Gen. c. v. ⁊. vj. causas tam prolixe eorum etatis: ita vt transcenderint plures non gentos annos. Et prima est ex bonitate cōplexionis primorum parētum fuerunt eñ adeo in integritate formati vñ optime cōplexionati: ⁊ sic ad longiorē vitā dispositi. Illa autē bonitas magis descēdit ad hoies propinquos illius tēporis q̄z alios. Scōa causa est ex modo viuendi: q̄ tēperate viuebāt: nūc autē satis intēperate hoies viuūt. propter q̄d dicitur Eccli. xxxvij. Propter crapulaz multi perierunt. Tertia est ex bonitate nutrimēti: q̄ meliora fuerunt terre nascētia ante diluuiū: q̄ inundatio fuit ex aquis oceani ex magna parte. Aque aūt salse inducūt sterilitatē. Quarta cā est ex scientia Ade: q̄ habuit pfectā scientiā oīm naturaliū plusq̄ quicūq̄: sic potuit cognoscere virtutē herbarū ⁊ lapidū que valent ad cōseruationē vite: et ipse docuit alios. Hāc autē doctrinā taliū parū habemus. Quinta cā ex bono aspectu siderū sup regionē illā: q̄ aspectus celi multū facit ad prolongationē vite. Sexta cā est ex diuina dispositione hoc ordinante: vt p longā vitā hoīm cito multiplicaret genus humanū: et vt hoies illius tpis p longā vitā possent habere experientiā de cursu celi ⁊ effectu siderū et hmōi. Cū igit infirmitas in nobis frequēter disponit personā ad mortē quidā nūtius est significans ipsum cito moriturū. Tertio nūtius mortis est senect⁹. Nā vt dicit apls ad Heb. viij. Omne q̄d antiquat ⁊ senescit prope interitum est. Hec aūt senectus plena est miserijs: que annūtiant seu indicant domū corporis cito ruituram. Uñ Boe. de phil. cōso. in primo metro. Uenit eñ pperata malis inopina senectus. Et que sint ista mala multū particulariter declarat Salomō Eccl's vlti. a principio. c. vsq̄ ad illud inclusiue. Spūs redeat ad deuz qui dedit illum. Dicit ergo ibi. Memēto creatoris tui scilicet in diebus iuuentutis tue. s. de ipso cogitando: ipsum venerando: ppter ipsuz bene operando: ⁊ hoc in iuuentute: q̄ iuuentus fortis est ad labores. Hinc et Sene. In iuuentute cogitaui vt benefacerez: in senectute vt bene moriar. Sequitur in textu. Anteq̄ veniat tempus afflictionis tue. s. senectutis que hoiem affligit multipliciter precipue ex suspicionibus. Senes enim sunt multum suspiciosi ſm p̄m in lib. Rheto. putant enim se despici et derideri. Et appropinquent anni de quibus dicas nō mihi placent anni: scilicet antiquitatis: quibus homo sibimet efficit tediosus ⁊ alijs: vt frequenter appetat mortem. Aliquādo etiam sensus deficit propter q̄d dicit Psal. Ne proijcias me in tempore senectutis cū defecerit virtus mea: ne derelinquas me.

Saū. iij.

De tertio nūtio mortis

Secūd⁹ nuntius mortis.

Senes sunt multum suspiciosi.

§. VI. Subsequenter specificat

Salomon miseriam senectutis in speciali.

¶ Et primo quantū ad miserias mortem antecedentes.

¶ Scōo quantū ad ipsam concomitantes: ibi. ibit homo.

¶ Tertio quantum ad ipsam subsequentes: ibi. et reuertatur puluis.

¶ Circa primū hoc est miserias mortez antecedentes ponitur triplex genus defectus: videlicet potentie apprehensiue: et potentie motiue: ⁊ membrorum exteriorum. Et defectus quidē potentie apprehensiue notatur in eo quod sequitur. Anteq̄ tenebrescant sol et lumen ⁊ luna et stelle. Per solem intelligitur intellectus qui clarius cognoscit. Per lunā que min⁹ lucet ratio: q̄ discurrit ad cognoscendū ⁊ nōdū apprehēdit. Per lumē imaginatio: que formas apprehēsas a sensibus retinet. Per stellas sensus exteriores q̄ sensibilia apprehēdūt. Dia ista tenebrescūt tpe senectutis: inquātū. s. multū debilitanť deficientibus organis corporis: quibus sunt affixe imaginatio scz ⁊ sensus exteriores. Intellectus aūt ⁊ rō etsi nō sunt affixa corporeo organo: tū q̄nq̄ debilitanť: vel ex defectu memorie: vel aliqua infirmitate queeis aufert vsum rōnis: ⁊ reducit quasi ad pueritiam: sicut de Alberto magno qui fuit summ⁹ phs. Exinde notat defectuz virtutis seu potētie motiue: vel etiā appetitiue: cū dicit. Et reuertantur nubes post pluuiam. Apte autē p nubes insinuant vires motiue et appetitiue cū dicit: q̄ sicut nubes vento mouentur: sic motiua ⁊ appetitiua spiritibus ⁊ humoribus ad diuersa mouentur. Dicunť aūt he reuerti post pluuiā: q̄ post hūiditatē corporis deficiente paulatim humido radicali: virtus ei⁹ vel appetitus attenuatur. Deinde ponit miseriam senectutis quantum ad defectū membrorū exteriorū qui sunt sex. Quorum primū exprimit dicens. Uñ cōmouebuntur custodes domus. Hec domus corpus nostrum luteū est. Job. iiij. qui habitant domos luteas. Huius custodes sunt ossa: q̄ vt dicit Aristote. in lib. de animalibus. Natura fecit ossa dura: ad custodiendum membra mollia: sicut costas ad custodiam ventris: et testam ad custodiam capitis. Hę commouebuntur in senectute quando eorum iuncture laxabuntur. Uel custodes dicuntur brachia: quia se exponunt

Triplex defectus in senio

Ser de fectibus

Infirmitates corporis aliqñ pfuntmenti.

In prima etate mūdi q̄re diuti⁹ vixerunt.

nunt vt custodiant totum corpus. Scōs defectus exteriorum membrorum est debilitas cruriū que sunt ad corporis sustentationē. Et hoc notat cū sequitur. Et mutabunt viri fortissimi. i. crura: q; sicut viri fortes portant pondus corporis: ita crura portāt corp⁹ hois. Hec autē mutant cū vacillant: et nō similiter sustentāt: sed quasi cadēdo hinc inde declinant. Tertius defectus est dentiū: qui sunt ordinati ad masticationē ꝛ contritionē ciborū: ꝛ hic innuitur dum sequitur. Et otiose erunt molentes in minuto numero. Molentes sunt de maxille: que ad modū duarū molarū conterunt cibū: et he in minuto numero: scz dentiū qui cadunt paulatim de maxillis senum sunt otiose: q; cibum masticare nō possunt. Quartus defectus est oculorū qui ordinati sunt ad videndū. Visus autem paulatim deficit in senibus. Unde dicitur de Jsaac Geñ. xxvij. Senuit Jsaac ꝛ caligauerunt oculi eius: et videre nō poterat. Hunc autem defectum exprimit cū subdit. Et tenebrescent videntes per foramina. i. oculi videntes per ocularia: q; per se sufficienter videre non possunt obscurabūtur. Quintus defectus est labiorū: que sunt ad sermonis ꝓpalationē qui notatur cū subditur. Et claudent ostia in platea in humilitate vocis molentes. Ostia sunt labia. Jurta illud psal. Et ostiū circūstantie labijs meis. Dicunt autē senes claudere ostia in platea: q; ita submisse loquuntur qđ nō possunt audiri ab alijs qui sunt in platea: sed sunt molentes in humilitate vocis: q; deficiēte virtute vocē emittunt exiguam. Sextus defectus est auruz: que sunt ad vocum perceptionem ꝛ hoc notatur cum dicitur. Et consurgent ad vocem volucris: ꝛ obsurdescent omnes filie carminis. Consurgent scilicet homines senes ad vocem volucris: scilicet galli ſm Hiero. Noctis enim medio cum gallus cecinerit festinus cōsurgit nequaq; valens in strato sepius membra conuertere: leuē enim ꝛ modicum somnum habet ꝓpter friguiditatem ꝛ siccitatē humorum. Frigescente enim sanguine: et siccato humore: et nutrimenti paruitate: quia pauci vapores feruntur ad cerebrum: ideo parum dormiunt: et hic etiam est specialis defectus. s. somni. Nā quantū ad defectum auditus magis cōgruit qđ sequitur. Et obsurdescent omnes filie carminis: id est aures que libenter audiūt harmonias ꝛ delectant in carminibus: ꝛ ideo dicunt filie carminis. Obsurdescent: q; cantilenas audire non possunt senes. Unde dicit Berzellai Galaadites senex ad Dauid. Nunquid vigent sensus mei ad discernendum suaue vel amaruz: aut delectare potest seruum tuum cibus aut potus: vel audire possum vltra voces cantorum vel cantatricū. ñ. Reg. xix. q. d. non. Ponit cōsequenter Salomon signa aliqua debilitationis senum. Et primo quantum ad timorem. Unde dicit. Excelsa quoq; timebunt ꝛ formidabunt in via. i. loca aspera ꝛ alta. Scōm quantū ad canonum effusionez: qđ innuit dicens. Florebit amygdalus. Flores amygdali sunt albi: vnde significant capillos canos senum: vt dicit quidam sapiens. Canicies multi temporis flos est cuius fructus mors est. Tertium signū est pedum ꝛ tibiaruz infatio: qđ innuit dicens. Impinguabitur locusta. Locusta vt dicitur in senectute impinguatur ꝛ est portꝰ illud tumor cū pinguedo. Dicitur ergo locusta impinguari: q; senex qui in iuuentute est gracilis tibijs et pedibꝰ. in senectute erit ponderosus. Aliud signū est defectus caloris: vnde sequit. Dissipabitur capparis. Capparis est herba calida que valet renibus. Scōm autē Hiero. in hebreo nomen est cōe ad herbā ꝛ ad morem. Et per hoc significatur in sene defectus caloris naturalis ꝛ generative virtutis. Unde vi. Reg. j. Rex Dauid senuerat: habebatq; etatis plurimos dies: cumq; operiretur vestibus nō calefiebat. Unde nec Abisac Sunamitē cognoscere potuit. Quantū ad scōm. s. miserias post senectutē mortē cōcomitantes dicit Salomon. Eccl's. xij. Jbit homo in domuz eternitatis sue. Domus ista est sepulcrū iuxta illud Psal. Sepulcra eorum domus illorū in eternū. Dicitur autē sepulcrū domus eterna seu eternitatis: q; quantū est de virtute nature nunq; corpus inde extret. Dō eñ resurgat virtute diuina efficit. Uel etiā dr sepulcrū domus eterna: q; incertū est qñ inde resurget: id est qñ erit finis mundi. Dicitur eñ eternū nō solū qđ nō hz principiuz nec finē: vt deus solus. iuxta illud Psal. Tu autē dñe in eternū pmanes. Aut qđ habet principiū hz nō finē iuxta illud Eccl's. j. Terra in eternū stat. Sed etiā qđ habet tps incertuz: nobis ignotū. Jurta illud qđ dictū fuit Abrae de circuncisione. Erit pactum meū in carne vestra in fedus eternum. Gene. xvij. Quando autem portaꝭ cadauer ad sepulcrum: cōiter amici et consanguinei comitant lugentes: ꝛ hoc est qđ subdit. Et circūibunt in platea plāgētes: scilicet amici defuncti. Resumit exinde miserias mortē cōcomitantes dī. Anteq; rumpat funis argēteus: supple memento creatoris tui. Funis argenteus potest dici cartilago: que est ligamentū partiū corporis: ꝛ continet et ligat spūalem medullā. Uel etiā pōt dici vis vegetatiua: que dr funis ꝓpter vite continuationē. Et texitur iste funis tribus funiculis. s. vi generatiua: nutritiua: ꝛ augmentatiua. Dicitur autē argenteus iste funis ꝓpter harmonie consonantis ꝓportionē. Alius defectꝰ notat cū subdit. Et recurrat vitta aurea. Uitta dr inuolutio venaz: q; per eā totū corpus ligat et saluat: ꝛ dr aurea ꝓpter rubozem sanguinis quē cōtinet. Hec recurrit qñ venarū ꝛ arteriarū inuolutio amplius nō ꝑdurat hz deficit. Alia miseria est senis morētis ruptio vesice: et hoc innuit cū subdit. Et conteratur hydria sup fontē. Hydria est receptaculū aque exhauste a fonte. Similiter vesica est receptaculū vrine procedentis ex epate tanq; a fonte. Urina enim est colamentū sanguinis ꝛ aliorū humorū: ab epate tanq; a fonte quodāmodo in totū ꝓcedens corpus. Hydria ergo sup fontē conterit qñ vesica rumpit: et ad receptionē talis colamenti inutilis redditur. Sequit alius defectus. Et cōfringat rota sup cisternā. Rota est instrumentū per qđ fit extractio aque de puteo: vel ab alio loco. Cisterna est receptaculum continens aquā lutosam. Rotā ergo sup cisternā confringi: est meatū supfluitatis impure ꝛ grosse a ventre qui est quedā cisterna excuti ꝛ oīmode dissipari. Quantū ad tertiū ponunt cōditiones mortē sequentes: videlicet regressio corporis ad suū principiū. Unde subdit. Et reuertat pulus in terram suā vnde erat: ꝛ spūs redeat ad deū qui dedit illū. Et per primā reuersionē ostendit magna miseria hominis: q; scz in puluerez reuertit: ꝛ ẽ citissime. Jac. iij. Que ē vita vestra? Vapor est ad modicū parens: ꝛ deinceps exterminabitur. Putridus. iuxta illud qđ dixit Martha de Lazaro. Jā fetet. Sed et in vita eiꝰ pene ex omnibus partibus corporis fetor exhalat precipue in senibus. A vermibus deinū consumit. Job. xxv. Homo putredo et filius hominis vermis. Et Eccl's. x. Cū morietur homo hereditabit serpentes: bestias ꝛ vermes. Reuertitur autem spiritus. i. anima ad deum qui dedit illum: scilicet dominum si meminerit eius in iuuentute sua ꝛc.

Miserie mortē sequentes.

Joan. xj.

De his q̄ senectutē decorant.

§. VII. Quāuis enim plures sint

miserie senectutis vt dictū est: sunt tamen aliqua que ipsam decorant. Et primum est pfectio de diuinis cognitio. Unde Job. xij. In antiquis est sapientia. Et hoc per diutinā lectionē: auditionē: meditationem diuinoū. Scōm est de humanis seu agendis melior determinatio. Unde Job ibidē. In his qui multo sunt tēpore est prudentia. Cum eñ experientia sit magistra rerū: et senes plura fuerunt experti: iuuenes pauca: hinc est q; prudentiores sunt senes: et difficiliter in iuuenibus prudentia reperit. Tertiū est matura cōsiliatio. Juuenes eñ q; sanguine feruēt precipites sunt in cōsilijs ꝛ propter inexperientiā rerū. Senes autē magis valent cōsiderare pericula q̄ cōtingere pñt. Unde dñs nō iuuenes sed seniores septuaginta instituit fecit: ad iuuandum Moysen in regimine populi. Et Salomon seniores habuit in consilio suo quorū cōsiliū optimū: q; non est secutus Roboā filius eius: sed cōsiliū presumptuosum iuuenū: decem partes regni amisit. iij. Reg. xij. Quartū est reuerentie veneratio. Debent enim senes honorari ab oībus: qđ dñs mandauit: dicens. Leuit. xix. Coraz cano capite consurge ꝛ honora personam senis. Et propter hoc dicit apostolus. j. ad Timo. v. Seniorem ne increpaueris: hz obsecra vt patrem. Et propter reuerentiam quam habet ipsa etas prudentiam et maturitatem aptius ponuntur in regimine q̄s iuuenes. In cuius figuram precepit dominus leuitas a vicesimo anno et supra portare onera templi seu tabernaculi: alijs vero annis supra vbi incipit senectus: seruare vasa tabernaculi. i. custodire et regere animas: que sunt vasa ecclesie ad recipiendum gratiam deputata. Quintum est a passionibus sedatio: et precipue carnalis concupiscentie. Unde dicit Hieron. quod omnia vitia cum senectute senescunt. Et Sap. iiij. Etas senectutis vita immaculata. Et hoc nisi quis sit inueteratus dierum malorū ex continuata assuefactione sicut fuerunt illi duo senes: qui false accusauerunt Susannam. de quibus dicitur Esa. lxv. Puer centum annorum morietur: scilicet morte eterna. Et Prouerb. xxij. Adolescens iuxta viam suam ambulans. s. sequendo appetitus suos cum senuerit non recedet ab ea. Sextum est augmentatio meritorum. Quanto enim quis plus viuit: tanto plura merita acquirere potest.

Numeri. viij.

Daniel. xiij.

§.VIII. De termino vite vtrum

possit abbreuiari vel prolongari. Et videtur q nō: q dicit Pſ. Ascendūt mōtes. i. hoies perfecti altitudine contēplationis et gre: et descendūt campi. i. peccatores per latam viam in celū incedentes: in locum quē fundasti eis. ſ. celi quo ad pfectos: inferni quo ad campos siue malos: que illis sunt preparata. Fit autem hic ascēsus z descēsus post mortem. De quo subdit pſ. dicēs. Terminū posuisti quē non trāsgredientur. Et ad idē facit quod ait Job. xiiij. Posuisti terminos eius. ſ. vite qui preteriri non poterunt. i. nec prolongari nec breuiari. In contrarium est quia dictum est per Esaiam ex parte dñi Ezechie regi. Morieris tu z non viues: et tamen additi sunt ad vitam ei⁹. xv. anni: vt habetur Esa. xxxviij. Pro questionis hui⁹ declaratione notandum q terminus vite humane potest considerari tripliciter.

Termi-nus vite humane ꝓsiderat triplicit.

¶ Primo per respectum ad actionis humane variationem.

¶ Secundo per respectum ad causarum secundarum seu naturalium operationem.

¶ Tertio per respectū ad diuine dispositiōis preordinationē.

Quantū igitur ad primū: vtiq; terminus humane vite z prolongari et abbreuiari pōt. Nam sicut bene vtens beneficio recepto meretur sibi augeri: ita abutēs meretur eo priuari. Et ideo q; pctō: male vtitur vita presenti: meretur eā sibi auferri. Iuxta illud qđ dicit de quadā ficulnea infructuosa domin⁹ ei⁹ cultori ipsius. ſ. succide eam: vt quid etiam terram occupat. Luc. xiij. Et propter hoc đr Job. xvij. Dies mei breuiabuntur: z Eccls. vij. Ne impie agas multum et noli esse stultus: ne morieris in tēpore non tuo. Exempla patēt Gene. vj. vbi dati fuerūt. cxx. anni vite humani generis: cum videlz dñs dixit. Erunt q; dies ei⁹ cxx. annorū. ad hoc scz vt reuerterentur ad penitētiā. Sed quia homines abusi sunt addētes scelera malora: ablati sunt eis. xx. anni. Nā trāsactis centū inundauit diluuiū. Sic exponit Hieroñ. de pe. di. ſ. predixerat. Et Ananias filius Azarie falsus propheta: q; predixit tanq; ex parte dñi loquens: reuersionem Jechonie filij Joachim cū populo suo q̄citissime de captiuitate babylonica: cuius cōtrarīū prophetauerat Hieremias: z confregit catenas quas Hieremias in collo portabat ex mandato dñi in signū captiuitatis plenarie future: dixit illi Hieremias Audi Anania confidere fecisti istū ppl'm in mēdacio: idcirco hoc anno morieris: z sic mortu⁹ est: vt habetur Hiere. xxviij. Et paruul⁹ natus ex adulterio Dauid cum Bersabee: ꝓpter pctm̄ ipsius Dauid ante octauū diem mortuus est. ij. Reg. xij. Frequenter enim puniuntur filij ꝓ pctis parentū pena temporali et corporali ſm sententiā doctorū: nūq; autē pena spūali seu gehēnali. Et ecōtrario vita bonorū meretur ꝓlongari. Unde Eccli. iij. Qui honorat patrē suum vita viuet longiore. Et Ezechie reuertenti ad penitentiā additi sunt anni. xv. vt. s. dictum est. Et multis pfibus cōcessum est diu viuere ꝓpter probitatem ipsorum z vtilitatē aliorū qui ſm viam nature viuere nō poterāt. Quantum ad scām etiā vita hoīs prolōgari et abbreuiari potest scām Bernardi. or. mi. in quodā sermone. dicunt aūt cause scē seu naturales influentie dispositio aeris: cōplexio corpis: regimen vite et hmōi. Sicut eñ videm⁹ fructus meliores et durabiliores nasci in vno loco q̄ in altero ſm dispositionem terre z aeris z aspectū celi ad tales arbores. Sic z sanius et diuturni⁹ viuūt hoies in vno loco q̄ in altero ſm influentiā celi. Unde z de quadam insula circa extrema terre đr q; hoies ibi sanissime viuunt et multū senescunt: et vix mori possunt nisi ad aliā insulā trāsferantur. Docet z experientia q; in ciuitate infecta peste morietur centū in die: et in alia ciuitate simili propinqua vel eadem alio tempore nō morientur decem. Ab vtero matris plurimi adducunt diuersas infirmitates que vitam abbreuiant. Unde et de

Filij sepe puniunt pro pec-catis pa-rentum.

Chriſtus diu vixiſ-set natu-raliter.

christo Jesu: quia erat optime complexionatus dicunt sapiētes q; sanissime vixisset et valde diu naturaliter. Regimen vite si sit inordinatum: vitam habet abbreuiare. Unde et Galenus dicit Athletas quoruz vita z ars sagina est: nec viuere posse diu nec sanos esse: vt refert Hieroñ. de consecra. distin. v. nec tales. Ecōtrario regimen vite moderatum diuturnam facit. Unde Chrysosto. dicit. Nihil sic salutem: nihil sic sensuum acumen operatur: nihil sic egritudinem fugat: sicut moderata refectio. de cons. diſt. v. nihil. Quantū vero ad tertium scilz dei preordinationem terminus vite humane a deo prefixus est: vt nec prolongari nec abbreuiari possit: quia dei prescientia aut preordinatio infallibilis est. Et secundū hunc respectum intelligitur illud Job superius allegatū. Constituisti terminos eius z. Et illud psal. Terminū posuisti z. Et q; vt dicit in lib. de causis. Prima causa plus influit in causatū scām causē q̄ ipsa secūda cā. Ideo cū deus sit prima cā oīm effectus quicūq; scārum causarū siue naturaliū siue a libero arbitrio ꝓcedētes: magis subijciunt ipsi prime cause. ſ. deo: q̄ ipsis causis scis. Sed contingit aliquē effectū mortis vel infirmitatis vel alterius casus aliter esse preordinatū a deo q̄ debeat ꝓcedere a causis secūdis: z tūc euenit talis effectus: nō ſm hz q; respectū et influxū ab ipsis causis scis sed ſm q; est preordinatū a deo. Et ſm hoc intelligit illud Saī. iij. de immatura morte iusti: que nō est ſm causas scas. Raptꝰ est ne malitia īmutaret intellectū ei⁹: aut ne fictio deciperet aiaz illius. Et infra. Placita erat deo aīa illius: ꝓpter hoc ꝓperauit educere illū de medio iniquitatū per mortē. Et ē̄rio aliq̄n contingit sicut mors Ezechie: quāuis ſm causas scas: videlicet dispōnē naturalē corporis et demeritū eius ꝓpter pctm̄ supbie vel ingratitudinis tunc euenire deberet: q̄n Esaias dixit. Morieris tu et nō viues: habito respectu ad causas secundas. Tamē q; in preordinatione diuina erat vt superuiueret ad huc. xv. annis: dicuntur ei additi. xv. anni quibus postea vixit. Nec tamē Esaias dixit falsum Ezechie significans eum moriturum: q; ꝓphetauit hoc ex dei reuelatione ſm q; ille effectus mortis erat in causis secundis secundum quas omnino erat futura. Reuelat enim deus prophetis suis aliqua non simpliciter ſm qđ sunt futura in seipsis. i. nō ſm diuinā preordinationem: sed ſm ordinē quez habent ad causas secundas tantum: z ideo si aliter contingit q̄ dicāt: non propterea falsum dicunt secūdū Tho. ij. ij. Sicut etiā si medicus ſm oia signa et regulas medicine predicit aliquem de sua infirmitate moriturum: qui tamen non moritur deo mirabiliter eum sanante. Et astrologus predicit siccitatem vel inundationem multam futurā ſm influxum constellationuz. Si hoc non venit non dicunt falsum: q; loquuntur secundum causas secundas: sed deus pōt eas immutare vt placet. Uerum q; scire nō possumus quid sit in preordinatione dei de termino vite nostre: scimus autem ipsum velle nos conseruare vitā secundū bñ placitum suū. Ideo in conseruatione vite debemus nos regulare ſm causas secundas: nō tñ vtendo superstitionibus: vel incantationibus: vel transgressionibus alicuius precepti dei: vel ecclesie seu regule quoad religiosos: etiam si per hoc mors vitaretur: quia inde mors aīe sequeretur. Dicit autem Augu. q; si vna alia pereat: innumerabiliū corpoū mors huic damno comparari nō potest. xxiiij. q. iij. si habes. Sed cauendo a contrarijs vtendo medicinis: habitando in locis sanis: subtrahendo se a locis infectis peste. Licitum est cuilibet cum nullo iure prohibeatur: nisi quis esset curatus in loco infecto peste. Talis enim deserere nō posset plebem suam propter pestē: nisi prouiderit de vicario idoneo. Et in casu etiam extreme necessitatis corporalis vel spiritualis: vbi alij non adessent quilibet teneretur iuuare de eo q̄ potest: non obstante infectione pestis: cuz se offert talis necessitas. Hoc etiam confirmat Gratianus dicens. Quamuis certissime sciamus neminem vltra terminū sibi a deo prefixum esse victurum: omnibus tamen languentibus non incongrue medemur. xxiij. q. iij. Nabuchodonosor. s. finali.

Agendū p vite cō ſeruatiō.

§.IX. Circa mortem ipsam tria

Ad mor-tē q̄libet đr debite ꝓparari.

sunt videnda. Et primū est q; mors ꝓpria est debite expectāda.

¶ Scām est q; mors aliena est equanimiter toleranda.

¶ Tertium est q; mors ipsa est frequenter rememoranda.

Quātū ad primū sciendū q; mors debite expectatur cū ad eā quis debite preparatur. Unde dñs ait Mat. xxiiij. Estote parati q; qua nescitis hora filius hominis venturus est. Idem habetur Luce. xij. z Matth. xxv. Uigilate q; nescitis diem neq; horā. Propterea incertā voluit deus nobis esse horā mortis. Primo quidem vt homo viuat purius: q; vt dicit Cyprianus. Qualem te inuenit dñs cū vocat: talem pariter te iudicat. de pe. diſt. j. nūquid. Stultuz autem est viuere in illo statu in quo quis nō vellet mori. Et cum de momento in momentum hoc posset accidere: ratio đz vigere ad pure viuendū ꝓpter huiusmodi incertitudinē. Scda ratio vt hō operetur cōius: z per consequens vtilius. Si eñ sciret hō in breui se moriturum: a multis bonis desisteret que cedunt in vtilitatē aliorū: vt sibi forte vacaret: qđ tamē non congrueret. Unde cuidam sancto viro quando fuit ei reuelata mors inde ad certum tempus futura: dictum est et ab angelo. Age quod agis operare quod operaris: vt refert Grego. in lib. Dialogorum. Tertia ratio est vt conuersetur homo humanus. Si enim quis sciret se diu victurum ꝓsequeretur odia z vindi-

vindictas et iniurias: ꝛ si scirent hoies se cito morituros multi nimis melancholice viuerẽt: ꝛ alios ex hoc amaricarent: ꝛ tedia rent. Prime due rationes sunt. b. Tho. in summa. Debet autem ip'a mors expectari nõ solũ patienter: sed letanter: qđ faciebat Psal. p hoc orans ꝛ dicẽs. Educ de carcere aiam meã. Ubi po test notari triplex cã siue rõ quare mors nõ debet timeri sed desiderari. et prima est: qꝛ in vita ꝑsenti aia in corpore manet vt in illo loco obscuro: tedioso et periculoso cuiusmodi est carcer. Tenebris eĩn inuoluimur ait Job. c. xxxvij. Miseriis replemur ꝛ laboribus. iuxta illud Eccls. ij. Cũcti dies eius laboribus ꝛ erumnis pleni sunt. Periculis subijcimur mortis criminalis ꝛ iternalis sicut q̃ stat in carcere est multoties in periculo vite. Propter qđ clamabat apꝰus. Infelix ego hõ q̃s me liberabit de corpore mortis huiꝰ? Hec psal. Pericula inferni inuenerunt me. Secunda ratio mortẽ letanter expectãdi est ꝓpter plenitudinẽ ꝛ acutionẽ diuinorũ ꝛ dei laudationẽ. Uñ subdit. Ut confiteat nomini tuo. Nõ eĩn aia cõfitet deo ꝛ laudat eũ ꝛ cõtẽplat vt velit ꝓpter grauamẽ corpis. vñ ꝺr. Sap. ix. Corp' qđ corrũpit aggrauat aiaz: ꝛ deprimit terrena inhabitatio sensuz multa cogitãtẽ. Et ꝓpter hoc beat. Andreas pendens in cruce orabat liberari ad hmõi onere. s. corporis: qđ aliqñ a cõtẽplatione impediebat ꝓpter necessaria vite. Tertia est ꝓpter bonorũ cõsecutionem. Uñ dicit psal. We expectãt iusti. s. in alia vita. Beati aũt mortui q̃ in dño moriunt. Apo. xiiij. Si beati: ergo oi bono pleni. Et Señ. mors timẽda nõ est: quã immortalitas aie sequit. Sicut aũt reposita est corona iustitie his qui diligũt aduentũ dei. s. ꝑ mortẽ. vt ꝺr. ij. ad Timo. iiij. Ita et timere hz de pena qui quasi inuit' migrat a seculo. Uñ Cypꝛianus hoc reprehendẽs dicit. Qđ prepostere quãqz peruersum est: vt cũ voluntatẽ dñi fieri postulem' qñ vocat ꝛ accersit nos de hoc mũdo: nõ statim voluntatis eius imperio pareamus. Obnitimur ꝛ reluctamur ꝛ pulcaciũ more seruorũ: cũ tristitia ꝛ merore ante cõspectũ dñicum cũ tristitia ꝛ mero reperducimur exeuntes ¦ istinc necessitatis ¦ vinculo nõ volũtatis obsequio: ꝛ volumus ab eo premijs celestibus honorari ad quẽ venimus inuiti. xiij. q. ij. ꝯ prepostere. Expectaꝛ debite ipsa mors: si pia ꝓparatio fiat ꝑm dñi hortamentũ dicẽtis. Lu. xij. Sint lũbi vestri ꝓcincti: ꝛ lucerne ardẽtes in manibus vestris: et vos siles hoibus expectantib' dñm suũ. Ubi tria possunt notari. Primũ est a vitiosis delectatiõibus ¦ abstractio: ibi. Sint lũbi vestri ꝓcincti. In lũbis eĩn est motus delectationis veneree ꝓpter qđ dicit Job. xl. Qđ fortitudo eius: scz diaboli est in lumbis eius. Cinctura autẽ est quedã restrictio lũborũ signãs mortificationẽ delectationis. Scõm est in operibus ferues dilectio: ibi. Lucerne ardẽtes in manibus vestris. Lucerna signat mentẽ siue cõscientiã. Ignis ardẽs feruens est charitas. iuxta illud Luc. xij. Ignẽ veni mittere in terrã. Manus sunt opera. Tertiũ est vina vigilatio: ibi. Et vos similes ho. ex. Uigilãt eĩn tales: nõ solũ in ꝓia vigilia: sed in scõa ꝛ tertia: ꝛ quouscqz veniat dñs. Est eĩn prima vigilia iuuentutis: scõa virilitatis: tertia senectutis: in qualibet autẽ etate debet quilibet vigilare in coherendo bonis operibus: ꝛ expectãdo dñi aduentũ. Signanter aũt dicit expectãtibus: scz ꝫ illos qui in patientia moti nolũt expectare: sed preuenire dei aduentũ: inferentes sibi ꝑ se ipsis mortẽ: qđ nullo mõ licet neqz ꝓpter quãcũqz miseriã vel tribulationẽ mũdi euadendã: vt fecit Saul ꝛ armiger suus. j. Reg. vlt. Et Cato Romanus dictus Uticẽsis. Neqz ꝓpter pctũ qõcunqz puniendum: vt Judas qui laqueo se suspendit. Act. j. Nec ꝓpter qõcunqz pecatũ euitandũ: vt fecerũt quedã mulieres ne violarent' a quodã tyrãno: vt habet' in histo. eccle. Nec propter quãcũqz aliã cãm vt expresse dicit Aug. in. j. de ciui. dei. ꝛ. xxiij. q. v. si nõ licet. Et de hac materia plenius in scõa parte in tractatu de homicidio. Ut eĩn ꝺr. Eccli. xj. Mors ꝛ vita a deo sunt. Uñ inferre sibi mortẽ est auferre qđ dei ꝓprium est. Nã etsi inde ¦ siue rector iuridice occidit: in hoc vt dei minister agit: et ideo nõ male facit. xxiij. q. v. q̃ malos. Nec est cõtra id qđ ꝺr. Sap. j. Deus mortez nõ fecit. Intelligitur eĩn mortẽ. i. causam mortis: scz peccatũ. Unde subdit. Nec letatur in perditione viuorum.

Mors nõ est timenda tripliciter.

Ro. viij.

Tripler dispositio ad mortẽ.

§. X. Secundo vt dictũ est mors

aliorum est equanimiter toleranda. Et circa hanc quidã ex cõpassione est moderate lugendũ. Ex desperatione a nimia tristitia cauendũ. Ex dilectiõe efficaciter subueniendũ. Quantũ ad primũ ꝺr. Eccli. xxij. Supra mortuuz ploza: defecit eĩn lux eius. Unde et Dauid nõ solũ mortem sibi dilectissimi Jonathe defleuit: sed ꝛ mortẽ Saulis inimicissimi qui eũ persequebaꝛ ꝓ eo qđ ieiunauit: vt habet'. ij. Reg. j. Et de beato Ambꝛosio legitur qđ cũ audiebat mortẽ alicuius sancti viri amare fiebat. tũ qꝛ ꝓcesserat eum ad premium: tum qꝛ subtractum esset a fidelib' tale auxiliũ cũ paucissimi boni reperiant'. ꝛ Eccli. xxxviij. In mortuum ꝓduc lachrymas: ꝛ quasi dira passus incipe plozare. Nec est eꝛro qđ ait apostolus. j. ad Thes. iiij. Nõ ꝓtristemini de dormiẽtibus. i. mortuis sicut ꝛ ceteri q̃ spez nõ habẽt. Et illõ qđ ait Chrys'. xiij. q. ij. vbicũqz. ij. vbicũqz sepeliamur dñi est terra ꝛ plenitudo eius'. ꝑm qꝛ oportet fieri efficiatur. Lugere aũt ꝛ deplorare ꝛ lamentari eos qui de hac vita decedunt ex pusillanimitate cõtingit. Nam vt dicit Gratianus in ℌ. immediate. seq. Hoc intelligit cũ fit per desperationẽ future resurrectiõis: vt patet ex ipsis verbis apostoli. Uel etiã cũ inordinate hoc fit: vt a gentilib' clamando: ꝛ lachrymãdo: ꝛ carnes lacerando ꝛ huiusmodi. Sz pietatis affectu ꝛ humanitatis intuitu mortuos lugere nõ prohibemur: sicut nonnullos sanctorũ aliorũ exequijs pias lachrymas impendisse legimus. vt de beato Martino ꝛ dñico ꝛ alijs. Scõo dico qꝛ nimia tristitia ꝓpter mortẽ cuiuscunqz est cauenda. vñ Eccli. xxxviij. dicitur. Ne dederis in tristitiã cor tuũ. s. nimiã: sed repelle eam a te. Neqz eĩn est cõuersio. s. ad vitã: et huic nihil ꝓderis. s. mortuo: ꝛ teipsum pessimabis. Et paulo superius rationẽ assignans pessimationis dicit. A tristitia eĩn festinat mors. s. corporis: et cooperit virtutẽ. s. animi: ꝛ tristitia cordis flectit ceruicẽ. Et ꝑm hoc intelligitur dictũ Cypꝛiani. xiij. q. ij. q̃ ꝓposterũ. vcz. Nobis quoqz ipsis minimis ꝛ extremis quoties reuelatũ est: q̃ frequẽter atqz manifeste de dei dignatione ꝓceptũ est: vt contestarer assidue vt publice predicarẽ fratres nõ esse lugẽdos accersione dñica de seculo liberato: cum sciamus illos nõ amitti sed ꝑmitti. Loquit' eĩn de lugentibus ex desperatiõe seu cũ nimia tristitia. Nec obstat qꝛ filij Jrael Moysen defunctum planxerunt. xxx. diebus. Deut. vlt. Nã vt dicit Gratianus. xxvj. q. ij. fors non est. Multa permittebantur in veteri testamento illis tanqz imperfectis que tpe pfectiõis. s. gratie eliminata sunt. Omnia etiam in figuram contingebant illis que nunc cessant. Unde et christus consolans viduam lugentem defunctum vnigenitum qui portabatur ad sepulcrũ dixit. Noli flere. Luce. vij. Possunt autem assignari decez rationes ꝓpter quas quis ꝺz ꝛ potest cõsolari ꝛ nõ nimis contristari. Prima ratio est: qꝛ deus vult sic. Non ergo debes eius resistere voluntati. Unde Augu. Nihil est qđ de illa ausa summi ꝛ eterni non egrediatur inuisibilis imperatoris. Et etiam tu petis in oratione. fiat volũtas tua: qꝛ voluntas dei est prima causa omnium rerum: nec potest inueniri ratio quare sic vult ꝑm magistrum in. j. sen. placeat igitur homini quicquid placet deo. Et ob hoc qꝛ placet deo: ait Señ. Secunda ratio est: qꝛ quelibet creatura est dei. Ad Rom. xiiij. Siue viuimus siue morimur domini sumus. Et ideo sicut non debes tristari si is qui mutuauit aliquid illud repetit: sic nec de morte proximi tui. Unde dicit' Hiero. Nil abstulit tuum qui dignatus est recipere proprium. Et Augu. dicit. Qui perfecte diligit deum: non contristatur de morte cuiuscqz. Et Job. j. Dominus dedit dominus abstulit ꝛc. Tertia ratio est: quia statutũ est hominibus semel mori. ad Hebr. ix. Et Bern. dicit super illud. Proprio filio non pepercit. Si igitur non pepercit figulo: nunquid parcet figmento? Si ergo commune est hominibus mori non debes contristari si filio tuo accidat illud. ꝛ Ambꝛo. in lib. de bono mortis. Quid absurdius vt id quod scis omnibus esse prescriptũ: quasi speciale deplores? Quarta ratio est quia mors liberat hominem a miserijs huius vite. Unde dicit Salomon Eccls. ij. Cuncti dies eius laboribus ¦ alias doloribus ¦ erumnis pleni sunt: nec per noctem quidez mente requiescit. Et ideo noster saluator in morte Lazari fecit festum dicens. Lazarus mortuus est ꝛ gaudeo. Sed in resuscitatione eius lachrymatus est per compassionem: quia reuocabat eum ad miserias huius vite. Unde dicit August. in li. de visitatione infirmorum. O mors desiderabilis: o mors omniuz presentium malorũ finis: o mors laborum clausura ꝛ quietis initium. Quis posset cogitare tuarum vtilitates beatitudinum? Nam male mori nõ est christianorum: quorum mors est viuere in christo. Et ratio est: quia dicit Psal. Apud te est fons vite. Quita rõ est: qꝛ deus omnia nouit: ꝛ videt quid est melius ꝓ homine. ꝛ ideo talis moritur: qui si remaneret in vita faceret mala ꝛ esset de reprobandis cuz sit de electis. vel si nõ esset de electis fecisset peius. Uñ ꝺr. Sap. iiij. Raptus est ne malitia immutaret intellectũ eius: aut ne fictio deciperet animã illi'. Fascinatio eĩn nugacitatis obscurat bona ꝛc.

Sexta ratio est: quia tua acidia ꝛ tristitia tibi nocet ꝛ ei ni-

Cauẽda est nimia tristitia ꝓpter mortẽ alicuiꝰ.

De morte alicuiꝰ nõ est nimis dolẽdum.

Ro. viij.

Joan. xj.

hil prodest.de quo est exēplū.ñ.Reg.xiij.vbi dr: q Dauid donec filius suus infirmaret:stabat in tristitia et planctu: post mortem vero filij incepit a se excludere tristitiam et planctū:et posuit se ad comedēdū.Et interrogatus quare hoc fecisset.Rñdit q ante mortē eius forte potuisset impetrare a deo p planctū suū sanitatē filij:qđ non pōt fieri post mortē.Septima ratio est:q nocet tibi talis tristitia.Ideo dr Eccli.xxxviij.Ne dederis in tristitia cor tuū:sed repelle eā a te:z memēto nouissimorū.Noli obliuisci.Neq; eñ est reuersio illius:z huic nihil proderis:et teipsuz pessimabis.dū eñ homo tanta tristitia absorbet:animū nō hz liberū ad orandū pro eo quē luget.Octaua rō est:q multi sunt q dānant ꝓpter amorē amicorū:q fm Aug.sup Gen. ad literaz. Sepe offendit deus.ne offendat amicus.Multi eñ dānant ꝓpter filios vel vxores z simul.Et ideo cū hoc sit tibi incertū: an si vixisset filius tuus ipse fuisset cā dānatiōis me: ideo nō debes tristari.Nona rō est:q resurget.Vñ apls.j.ad Thes.iiij.Nō cōtristemini de dormientibus sicut ceteri gētes que spem nō hñt. z.xiij.q.ij.q̄ ꝓpositorū.z Amb.Cessabūt lachryme mee ꝛc.Et ideo dicit Eccli.xxij.Modicū ploza sup mortuū.Decima rō est: q si ipse qui mortuus est reperit se in bono loco debes letari:q orabit pro te.Aug.Sic enim amici nostri a torrente voluptatis inebriantur:vt nostri nō obliuiscant.Tertio mortuis est efficaciter subueniendū. Vñ Eccli.xxxviij.dr.Contege corpus illius scz mortui:z nō despicias sepulturā illius.Unde z Tobias multū deo placuit in sepeliendo mortuos.Sed nō minus subuenit dum est ase orando z alia bona ꝓ ipsa faciendo.Et ad hoc facit qđ dr. xiij.q.ij.qui diuina.Qui diuina vocatione ab hac vita recedunt:cū psalmis tantūmodo z psallentiū vocibus debent ad sepulcrū deferri.Sufficiat autē q in spe resurrectionis christiani corporibus famulatus diuinorū impenditur canticorum.

mortuis est subueniendū.

§.XI. Tertium principale est qđ

mors est frequenter memoranda.Unde dicitur Eccli.xxxviij.in persona mortui.Memor esto iudicij meiscilicet mortis.sic enim erit et tuum:mihi heri et tibi hodie.Hinc et Plato.Summa sapientia est meditatio mortis. Valet enim ad multa huiusmodi recordatio: ꝓpter qđ dicitur Eccls.vij.Melius est ire ad domū luctus q̄ ad domum conuiuij.In illa enim finis cunctorum admonetur hominum:et viuens cogitat quid futurum sit. Et primo quidem valet ad mundi contemptuz.Iuxta illud Hieron. ad Paulinum.Facile contemnit omnia qui semp cogitat se esse moriturum.Contemnit sane memorans mortez carnis delicias cum sit a vermibus consumenda.Iuxta illud Eccli.x.Cum morietur homo hereditabit serpentes et bestias et vermes.Contēnit mundi honorificentias:quia vt dicit Psal.Cum interierit scilicet homo non sumet omnia:neq; descendet cum eo gloria domus eius.Unde z Basilius ad reprimendum motum elatiōis et gloie:cum in diebus processionis in pontificalibus esset ornatus:ordinauit aliquem ex suis familiaribus sibi debere dicere. Pater iube perficiscepulcrum tuum:quia nescis quando morituus es.Contemnit talis mundi diuitias cum ex eis nihil valeat portare.Iuxta illud Job.Dives cum dormierit nihil secuz auferet:aperiet oculos suos et nihil inueniet. Secundo valet mortis recordatio ad labores sufferendum.Job.iij.Quasi effodiētes thesaurum gaudentq; vehementer cū inuenerint sepulchrū. Effodientes thesaurum multum laborant: vt inueniant ipsum quē summe desiderant.Et q antiqui in sepulcris suis faciebant thesauros absconderet:ideo tales effodientes cum inueniunt sepulcruz gaudent:nihil curātes de labore:sperantes q̄ citissime ad thesaurū quā optabant puenire viso sepulcro.Sic desiderātes thesaurū superne vite:cū cōsiderant q per mortē cito ipsuz consequunt:fortiores redduntur ad labores z passiones intelligentes illud apli.ad Ro.viij.Nō sunt condigne passiones huius temporis ad futuraz gloriā que reuelabitur in nobis.Hinc z Augu.in sermone,Quicquid fecit pro nobis christi:si vinci potest tolerabile est:si vinci nō potest migrare hinc faciat: nō auferet sed accelerat ipsam requiē:ipsam dulcedinem: que cum venerit sine fine erit.Valet tertio ad peccatum cauendum vt dicit Eccli.vij.In omnibus operibus tuis memorare nouissima tua et in eternū nō peccabis.Sicut econuerso dicitur Thren.j.Sordes eius in pedibus eius. sordes peccatorum eius. i. anime in pedibus scz affectuū.Nec est recordata finis sui.Cum enim qs considerat mortem:delectationem omnem peccati deficere sentit.Et cum punitionē audit dicente domino Apoc.xviij. Quantum glorificauit se et in delicijs fuit:tantum date ei tormentuz z luctum: cauet sibi a peccato. Et ad hoc Joannes Damas. ponit talem similitudinē.Qui dā dum a facie vnicornis ne ab eo deuoraretur velocius fugeret:in quod dā baratrū magnum cecidit.Dū aūt caderet manibus arbusculā quādam apprehēdit:z in basi quadā lubrica z instabili pedes fixit.Respiciēs vero vidit duos mures:vnū albū z alterum nigrū incessanter radicē arbuscule quam apprehenderat corrodentes.z iam prope erat vt ipsam abscinderent.In fundo autem baratri vidit draconem terribilē spirantē ignē:et aperto ore ipm deuorare cupientem.Super basem vero vbi comitantem tenebat vidit quatuor aspidum capita inde prodeuntium.Eleuans autem oculos vidit exiguum mellis de ramis illius arbuscule extre: oblitusq; periculi in quo vndiq; positus erat seipsum dulcedini illi⁹ modici mellis totū dedit.Quis igitur hominem istum non iudicaret insanum:qui ita attendit ad illud modicum delectatiōis habendum:q tā multiplicis periculi obliuiscitur tanq̄ cecus esset ac ipsum non videret.Et ideo orabat ps̄.dicens.Illumina oculos meos ne vnq̄ obdor.in morte.i.in consideratione z memoria mortis.Nequando dicat inimicus meus:scz diabolus preualui aduersus eum.i.per peccatum.Unicornis igitur mortis tenet figuram:que hoies semper prosequitur et apprehendere cupit.Vñ dicitur.Job.xxxix.Nunquid volet rhinoceros seruire tibi.Rhinoceros est vnicornis:et iste non vult alicui seruire:quia mors nemini vult subijci vel parcere:ita vt elephantem etiam cornu in ventrem figens interimat:quia scilz mors,quēcū q̄ virtute vel scientia vel potestate magnum interemit. Baratrum siue fossatū mundus est oibus malis plenus. Arbuscula vniuscuiusq; est vita:que per horas diei z noctis quasi per murem album et nigrum incessanter consumitur et incisioni appropinquat.Basis quatuor aspidum corpus est ex quatuor elementis compositum:quibus inordinatis corporis cōpago dissoluitur.Draco terribilis est infernus cunctos deuorare cupiens. Dulcedo ramusculi mellea est delectatio fallax mundi:per quā homo seducitur ne suum periculū intueatur.Et sic dum mundi delectationibus vacat:et se morituruz nō cōsiderat:cōsumpta radice arbuscule z base destructa:in fossatum cadit:z ibi desiderium peccatorū peribit.Sed dū mortē bene recogitat ꝓpinquā mel dimittit delectationis mundane:z pcūn z periculū euadit. Et ideo dicitur Eccli.xxxviij.Memento nouissimorum tuorū z noli obliuisci.Et sic potest intelligi illud a saluatore nostro parabolice dictum.Recumbe in nouissimo loco.Luc.xiij.id est requiesce in consideratione mortis.

Memoria mortis valet.

Job.xxvij.

Mundus est barathrum.

§.XII. Nota q triplex est mors

spiritualis:scilicet.

¶ Mors criminalis in defectionis.

¶ Mors claustralis conuersationis.

¶ Mors infernalis cruciationis.

Quantū ad primum dicit Ezech.xviij. Anima que peccauerit ipsa morietur.Per peccatū homo occidit aiam suā.Ubi nota q peccator assimilatur mortuo ꝓpter tria:scilz primo ꝓpter consimilem defectū:propter similē effectum:ꝓpter consimilem aspectū.De primo moriente corpe talis est pcessꝰ in deficiēdo. Primo corpus disiēperatur z discrasiatur.Secūdo infirmat.Tertio moritur.Quarto portatur extra domum.Quinto sepelitur. Sexto a vermibus consumitur.Isto modo anima primo disiēperatur z discrasiatur per tentationē z cogitationē de peccato. Secūdo infirmatur per comitantē delectationē. Tertio moritur per cōsensum.Quarto asportatur et elōgatur ab hominibus per culpe sue abominationem z diffamationē apud homines. Quinto sepelitur per malam consuetudinem.Similiter eñ terra vel lapis superpositus onerat et opprimit corpus vt nō resurgat etiam si possit.Ita mala consuetudo que est quedā moles grauissima opprimens et incitans hoiem ad peccandū.Unde Aug.viij.lib.confes.c.v.Nec peccati est vitiosa consuetudo:qua trahitur z tenet etiā inuitus animꝰ eo merito quo in eam volēs illabitur.Et in eodē libro loquens de statu peccati ante baptismū suum ait.Suspirabā inquit ligatus non ferro alieno: sed mea ferrea voluntate.Uelle meū tenebat inimicus z inde mihi catenam fecerat.Constrinxerat me quippe ex voluntate peruersa facta libido:et dum seruitur libidini facta est cōsuetudo:z dū consuetudini non resistitur facta est necessitas.hec Aug.Et hec consuetudo peccādi comparatur sepulture Lazari fm eundē in sermone dñi in monte lib.j.c.xij.Et sicut videtis istis martmis et nobilibus fiunt sepulcra honestissima de marmore vel de alijs

De morte criminali.

Peccatori assimilat mortuo pl̄ia.

de alūs lapidibus honestis seu lignis cum picturis et figuris que simul ornāt ꝛ honorāt. Ita istis magnis ꝛ potentibus mortuis ꝓ petūm faciunt adulatores sepulchra dealbata ꝛ depicta. i. palliātes ꝛ ornātes ꝛ excusantes imo cōmendātes peccata potē tum. Quia laudatur peccator in desideriis anime sue ꝛ iniquus benedicitur. Et isti videtur eos honorare ꝛ ornare: ꝛ ita faciūt: ꝫ tamē simul cū hoc onerāt ꝛ opprimūt miseros: vt non resurgant per penitētiā de peccatis. Unde multū notat Greg. iij. moral. c. lxxv. ꝛ lxxvj. ꝙ christus tres mortuos suscitauit: puellā in domo: iuuenē in porta: Lazarū in sepulchro. Quartū vero mortuū discipulo nuntiāte cognoscit: sed eū non suscitat: ꝙ valde difficile est: vt is quē post vsum male consuetudinis etiā ad vltimū adulantiū lingue excipiūt a mentis sue morte reuocetur: de quo etiā bene dicitur. Sine mortuos sepelire mortuos suos. Mortui eñ mortuos sepeliunt: cū peccatores peccatorē fauoribus premunt: erat aūt Lazarus mortuus sed nō sepultus a mortuis: ſꝛ fidelibus mulieribus. Sexto corpus mortuū a vermibus cōsumitur: ꝛ mens priuata vita gratie a verme cōscientie desperationis et finalis impenitētie corrodit: ꝛ mordetur. Sic ergo conuenienter peccatū dicitur mors propter cōsimilē defectū vel processum deficiēdi: sic eñ intrat in aiam: sicut mors in corpus. Ro. v. Peccatū intrauit in mūdū: ꝛ per pcm̄ mors. Scdo ponit pcm̄ mors ꝓpter consimilē effectū. Mors nāq; facit corpus rigidū ꝛ frigidum: ꝛ fetidū: putridū ꝛ horridū: terreū atq; ponderosum. Isto modo peccatū mortale facit aiam rigidā ꝛ superbā ꝛ inobedientem ad deū. Prouer. xviij. Cū obsecrationibus loquitur pauper ꝛ diues. i. superbus effabitur rigide. Frigidū per inuidiā quā vocat prophęta malitiā. Hie. vj. Sicut frigidā facit cisterna aquā suā: sic frigidā facit aiam malitia sua. Fetidā per luxuriā. Esai. xxxiij. De cadaueribus eorū ascendet fetor. Putridz per gule immoderantiā: per quā sensus ꝛ ratio sopiuntur ꝛ sepeliuntur: et homo in asinū cōmutatur. Hier. xxij. Sepultura asini sepelietur putrefactus ꝛ proiectus. Terrena per auaritiā que nihil sapit nisi terrena: vt dicatur tali anime sicut talpe dixit natura: ꝛ serpenti dixit deus Gen. iij. Terrā comedes cūctis diebus vite tue. Pigram per accidiā: que nihil boni operatur Prouerb. xiij. Vult et non vult piger. Et sic cōuenienter peccatū vocatur mors ꝓpter consimilē effectū. Ro. vij. Peccatū vt appareat peccatū per bonum mihi operatū est mortē: vt fiat supra modū peccās peccatum per mandatū. Tertio propter consimilē aspectū. Quantūcūq; enim homo fuerit amabilis: pulcher ꝛ delicat⁹: statim post mortē erit horribilis: turpis ꝛ abominabilis: ꝛ a cōmunione hominū separādus. Sic anima ante peccatū pulcherrima ꝛ formosa esse videtur. iuxta illud Cant. iiij. Tota pulchra es amica mea ꝛ macula nō est in te. Sed per peccatū spoliatur gratuitis: ꝛ vulneratur naturalibus: fit fetida ꝛ abominabilis coram deo: vt dicat illud Ezech. xvj. Ad omne caput vie edificasti signū prostitutionis tue: ꝛ abominabilē fecisti decorē tuū. Et tunc per peccatum anima misera separatur a cōmunione fidelium ꝛ ab amicitia dei ꝛ angelorū bonorū. Prouer. xiij. Miseros facit populos peccatū. Fatuissimus operarius est ille qui difficillimis laboribus se fatigat: ꝛ tamen nihil stipendij vel mercedis in fine reportat. Quot laboribus ꝛ periculis difficilibus se exponūt homines pro peccato: isti pro voluptatibus: illi pro cupiditatibus: isti pro vanitatibus: inexplicabile est dicere. Et quod erit stipendiū: certe mortis supplicium: ꝛ infernale suspendiū. Roma. vj. Stipēdia peccati mors. Et ideo postq; Salomō pmisit Sap. j. Nolite zelare mortem in errore vite vestre: signāter aditū rut. Neq; acquiratis perditionem in operibus manuū vestrax: quasi di. Nullū aliud lucrū habebitis per peccatū. Et q; manus est organū organorū homi nis: sicut dicitur. iij. de anima. ideo male operationes quecunq; homo potest exercere per opera manuum suarum prohibētur.

Peccatū morti cōparatur.

Luce. ix. ꝛ Matt. viij.

Pcm̄ miseria.

Religio assimilat morti.

§. XIII. Quantū ad scōm Sanc

ta religio figuratiue vocat mors. Unde vulgariter regulares dicuntur mortui: ꝛ seculares viuentes: tamē malus secularis est vere mortuus: ꝛ bonus regularis vere viuens. Nam malo seculari dicitur Apoc. iij. Nomē habes ꝙ viuas: ꝛ mortuus es. Et de sanctis dicitur. ij. Cor. vj. Quasi morientes ꝛ ecce viuimus. Mortui aūt sunt peccatores viuētes autē deo in christo Jesu. Quare autem religiosi mortui dicātur: possunt alique cōgruitates adduci. Primo eñ tanq; moriturus condit testamentū suū in quo legat aiam deo: corpus tumulo: facultates habitas ꝛ habendas resignat mundo. Executores autē istius testamēti cōstituit prelatos suos: quorū custodie tam corpus suū ꝙ aiam tradit. Itē morturus incipit amittere calorē suū naturalē: postea vsus sensuum exteriorū: sicut visus: auditus: ꝛ huiusmodi. Tandem vltimo motū suum propriū: ita ꝙ si moueri debeat de loco ad locū: oportet ꝙ hoc fiat per aliquos nō per seipsum: pannus ei tribuitur breuis ꝛ incerta mensura: ꝛ sic finaliter absconditur in sepulcro. Isto modo moraliter ingrediēs religionem. Primo amittit omnē calorē naturalem: hoc est omnē amorem carnalem ꝛ mundialem: amicorū ꝛ parentū quo possit a mundi contēptu ꝛ a sancta contēplatione retardari. Secūdo amittit quasi vsum sensuū exteriorū per honestam ꝛ religiosam custodiā: videlicet visus: auditus: tactus ꝛc. Tertio perdit quasi loquelam per silentiū locis ꝛ tēporibus cōuenienter seruatū. Silentium nanq; iuuat ad mentis refectionē ꝛ gratiā cōsequendā. In cuius figura Zacharias mutus genuit Joannē. i. gratiā. Luc. j. Quarto perdit motum propriū videlicet voluntatē: quia nusq; se mouet aut alio vadit: nisi per obedientiā vel licentiā prelatorum. Quinto sibi tribuitur pannus modicus: quia habitus vilis ad necessitatem non ad superfluitatem. Et sexto tandem absconditur in claustro quasi in sepulcro suo: ne per seculi tumultus a sanctis occupationibus perturbetur. Unde istis mortuis dicitur Col. iij. Mortui enim estis: et vita vestra abscondita est cum christo.

§. XIIII. Quantū ad tertiū dico

ꝙ tertia mors est infernalis cruciatiōis. Et hec est ecōuerso detestanda, de qua ps̄. Sicut oues in inferno positi sunt: mors depascet eos. Quis est stolidissimū pecus: ꝛ inter alias conditiōes hoc habet: ꝙ si sit in domo accensa nullo modo exit ab igne: sed magis ingerit se igni. Sic damnati in inferno sic effecti sunt stolidi: ꝛ per malitiā obstinati: ꝙ de inferno qui est eis quasi dom⁹ accensa nunq; exibūt. Et hec est mors secūda. Apoc. ij. de qua in ps̄. Mors peccatorū pessima. Huic cōtrariatur vita eterna. De qua loquens Amb. ita dicit. Ibi est vita sine morte: dies sine nocte: gaudiū sine merore: tranquillitas sine labore: fortitudo sine debilitate: rectitudo sine peruersitate: pulchritudo sine deformitate: veritas sine falsitate: charitas sine inuidia: felicitas sine miseria. Itē queritur: vtrū sit licitū ab aliquo moriente requirere: ꝙ reuelet ei statum suū post mortē? Respondit de hoc bea. Thom. in quadā questione de quodlibetis. Quod cū peccatū sit cōtra naturā: vt patet per Damas. in. ij. lib. Requirere implētionē naturalis desiderij non est peccatū: nisi aliqua inordinatio adiungatur: sicut patet in sumptione cibi ꝛ potus: homo autem naturaliter scire desiderat. Unde si requirat alicuius rei notitiā non est peccatum: nisi forte per accidens: hoc est per aliquā inordinationem adiunctā: puta si per studiū alicuius scientie aliquis impediatur ab officio predicationis debite vt propter studiū geometrie: aut etiam si quis inquirat aliquid cognoscere superbe et presumptuose: aut si qua alta inordinatio circa hoc contingat. Nulla autem inordinatio in hac inquisitione videtur: si quis inquirat a moriente cognoscere statum eius post mortem: subijciēdo tamen hoc diuino iudicio. Unde nulla ratio esse videtur qua re debeat dici hoc esse peccatum: nisi forte ex dubitatione fidei de futuro statu: quasi dubitando inquirat.

De mortе infernali.

Requirere ab aliq̄ vt reuelet statuz suum post mortē an sit licitū.

¶ De tribus nouissimis mortis. Capitulum. ij.

TRia sūt nouissima in mor

te: ꝛ ideo dicit in plurali: memorare nouissima. Primum est anime separatio. Secundū est separate ad deum presentatio. Tertiū est presentate sententie illatio. Quantū ad primū sciendū ꝙ in separatione anime a corpore cōmuniter superuenit multiplex bellum durum ꝛ grauissimum: quod christus insinuauit sub similitudine obsidiōis Hierosolymę dicēs. Circūdabunt te inimici tui vallo: ꝛ coangustabunt te vndiq; et ad terram prosternent te. Luce. xix. Et rationem assignat dicens. Eo qō non cognouerit tempus visitationis tue: scilicet recipiendo christum per gratiam ꝛ dilectionem. Et in predictis verbis notatur triplex bellantuz genus contra anime ciuitatem in nouissimo: scilicet separationis eius a corpe.

Triplex genꝰ bellantium.

¶ Primum est demoniorum infestatio. ibi. Circundabunt te.

¶ Secundum est propinquorum molestatio. ibidem. ꝛ coangustabunt te.

¶ Tertium est sensuū fatigatio. ibidez et ad terrā prosternēt te.

§. I. Quātū ad primū dicit Greg.

in Homil. ipsius euangelij ꝙ diabolus precipue aggreditur hominem in fine grauissime ꝛ astutissime tentans: sciens plus tem

portis nõ sibi restare ad seducendũ. Et in huius figura dixit dñs
Gen. iij. antiquo serpenti. Tu insidiaberis calcaneo eius. i. creatura rationalis: cuius calcaneus corpalis est extremitas corpis finẽ vite designãs. Et sicut serpẽs in cauda dicitur habere venenũ: ita in fine hominis tẽtatiões omnis malitie suggerit. Et de hoc ps. xvj. Inimici mei animã meã circũdederũt: adipẽ suũ cõcluserũt os eorũ locutũ est superbiã. Inimici nostri maxime sunt demões z hi animã vallo circundant: cũ peccata cõmissa ante mentẽ ponunt: vel diuersa tentamẽta suggerũt hincinde. Adipẽ suũ concludũt: q; abũdantẽ malitiã suã in animã includere querũt. Os eorũ loquitur superbiã: dũ videlicet de infidelitate vel de desperationis crudelitate: vel de cõfessionis taciturnitate mortẽ tentãt: que omnia ad superbiã pertinẽt. Cũ eñ sciat q; sine fide impossibile est placere deo. Hebr. xj. Et dubitus in fide sit infidelis. extra de here. dubius. Ideo ad dubitandũ de fide conatur inducere. Sed dicitur Apoc. ij. Esto fidelis vsq; ad mortẽ. i. inclusiue z dabo tibi coronã vite. Unde legitur de quodã magno doctore: q; cũ esset in extremis cõstitutus: diabolus aduenies suggerẽdo cepit alloqui mentẽ eius: z querere quid ipse crederet. Respõdit aũt ille cogitationi tali se credere q; credebat ecclesia. Et vlterius ille quesiuit quid ecclesia crederet: z respõdit articulos qui in symbolo cõtinentur: scz deũ trinũ z vnũ dei filiuz a virgine cõceptum z natũ z hmõi. Cui subdidit suggestio diabolica. Nõne philosophia que sm rationẽ est vt didicisti docet hoc impossibile fore. Et sic intrãs ipse disputationẽ super hmõi exisTi mãs propria virtute rationis illã expellere: in incredulitatẽ incidit z mortuus est. Inde ad paucũ tẽpus alius doctor infirmat ad mortem: cui apparẽs predictus mortuus: q; sibi familiaris z notus interrogauit de fide sua ne forte erraret. Qui ille respondit. Credo q; credit sancta mater ecclesia. Ille. Quid credit ecclesia? Respõdit infirmus id q; ego credo. At ille iterũ inqt: z tu quid credis? Respõdit idem q; prius scilicet q; credit ecclesia. Et sic pluries interrogando: munq; potuit eũ de predictis terminis educere: nec in desperationẽ ponere: propter q; demũ ille mortuus exclamãs dixit. Heu mihi quare nõ sic feci in infirmitate mea vltima: volui disputare cũ diabolo: confidens ex superbia mea de proprio ingenio: ex quo succubui de fide dubitãs z propter hoc eternaliter dãnatus sum. Ponũt autẽ z isti inimici demones aliã obsidionẽ z vallum: scilicet desperationis: z certe periculosa est desperatio: vt dicitur. ij. Reg. ij. imo nil periculosi? z ideo permaxime de desperatione tẽtat. Quod etiã fecit ergo beatũ Bernũ. Nam vt habetur in eius legenda in graui infirmitate cõstituto superuenit sibi tentatio desperationis de sua salute: cõsiderans se in multa negligentia deo seruisse: z se nil quasi boni fecisse: vnde tantũ premiũ glorie recipere deberet: sed illustratus a deo respondit tẽtatori. Fateor nil feciSse dignum tanto premio: sed christus dei filius duplici ratione illud obtinet: scilicet merito passionis: z ratione hereditarie successionis: quia naturalis filius dei: ipse vna ratione cõtentus est ipsum possidere: scilicet inquantũ filius: merito aũt passionis spero mihi certitudinaliter velle elargiri. Sicq; cõfusus est inimicus z nõ preualuit cõtra eum: sicut contra Cain qui dixit: maior est iniquitas mea q; vt veniã merear. Gen. iiij. Et sicut Judas qui laqueo se suspendit. Aliquos inducit ad taciturnitatẽ cõfessionis alicui? peccati: vel ad nõ restituendũ. Taciturnitas autẽ talis ex superbia oritur: vt dicitur de pen. dist. j. quis aliquãdo § taciturnitas. Unde in vitis patrũ legitur q; cuidã probo religioso in infirmitate cõstituto: apparuerũt duo demones in forma angelorũ bonorum dicentes se missos a deo: vt portarẽt animam eius ad celũ: sed ita grauẽ reperiebant q; non possent deferre. Nihilominus darent sibi modũ ad alleuiandũ peccata sua videlicet vt exinde teneret silentium firmissimũ. Quibus recedẽtibus illis nulli loquebatur nec respondebat. Nõ perpendẽs quidã sanctus vir et expertus visitans eũ cepit admonere. ne permitteret se decipi a diabolo: qui se aliquãdo transformat in angelũ lucis. Ex cuius verbis illuminatus locutus est: z reuelauit quomodo sibi apparuerant illi duo: z quid dixerant: z q; postea recordat? fuerat de quodã peccato mortali commisso in seculo: de quo nunq; cõfessus fuerat ex obliuione q; subito confessus est: aliqs fuisset dannatus: z sic detecte sunt inimicorũ insidie. Sic igitur circũdabũt te inimici tui vallo tentationum in fine. Nam et ad christum accessit in cruce pendentẽ: sicut ipse ait Joann. xiiij. Uenit enim id est veniet princeps mundi huius id est diabolus: et in me nõ habet quicq; scilicet peccati. Sed et beatus Martinus cum ipsum vidisset in extremis constitutus ait. Quid hic adstas cruẽta bestia ꝛc. Quamuis ergo graues sint eius tentationes: tamen qui recte viuit z veruz membrum christi est: ipse qui caput est nostrũ pro eis pugnat z vincit: sicut et ipse ait. Confidite quia vici mũdum id est peccata et tentationes mundi.

Joã. xvj.

Exẽplũ.

Desperatione nil periculosius.

Matth. xxvij.

Exẽpluz ex vitis patrum.

§. II. Quantũ ad scõm. Aliud genus bellantiũ inimicorũ est multitudo consanguineorũ: de quibus dicitur Mich. vij. Inimici hominis domestici eius id est cõsanguinei: z illi multũ coangustant. Primo quidẽ quia durũ est sibi deserere filios z vxorẽ z alios quos inordinate diligis. Unde Augu. de sero penitẽte ait. Quem moribus viget: z pena terret: ad verã vir venit satisfactionẽ: maxime cũ filij quos illicite dilexit sint presentes: z vxor et mundus ad se vocet. de pen. distin. vij. nullus. Et frequenter ex inordinato amore filiorũ potius volunt perdere animã q; aliena restituere ne pauperes remaneãt. Unde de quodam vsurario legitur in infirmitate constituto: q; cũ filij persuaderent ad restituendũ. Ille respondit q; si hoc ageret ad hospitale eos ire oporteret. Moritur igitur sine restitutione facta: post mortẽ vnus filius totam partẽ sibi contingentẽ restituit: z dei seruitio se mãcipauit. Alter vero retinuit suam partẽ mundanis deditus: z inde ad modicũ mortuus est. Quadã autem die cũ oraret ille qui restituerat: vidit terrã apertam: z in cẽtro ignem infernalem ibiq; tacere filium super patrez: alterq; alterum maledicere: pater filium eo q; amore eius illicite acquisierat nec satisfecerat. Filius patrem eo q; talia male ablata sibi dimiserat. Coangustant tales inimici domestici morientem inquãtum vnus querit sibi legari tantum: alius tantum: et tota eorum solicitudo est de lana non de anima. Aliquando etiam incipiũt euacuare capsas: quod videns infirmus non parum angustiatur: z de euentu familie sue. Coangustant aliquando quia volẽtem de suis disponere non permittunt: nec ad eum ingredi doctum religiosum: ne forte faceret sibi conscientiam de restitutione: vel eleemosynis pauperibus dandis: decipiunt eum dicẽtes cito sanandum: cum tamen sit periculum. Medicus etiam qui vt domesticus assumitur: non seruat preceptum ecclesie. de pen. z remiss. cum infirmitas: quia non admonet primo vt mittat pro confessore. Et ideo bene dicitur Hiere. ix. Unusquisq; se a proximo suo custodiat: z in omni fratre suo non habeat fiduciam: q; omnis frater supplantans supplantabit ꝛc.

Quõ cõ sãguinei bellãt cõtra morientes.

Historia vsurarii rum.

§. III. Quantũ ad tertiũ inimici nostri domestici sunt sensus nostri figurati per quinq; fratres diuitis epulonis: de quibus Psal. lviij. Eripe me de inimicis meis deus meus. Utiq; inimici nostri sunt qui furantur preciosissima scilicet animam. Thren. iij. Oculus meus depredatus est animam meam: z sic de alijs. Isti autem cum organis suis laborãt z paulatim deficiunt: et ita animam defatigant vt vix valeat infirmus aliquid de salute cogitare: sed quomodo possit sanari et habere gustũ ciborũ z huiusmodi. Unde ps. vj. Non est in morte qui memor sit tui. Demũ ad terram prosternunt dolores ipsi corporis. Et sicut arbor magna que habet plures radices in terra multũ defixas: cũ per securim inciditur: magno impetu prosternitur ad terram. Ita cum anima separatur a corpore per securim mortis: cum extrahere habeat omnes potentias z vitam ab organis corporis: fit hoc cum maxima violentia et dolore: et precipue in peccatoribus. Unde Eccli. xli. dicitur. O mors quã amara est memoria tua homini pacẽ habenti in substantijs suis viro quieto ꝛc. Sed electos suos in huiusmodi bello humorũ ad seinuicẽ bellantiũ deus mirabiliter cõsolatur. vnde Greg. in. iiij. Dial. dicit. Justi aliqñ in morte sua sanctorũ precedentiũ visiões aspiciũt: ne ipsam mortis sue penalẽ sententiã ptimescant: z sine dolore z formidinis fatigatione soluantur. Et aliquando sanctos eis apparentes aspiciunt. Exemplum de presbytero qui dixit soror. Tolle igniculum: adhuc foculus est: cui apparuerũt apostoli Petrus z Paulus. c. xij. in. iij. Dial. Aliquando angelos vident. exẽplum in Stephano. c. xxix. in eo. lib. iij. Et de beato Nicolao episcopo. Aliquãdo vident virginem Mariam. exẽplum de Musa. c. xxviij. lib. iij. Aliquãdo dominũ nostrũ Jesum christũ. exemplũ de Tharsilla. c. xvij. eo. lib. iij. Aliquando sentiũtur celestes melodie: z odor sentitur z lux videtur: sicut in seruulo paralytico. c. xv. eo. lib. iiij. Econtrario mali in morte videt demones cum magno impetu z violentia extrahentes animã de corpore vel deuorantes: sicut habetur in vitis patrum. z in. iiij. Dial. de eremita hypocrita: qui dixit se paulatim absorbert a dyacone ꝛc. Memorare ergo istud primum nouissimum.

De sensuum fallacione.

§. IIII. Scõm nouissimũ anime

separate est ante deũ presentatio: vt esth dicit apls ad Hebre. ix. Statutũ est hominibus semel mori: z post hoc iudiciũ: iudicium scz particulare discussionis de anima que ei presentat. Unde ps. Deus iudiciũ tuũ regi da. i. o deus pater da. i. dabis iudiciũ scz discussionis z examinationis. regi. s. christo qui est rex regũ z dominus dñantiũ. Et infra. Judicare. i. ad iudicandũ populũ tuuz in iustitia. Ante ipsuz opz nos presentari. iuxta illud apli Rom. xiiij. Omnes stabimus ante tribunal iudicis christi. Et. ij. Cor. v. Omnes nos manifestari opz ante tribunal christi. Et q: vt dicit Greg. Qualis quisq; hinc egreditur talis in iudicio presentabitur. dist. xxv. qualis. Ideo vt dicit sapiens Eccli. xviij. Ante iudiciũ para iustitiã. i. opera iusta cũ quibus cõpareas. Nã oia alia te deserũt nisi opera tua. Apoc. xiiij. Opera illorũ. s. mortuorum sequũtur illos. Unde Jo. damas. circa hoc ponit similitudinem talẽ. Fuit quidã habẽs tres amicos: vnũ diligebat plus qz se: aliũ sicut se: tertiũ minus se z satis parũ. Hic cũ fuisset citatus a dño suo ad respõdẽdũ in curia super factis suis: vñ sibi periculum mortis imminebat: accessit ad primũ: rogãs vt cũ eo iret et eũ iuuaret. qui rñdit se nõ posse ppter alias occupatiões: tamẽ ppter amacitiã suã si sentẽtiã mortis acciperet: daret ei saccũ cilicinũ ad eũ inuoluẽdũ. Ad aliũ accedẽs pro simili causa etiã ille se excusauit: sz tñ propter amicitiã eũ associaret vsq; ad curiã. Ad tertiũ accedẽs cũ verecũdia z confusione: q: parũ dilexerat: rogauit similiter vt eũ associaret. Qui ille. Licet parũ mihi dilectionis ostenderis: nihilominus nolo te deserere: sed ad iudicez tecũ volo venire z pte loqui. Homo hic significat quẽlibet peccatorem qui hz tres amicos: mundũ quẽ diligit magis qz se. i. salutem suã: cõsanguineos quos diligit vt se: z aliqua bona opera que tamẽ parua sunt: z cũ modica affectione facta. Cum aũt citatur per mortẽ a dño: z multũ hz timere de sententia danda: vtiq; mũdus nimis amatus ab ipso nõ comitatur eũ: sed dat sibi pro cadauere cooperiendo saccũ vilẽ. Cõsanguinei etiã nõ vadunt ad iudiciũ ad intercedendũ pro eo: sed associãt vsq; ad ecclesiã tumus. Sed bona opera eũ comitãtur: z si sunt facta in charitate eũ defendũt. Unde Amb. Nõ sunt hominis bona que secum ferre nõ põt. s. tẽporalia. Sola mia comes est defunctorũ. Cum igitur anima deo presentat exigit ratio ab ea. sm q; parabolice habet Wat. xviij. de rege qui voluit rationẽ ponere cũ suis suis.

Nota sili. tudinez.

De quib⁹ est ratio reddẽda.

¶ Et primo ponit rationem de bonis naturalibus.
¶ Secundo ponit rationem de bonis spiritualibus.
¶ Tertio ponit rationem de bonis tẽporalibus.
¶ Quarto ponit rationem de peccatis admissis z dimissis.
¶ Quinto ponit rationem de faciendis omissis.
¶ Sexto ponit rationem de subditis commissis.

Quantũ ad primũ dicit apls. j. Cor. iij. Quid habes qd nõ accepisti? q. d. nihil. Ipse eũ deus te fecit quãtũ ad corpus: z posse dit quãtũ ad vite cõseruationẽ: z creauit quãtũ ad animã. Deut. xxxij. Sũt aũt bona naturalia figurata per talẽta plura vel pauciora cõmissa a dño seruis suis ad lucrificãdũ: vt habetur parabolice Wat. xxv. nã vni dedit quinq; talenta: alteri duo: alij vnũ tantũ. Et post certũ tẽpus veniẽs vocauit eos vt rationẽ redderent de lucro. Unũ igitur talentũ põt dici esse liberũ arbitriũ qd omnibus datur adultis: ni si fatuis qui nõ habẽt reddere rationem. Et hoc solo sine sanitate corporis z aliis bonis tẽporalib⁹ põt multa facere. s. ad gratiã se preparare si eam nõ hz. Et certũ est sm bñ Tho. in. iij. q. nulli eã subtrahit faciẽti qd in se est: et receptã potest z debet augmẽtare. Unde Eccli. xv. dicitur, Deus creauit hominẽ: z reliquit eũ in manu cõsilij sui. i. potestate arbitrij: posuit ante eũ malũ z bonũ: ad qd voluerit extẽdat manum suã. Duo talẽta sunt liberũ arbitriũ q ad aiam: z valitudo corporis que a deo dãtur. Unde ps. xxvj. Dñs illuminatio mea. i. causa illuminatiõis quo ad animã z rationem: z salus mea quo ad corporis sanitatẽ: z certe magnũ est istud talentum: q: vt dicitur Eccli. xxx. Nõ est census super censum salutis corporis. Quinq; vero talenta intellectiua acuta ad inuestigandũ: z memoratiua tenax ad recordandũ: estimatiua ad arbitrãdũ: imaginatiua fortis ad phãtasiãdũ: sensitiua exterior ad exercitãdũe Ratio igit exigetur de intellectiua: si circa vana z curiosa se exercuit: q: tũc demeruit: aut circa diuina pcepta: q: tũc lucratus est merita. Uñ Eccli. iij. In pluribus operibus eius ne fueris curiosus: sed que tibi precepit deus illa cogita semper. De memoria inquiretur si fuerit occupata ad recolendũ iniurias ob vindictã cõtra illud. Ne memor eris iniurie. Leuit. xix. Aut ad recolẽdũ diuina beneficia. sm exẽplũ Esa. lxiij. dicentis. Miserationũ dñi recordabor. Tũcem lucrat. De estimatiua iuncta cũ ratione si se estimauit supra se: nã tunc multũ perdidit. ad Ga. vj. Qui se existimat aliqd esse cũ nihil sit: ipse se seducit. Sed habẽdo rectã estimationem de futuro premio per penas cõsequẽdo: z principaliter virtute dei multũ lucrat. Sic faciebat apls dicẽs ad Ro. viij. Existimo q: nõ sunt cõdigne passiones huius tpis ad futurã gloriã q reuelabitur in nobis. De imaginatiua cũ intellectu iũcta ad phãtasiandũ circa scripturarũ cõcordãtiã. ps. xlj. Abyssus abyssum inuocat. Ab altitudine phãtasie. i. vetus testamẽtũ vbi est abyssus qsi infinite sapientie: inuocat abyssum nouũ testamẽti: z econuerso: q: vnũ reddit testimoniũ alteri. Et abyssus culparũ inuocat abyssum penarũ ex testimonio scripturarũ: qd phãtasie altitudo concernit: z sic lucrat. De sensitiua exteriori exigẽt ratio: si vsus est rõnabiliter nõ pueriliter. Uñ apls. j. ad Cor. xiij. Nolite pueri effici sensibus: sed malitia paruuli estote. i. nõ vtẽdo ad malitias peccatorũ. Qui vero duo talẽta accepit. s. sanũ sensum seu intellectũ: z corp⁹ exigetur rõ si intellectu attẽtione fecit orationes z audiuit diuina: z si corpus spiritui subiecit per abstinẽtias moderatas: tñ sm illud Ro. xij. Exhibeatis corpora vestra hostiã viuentẽ sanctã deo placẽtẽ. Qui vero vnũ tãtũ accipit etiã si illud nõ multiplicauerit preparãdo se ad gratiã z viuendo sm eam: vt malus z piger cõdẽnabitur. Qui vero accepta multiplicauerit bene vtẽdo dicet ei. Euge serue bone z fidelis &c. Mat. xxv. De bonis spũalib⁹ exigetur rõ: q vtiq; dãtur a deo. j. Cor. xij. Unicuiq; datur. s. a deo mãifestatio spũs ad vtilitatẽ. Et hec sunt decẽ figurata per decẽ mnas quas homo nobilis dedit vni ex seruis suis: alteri dãs quinq; alteri vnã vt negotiarẽtur cum eis: vt habet Luc. xix. parabolice. Nouẽ ex his sunt gratie gratis date cões bonis z malis: quas enumerat apostolus. j. Cor. xij. Diuisiones gratiarũ sunt &c. Decima gratia que est omnibus vtilior est gratia gratũ faciẽs. Hec datur cuilibet in baptismo ni si ponat obstaculũ. Sed gratie gratis date omnes nõ dãtur simul vni cõiter: sed alicui plures: alicui pauciores: alicui aũt dantur oẽs simul cũ gratia gratũ faciẽte: vt btõ Dñico. habuit enim sermonẽ sapiẽtie. s. ad loquendũ sapide z alte de diuinis. Sermonem sciẽtie ad loquendũ efficaciter de humanis z moralib⁹. Habuit z fidẽ. i. quãdã certitudinẽ credendorũ: qõ ostẽdit in disputatione cõtra hereticos: precipue in charta in ignẽ missa z illesa. Gratia sanitatũ ei nõ defuit: q: plurimos exvarijs lãguorib⁹ sanauit. Operatio virtutũ in eo refulsit. i. in signis miraculorũ: vt resuscitatio mortuorũ. Prophetiã se habere ostendit reuelatiõe occultorũ: vt de cõuersione cuiusdẽ heretici deputati ad mortez. Discretio spirituũ ei adfuit: in cognoscẽdo insidias demonũ sibi apparẽtiũ. Genus linguarũ: z precipue intelligẽdo idioma aliorũ sibi ignotũ. Interpretatio quoq; sermonũ in eo fuit ostẽsa: qõ mirabiliter z suauit: r exponebat mysteria scripturarũ vnde plures libros postillauit. Habuit z gratiã gratũ facientẽ: vt patet ex sanctitate eius z operibus virtuosis: de vsu earũ exigetur ratio. Nam qui tantũ mnã vnã recipit. i. gratiã gratũ facientẽ reddere hz rationẽ: nõ solũ si cõseruauit: sed z si augmẽtauit per exercitium virtutum. Propter qõ dicebat apls. ij. ad Cor. vj. Hortamur vos ne in vacuũ gratiã dei recipiatis. In vacuum recipit. i. frustra qui in ea se nõ exercet. Unde in illa parabola: q: nõ multiplicauit eam qui vnã accepit mnã reprehẽsus z ea priuat⁹ fuit. Qui recipit aliquas ex gratijs gratis datis: sed nõ omnes: figuratur per eũ qui quinq; acceperat. Et talis etiã siue partem siue oẽs receperit: rationẽ reddet quomodo eis vsus est z quo fine: videlicet si ad vtilitatem proximorũ z honorẽ dei propter q dantur: aut propter honorẽ proprium. j. Pet. iiij. dicitur. Unusquisq; sicut accepit gratiã in alterutrũ illã administrãtes: sicut boni dispensatores multiformis gratie dei. Hinc z Augu. j. qõ. j. prophetauit dicẽs. Nõ se iactent qui forte sine charitate habent sanctuz dei munus id est aliquã gratiã gratis datã: sed videant qualem rationem sint habituri cum deo qui sanctis non sancte vruntur: vt Saul malus z Balaam prophetiam habentes. Bona tẽporalia sunt diuitie: honores: fama z hmõi: que dantur abundãter z mediocriter z tenuiter sm beneplacitũ dei. Ut eũ dicit Ambr. de diuite. Quãdo hãc ingressus es lucẽ: quãdo de matris vẽtre existi: quibus facultatibus queso: quibus subsidijs stipatus ingressus es. dist. xlvij. sicut hi. q. d. nullis. Ergo a deo tibi cõcessa sunt: non ad dissipandũ vel tibi retinẽdum: sed rationabiliter dispẽsandũ tibi z alijs. Et de hmõi dispẽsatiõe ratio exigetur: vt habetur parabolice Luc. xvj. de quodã villico qui diffamat⁹ q dissipasset bona dñi sui: vocat⁹ ab eo ait. Redde rationẽ villicatio-

Talenta quinq;

Cõparatio gratie

nis tue. Ad idē facit qđ ait Aug. Hostes qr rōnabiles facti sunt z de se z de omnib⁹ reb⁹ que in vsum vite p̄sentis acceperūt: rōnem reddituri sunt deo: z p̄o actuū suoꝝ qualitate recipiēt aut glozią aut penā. xv. q. j. Firmissime tenes ex eo aūt. Qui igitur tenaces sunt z pauper ib⁹ nō subuenūt: male poterūt reddere rōnem: vt diues epulo. Lu. xvj. Et qui ea in vanitatibus: inludis: in cōuiuijs: in pōpis cōsumūt: deterius eis erit: nisi se recognoscāt z doleāt: vt filius prodigus qui dissipauit oēm substantią suā viuendo luxuriose. Lu. xv. Postea ad patrē cū humilitate reuersus est. Pessime aūt rōnē reddere poterūt qui per fas z nefas acquirūt z retinēt talia: sicut Achan qui furatus regulā auream z chlamy dē: propter hoc lapidatus est. Josue. vij. c. Quarto exigetur ratio de peccatis ad: missis z dimissis. De omni verbo otioso reddēt hoies rōnem in die iudicij. Mat. xij. Non solū vniuersalis: sed z particularis iudicij qđ est per mortē. Est aūt verbū mētale vt cogitatio: vocale vt locutio: māuale vt laboratio. Et de q̄libet horꝝ si fuerit otiosum. i. inutile z infructuosum punitur. Añ Mich. ij. Ue vobis qui cogitatis inutile. Et multo magis et strictius de locutionibus maledicis: detractoꝝ̄ijs: mēdacijs: periuratoꝝ̄ijs: incātationib⁹. z hmōi. Cū autē hmōi pijssim⁹ de⁹ dimittat reuertēti ad penitētią: z toties q̄ties exiget rō si ipse ita dimisit odiū offendētibus eū. Nā si nō dimisit: sz cū odio fraterno migrauit: acerrime confundet z puniet: sm similitudinē datā a saluatore nr̄o Mat. xviij. de seruo debitore decē milliū talētoꝝ̄: q̄ cū fuisset oblatus dño suo in ratiocinio faciēdo z nō haberet vnde redderet: iussisset q̄z dns eius eū vēdi z vxorē eius z filios: z ex p̄tio sibi satisfieri: humiliat⁹ ille, pmittēs satisfactionē: data sibi dilatiōe dns eius dimisit eū libe z debitum eius. Postmodū seruus ille inueniēs cōseruū suū debitorē in cētū denarijs cūille se humiliaret z peteret dilationē ab eo repetēte debitū noluit cōcedere: sed misit eum in carcerē. Quo audito dns eius iterum fecit vocare eum dicēs. Serue nequā omne debitū dimisi tibi ꝛc. demum tradidit eum tortoꝝ̄b⁹. Dns iste z rex de⁹ est: debitor decē milium talentoꝝ est trāsgressor p̄ceptoꝝ: cogitatione: locutione: vel operatiōe. Exactio seu inquisitio ratiocinij prima vice est per inspirationē z internā cōpunctionē: in qua cōsideratione videt se petor dignū cōdēnatione: vt scz vēdatur in seruū diabolo: vt. s. ei subijciatur in penis. z vxor eius. i. volūtas: z filij. i. affectus sui z sensus. Sz sciēs diuinā pietatez: miam humiliter petit proponēs in futurum vita comite satisfacere de malis suis. Ad quā cōpunctionē z p̄positū subito deus liberat a seruitute diaboli: z debitum petoꝝ relaxat. Sed ingratus homo de tam immenso bñficio: cū postea recipit aliquā iniurią a, primo: vel recordatur de alia sibi facta: nō vult ignoscere: sz querit vindictaz. Et perseuerādo in hmōi crudelitate: deus scōo vocat. s. per mortez. Et si cū tali indispositione ad tribunal christi accedit post mortimā cōfusionē tandē tradit tortoribus carceris infernalis. Et ad hoc facit qđ dicit Aug. Qui diuini beneficij oblit⁹ suas vult vindicare iniurias: nō solum de p̄teritis peccatis venią nō merebitur: sed que sibi dimissa fuissa gaudebat ei imputabūtur ad penā. de pen. dist. iij. quidiuini. Quinto ponit rationem seu exigit de bonis omissis que innumera sunt. Propter qđ dicit p̄s. xviij. Delicta quis intelligit. q. d. nullus. Et dicuntur delicta peccata omissionis: quasi derelicta. s. bona que fieri debebāt. Et que sint ista delicta seu bona omissa in parte oñdit in eo qđ subdit. Ab occultis meis munda me ꝛc. Multa eñ sunt petā que eo q̄ sunt nobis ignota z oblita: omittimus de ipsis agere penitētią. Multa eñ sunt que etsi in se bona sint z bona intētione facta: ppter aliquā circūstantią debitā ibi omissam demeritoria sunt. Quis etiā posset intelligere tp̄s omissum in quo potuit quisq̄ bona plura agere. De quo inquit Bernar. Oñe tēpus tibi impēsum exiget a te ratio qualiter fuerit expensum. Scōo erga proximū omittit q̄s etiā multa que dz facer: vt fraternā correctionē. De qua omissione Aug. ait. Si negligeris corrigere: peior effectus es eo qui peccauit. Sed de hac materia fraterne correctionis habes in. ij. par. ti. ix. c. vj. Similiter omittit quis bona exēpla primo suo dare: z a specie mali sibi cauere propter qđ efficit alteri occasio ruine. Et ista sunt delicta aliena. de qb⁹ p̄s. xviij. dicit. Ab alienis parce seruo tuo. Ab alienis. s. peccatis quoꝝ sum occasio. Tertio omittit quis facere plura bona: vt mundum deserere: religionem intrare: z alia opera perfectiōis facere ppter amorē suoꝝ ne displiceat eis. Propter qđ subdit propheta ibidē. Si mei non fuerint dñati. s. amici z ppinqui: vel etiā cū proponit quis sensus suos diligenter custodire: ne mors peccati intret per eos: tract⁹ postea sensualitate omittit illud exeq̄: z sic sui sez sensus dñantur eius. Sed tunc q̄s erit imaculatus vt subdit p̄s. Si ab occultis z ab alienis z suis liber fuerit peccatis. Hec quersatio immaculata. s. libera ab omnibus mortalibus figurat per vestē nuptialem: quā quis nō hz in nuptijs ecclesie militātis: sz sine ea p̄sentatur ante cōspectū superni iudicis cū summa sui cōfusiōe dicit sibi. Amice quō huc intrasti: nō habēs vestē nuptialē: vt habetur parabolice Mat. xxij. Sicut eñ illi qui noluerunt inuitati ire ad illas nuptias: significat Judeos z alios infideles q̄ ad nuptias ecclesie. i. fidē accedere noluerunt: propter qđ igni cum ciuitate traditi sunt. i. anime: z postea corpora ipsoꝝ̄. Sic ille qui nuptijs interfuit sine veste nuptiali significat quemlibet christianum nō habentē virtuosam cōuersationē: sed maculatam: z ob hoc talis etiā mittitur in tenebras exteriores obmutescēs. Sexto exiget ratio de subditis cōmissis. Unde apl⁹ ad Hebr. viti. Obedite p̄positis vestris z subiacete eis. ipsi eñ pernigilāt quasi rōnē p̄o animab⁹ vīs reddituri. Et aliq̄ quid ē rōnē reddituri sunt quantū ad gubernationem oeconomicā: sicut pater z mater de moꝝ̄b⁹ filioꝝ̄: nō eñ minus de animabus eoꝝ̄ curā gerere debent ne infirmen⁹ per pctā: q̄z de corpoꝝ̄b⁹ vt sana cōseruentur. Ob q̄ nō fecit Heli etsi in se bonus fuerit: horribili morte mulctatus est. j. Reg. iij. Aliqui rationē reddēt de alijs quo ad gubernationē politicā. s. ciuitatū z castroꝝ̄: z hi rationē habēt reddere z puniri de legibus iniustis vel iniuste cōstitutis: de malis cōsuetudinibus non extirpatis si potuerūt extirpare: de taleis z alijs grauaminib⁹ extoꝝ̄tis: de sentētijs iniquis z alij hmōi. Et vt b: Sap vj. Judiciū durissimū fiet his qui p̄sunt. Durū si nō bñ rexerint seipsos: duri⁹ si nō bñ gubernauerint familiā, ppūa: durissimum si iustitią legalē omnibus nō ministrauerint. Alijvero rationē reddituri sunt quo ad gubernationē ecclesiasticā: vt p̄lati ecclesie: videlicet si regimē cōsecuti sunt canonice: z non per ambitionē vel simoniā. Si per se vel saltē alios populos docuerunt necessaria saluti. Si bona ecclesiarum bñ tractauerunt: pauperes subleuādo: non in pōpis vestiū: in multis: in sanguineis: in ludis z turpitudinibus male exponēdo. Si plus de anima subditi q̄z de lacte z lana curā habuerūt. Si vitia debite correxerūt. vñ. xiij. q. j. ecclesias. dicitur de talibus. Unusquisq̄z terminis suis sit contentus: z taliter ecclesią z plebē sibi cōmissam custodiat: vt ante tribunal iudicis eterni ex omnibus sibi cōmissis rationē reddat: z nō iudiciū: sed glorią p̄o suis actibus percipiat. Unde dns dixit Luc. xij. Quis putas est fidelis dispēsator z prudēs quem cōstituit dns super familiā̄ q. d. rarus. Sed beatus ille seruus quē cū venerit dom⁹ inueniet ita facientē: scilicet fideliter z prudenter. Sed si secus fecerit: veniet dom⁹ hora qua nescit z diuidet eum: partēq̄z eius cū hypocritis ponet.

§. V. Tertiū z nouissimum quod

est memorandū est post rationē redditā coram christo iudice sentētie illato. Est aūt super omnia hoc horrendū z expauescēdū: qr vt dicitur Eccls. xj. In quācūq̄z partē lignū ceciderit: sive ad Austrū sive ad Aquilonē ibi erit. Et loquitur de ligno seu arbore rationali: que tūc cadit cum mouēs sententią recipit: scz vel eū di ad Aquilonē. i. ad infernū. Ab Aquilone eñ pādetur omne malū. Hiere. j. Vel ad Austrū vbi est calor signans charitatē: vel ad Austrū. s. paradisum actu vel aptitudine recipiēdi: z tbi semper erit sm ea que hic operatus est sententią reportando. Unde p̄s. lxj. dicit. Potestas dei est: z tibi dñe mia: qr tu reddis vnicuiq̄z iuxta opera sua. Potestas absoluta z vniuersalis in eo est ad faciēdū de creatura ad placitū suū: nec est qui de manu sua possit eruere. Potestas in ipso est ad puniendū petoꝝ̄es. Inest sibi z mia ad remunerandū bonos vltra cōdignū: z puniendū malos circa cōdignū. Reddet vnicuiq̄z nō sm opinionē hominū que sepe errat: sed sm sua opera. Unde vt habetur parabolice Matth. xxv. Fatue virgines quinq̄z que similes prudentibus videbātur aliam sententią reportarunt q̄z ille: signantes animas quinq̄z sensibus deditas: vnde z fatuas. Nam qr nō portauerūt secum oleū in vasis. i. charitatē in cōscientijs: cum habuerunt occurrere spōso. s. ipsi iudici christo eis nouissime venientibus. i. p̄o reportatione sentētie clausa est ianua: z dictū est eis. Nescio vos. Multum terret sanctos ista cōsideratio. Nam vt dicit Greg. Multa sunt que de dei iudicio homines ignorāt: qr fortasse qđ vos laudatis: ille reprehendet: z qđ vos reprehēditis: ille laudabit. Et loquitur Greg. sic scribēs Mauritio imperatoꝝ̄. xj. q. j. sacerdotibus, Unde in vitis patrum cū abbas Agathon esset in extremis: ostendebat se multū timere: cui circūstates cum interrogarent quare timeret: cū per. lx. annos semper deo seruisset cuz magna abstinentia.

Dānatio auaroꝝ̄.

Ingratitudo humana.

Delicta infa multa.

Nota cōtra p̄latos.

Determinatio nouissimo.

Timor Agathonis.

abstinẽtia. dixit ille. Laborauī iuxta fragilitatẽ meã i seruitio dei: sz qz alia sunt iudicia dei ꝫ nostra: iõ time o. Aliqñ putam⁹ deo placere: vbi demereмur propter aliquẽ defectũ nobis ignotum. Uñ z Job. ix. Uerebar omnia opera mea sciẽs qꝺ nõ parceres delinquẽti. Et ad hoc etiã facit qꝺ dñs vinee dixit. Uoca operarios z redde illis mercedem. Matth. xx. Ubi tria notantur. Primo.

¶ Nostra migratio: ibi. Uoca.

¶ Uaria hic exercitatio: ibi. operarios.

¶ Operis retributio: ibi. redde illis mercedem.

Tria migratio.

§. VI. Quãtum ad primum dicit

Job. xiij. Uocabis me. s. per mortẽ: z ego respõdebo tibi hinc mi grando. z vt dicit Cyprian⁹ de peni. dist. j. nunquid Cain. Qualem te inuenit dñs cũ vocat: talẽ te iudicat. Uocat aũt ipse deus pius nos in vita presenti ad laborandũ in vinea ecclesie z varie.

¶ Nam aliquos vocat ad necessariorum obseruationem.

¶ Aliquos ad perfectorum conuersationem.

¶ Aliquos ad plurimorum gubernationem.

Et de primo põt intelligi illud ps. xlix. Deus de celo dñs locutus est: z vocauit terrã. i. hoiem. Et hoc. A solis ortu vsqꝫ ad occasum. i. a principio quo sol intelligẽtie oritur ei vsqꝫ ad occasum se nectutis. Uocat aũt ad tria obseruãda omnibus necessaria. s. ad fidẽ credendo z: spem eternoz: z dilectionẽ dei z proximorũ. Et de his in figurã dixit Moyses Exo. iij. Dñs deus Hebreoꝝ vocauit nos: via trium dierũ ibimus in solitudine. s. vite presentis. Uia triũ dierũ est opera illarũ triũ virtutũ: z sic immolam⁹ deo nostro sacrificiũ sibi gratũ spũaliter. Nã de fide dicit beat⁹ Pet. in canonica sua. De tenebris. s. infidelitatis nos vocauit in admirabile lumẽ suum: scilicet fidei. De spe dicit idẽ apostolus. j. Pet. v. Deus vocauit nos in eternã gloriã suã. s. ad sperendũ eam. De charitate. j. Cor. j. Uocati estis in societatẽ filij eius. qꝺ vtiqꝫ est per charitatẽ. Facit autẽ istã vocationẽ tripliciter scilicet per internam inspirationẽ: per beneficã largitionẽ et flagellationem. Que tria notantur Prouerb. j. ibi. Uocaui vos scilicet per internam inspirationẽ. iuxta illud Apoc. iij. Ego sto ad ostiũ z pulso. Sto ad ostiũ. s. ad portã intellectus z volũtatis: z pulso per instigationẽ ad bona opera: sed renuistis: subdit deus. Extendi manum meã: z nõ fuit qui aspiceret: quo ad secundũ scilicet largitionem beneficioz. Extẽdit manus in creãdo. fm illud ps. cxviij. Manus tue domine fecerũt me. Extẽdit in cruce redimẽdo. ps. cxl. Eleuatio manuũ mearum ꝛc. Extẽdit in gubernando: fm nõ est qui aspiciat recognoscẽdo. Et inter alia beneficia dat consilia z monita per predicationes. Sed desperastis: inquit sapientia qꝫ deus est: omne cõsiliũ meum. Uocat per flagella. Grego. in homil. Ecce tot flagellis atterimur: tot minarũ asperitatibus deterremur: z tamẽ vocantẽ. s. per hec flagella sequi cõtennim⁹. Et hoc est qꝺ subdit Sap. Increpationes meas scilicet per flagella negleristis nõ emendãdo vos. Et subdit malũ proueniens in non audiendo z sequẽdo tales vocationes. Ego inquit in interitu vestro scilicet mortis eterne ridebo. Et ideo apostolus hortabatur dicẽs Eph. iiij. Obsecro vos vt digne ambuletis vocatione qua vocati estis. Quantũ ad scdam vocationẽ. s. ad statũ perfectionis dicit Esa. xlj. Uocauit ab ortẽte iustũ vt sequeretur se. et loquitur de Abraam cui dñs dixit Gen. xvij. Ambula coram me et esto perfectus. Uocauit autẽ eũ ab ortẽte quãdo sibi dixit. Egredere de terra tua: z de cognatione tua: z de domo patris tui: et veni in terrã quam mõstrauero tibi. Gen. xij. Hec terra figurat statũ religionis z perfectionis ad quã quis vocatus debet tria facere in illis verbis notata. Debet enim primo egredi de terra id est de affectu terrenorũ: vt nõ solũ non habeat quid proprium: fm illud Aug. Nõ dicatis vos aliquid habere proprium: sz sint vobis omnia cõmunia. xij. q. j. nõ dicatis. Sed abrenũtiat affectui inordinato omniũ tẽporaliũ honoris: potẽtie: glorie z huiusmodi. Secundo debet egredi de cognatione sua. z de hac cognatione dicit Job. xvij. Putredini dixi: pater meus es: mater mea: et soror mea vermibus. Oportet ergo etiã deserere patrẽ appetit⁹ sensualis: qui nõ querit nisi putrida id est corruptibilia: z matrẽ curiositatis sensitiue: z sorores z fratres passionũ impugnãtium ac etiam affectũ parentele carnalis. Unde Amb. Hec est vera seculi fuga abdicatio domesticorũ: z quedã alienatio charissimorum: vt suis se abneget. xij. q. j. cui portio. Tertio egredi oportet de domo patris sui. Primus pater noster cuz terrã ingredimur est diabolus cuius per originale peccatũ filij dicimur. Domus eius propria volũtas z superbia quã continue inhabitat. Et hãc etiã oportet deserere per humilitatẽ z verã obedientiã. Et hanc vocationẽ cũ sit ad terrã promissiõis id est vitã eternam: vt dicit Pet. in cano. sua. Satagite vt per bona opera certã vestrã vocationẽ z electionẽ faciatis. Tripliciter autẽ vocat deus ad hmõi statũ. Jn cuius figurã Samuel diuino cultui mãcipatus ter fuit a dño euocatus: vt habet. j. Reg. iij. Aliquos eñ vocat ad hmõi statũ ob alicuius miserie euasionẽ: z sic fuit vocat⁹ abbas Moyses: vt habetur in collationibus patrũ. Nam cũ fecisset furtum et quereretur ad mortẽ: vt euaderet: habitũ religionis assumpsit: sz postea timore seruili deposito magnũ apicẽ perfectionis apprehendit. Scõo aliquos vocat per doctrine eruditionẽ: z sic vocatus fuit bea. Antoni⁹ cũ audiuit in ecclesia legi. Si vis perfect⁹ esse ꝛc. Sic z Barnabas z plures alij discipuli profecti sunt ad predicationẽ apl̃oꝝ. Act. iij. Tertio vocantur alij per spiritualẽ reuelationẽ: vt Paul⁹ qui de se dicit. Cũ placuit ei qui me segregauit ex vtero matris: z vocauit per gratiã suam vt reuelaret in me filiũ suum ꝛc. ad Gal. j. Sic etiã vt habetur in vitis patruz de quodã studẽte Bononie: qꝺ in somno visum est sibi esse supra pratum latissimũ: z superueniente maxima tẽpestate cũ huc illucꝫ fugiẽdo discurreret: nec recipi potuisset in domo vbi habitabat veritas: nec in domo iustitie: nec etiã misericordie: demũ ad domum pacis veniẽs consuluit sibi ad euadendum mortem qꝺ iret ad domũ predicatorũ: ex qua visione intellecta factus est frater. Uidete ergo vocationẽ vestrã ait apostolus. j. Cor. j. Quantuz ad tertium dico qꝺ vocantur aliqui ad aliouz gubernationẽ scilicet per prelationẽ. Unde ad Hebr. v. Nec quisqꝫ sibi sumat honorem: sed qui vocatur a deo tanqꝫ Aaron. Nõ dixit qui se ingerit: sed qui vocatus est a domino. Unde Grego. Sicut qui inuitatus renuit: quesitus refugit: sacris altaribus est amouendus. sic qui vltro ambit: vel importune se ingerit: est proculdubio repellẽdus. viij. q. j. in scripturis. Et sicut ipsi apostoli qui fuerunt prelati ecclesie ter fuerunt a domino euocati. vt patet Jo. j. Matth. iiij. Luce. v. Sic etiã vocatur quis a domino in prelationẽ tripliciter: videlicet vel per canonicã electionẽ. de qua extra de elect. cum in cunctis. z. c. qꝺ propter. Uel per superiorꝰ ex se impositionem. Uel per diuinã reuelationẽ: vt cõtingit beato Nicolao: et beato Seuero z Ambrosio. Et in tali vocatione debet quis assimilari Aaron in sua vocatione: vt videlicet sicut virga Aarõ frõduit: floruit: fructus produxit. Jta z prelatus abundet in frondibus sane doctrine: in floribus modestie z bone fame: in fructib⁹ operationis virtuose. Sed heu qꝺ potest dici illud Saluatoris. Multi sunt vocati. Jn istis varijs vocationibus scilicet necessarie obseruationis religiõis: z prelatiõis: pauci vero electi. Mat. xxij. quo scilicet ad consecutionẽ premij. Et hoc qꝺ impediuntur vel per carnalia opera: vel per diuitias nimis amatas: vel p curiositatẽ z superbiã: figurati per eos qui vocati ad cenã noluerunt accedere: vt habetur parabolice Luce. xiiij. de quibus dicitur. Nemo virorũ illorũ qui inuitati fuerant venire voluerunt: z ideo non gustabũt cenã meã. Ubi notatur z humana iniquitas in non veniendo: ibi. Nemo illorum virorum. Et diuina benignitas in accersiendo: ibi. Qui vocati sunt. Et secutura infelicitas: ibi. Non gustabunt cenam meam. De qua Apoc. xix. Beati qui ad cenam nuptiarum agni vocati sunt.

Deuocatiõe q̃ fit per internã inspirationez.

Prelati tripl̃r ad electionẽ vocãtur.

De progressu ad statũ perfectiõis.

Aliq̃ vocantur p aliorũ gubernatione.

§. VII. Quantũ ad scdm vbi scilz

dicitur. Operarios. notatur humana exercitatio. Homo eñ nascitur ad laborẽ: z auis ad volatũ. vt dicitur Job. v. Uñ z de primo parente nostro Adã dicitur Gen. ij. qꝺ deus posuit eũ in paradiso voluptatis vt operaret. Uinea autẽ in qua operãtur homines significat ecclesiã fm Grego. z alios doc. ecclesie. Et hec vinea plãtata fuit in lege nature. Jn cuiꝰ figurã legitur qꝺ Noe cepit exercere terrã z plantauit vineã. Gen. ix. Põt etiã significare animã. Uinea domini exercituũ domus Jsrael est. Esa. v. Domus Jsrael ad literã erat populus Judaicus qui descendit ab Jsrael: qui alio nomine vocat⁹ est Jacob. Et in illa familia Jacob remanserat verus cultus dei: z cõsequenter ecclesia: alijs declinantibus ad idololatriã nationibus. Spiritualiter autẽ domus Jsrael est cõgregatio fidelium bonorũ: qui deũ vident viua fide. Jsrael enim interpretatur videns deũ: z Jacob supplantatoz sz vitioꝝ: z vtrũqꝫ fit viua fide. Hec autẽ vinea habuit initiũ fm Grego. ab Abel iusto. cuius eñ primi parentes vt creditur egerint penitentiã de pctõ inobedientie sue: vt dicitur de peni. dist. j. sicut primi. Et sic pertinuerint ad vineã istã: nõ tamen dicitur inchoasse in eis: qꝺ primi fuerũt ad destruendũ: ne videatur initiuz habuisse a peccatoribus: z habebit finẽ in vltimo iusto. Et sciendum qꝺ ipsi boni fideles cuiuscũqꝫ nationis z tẽporis z vinea di-

Hõ nascitur ad laborãdũ.

nec Roe rogare possunt pro quoq̃. Sed vnūquēq̃ onus suum portare. s. oportet. xiij. q. ij. in presenti. Et ad idē facit qđ ait Ps. xlviij. Frater nō redimet: scilz christus qui est frater noster in illo iudicio. Redimet homo. q. d. Nō aliquis quantūcūq̃ sanct⁹ ex quo christus ipse nō liberat reprobū nō dabit deo placationē suā scz ipse reprobus in nullo placere poterit. Et pretiū redēptionis aie sue: scz soluere nō poterit pro sui liberatione: sed laborabit in eternū. Hec aūt sentētia pulchre ꝛ plene fuit designata Dañ. v. in sentētia data cōtra regē Balthasar. vbi dr q̄ Balthasar cū fecisset grande cōuiuiū optimatib⁹: vxoribus ꝛ concubinis suis: et biberēt in vasis aureis ꝛ argenteis que asportata erant de tēplo Hierosolymorū: laudarētq̃ deos suos: aureos ꝛ argenteos: ferreos: ereos: ligneos ꝛ lapideos: apparuerūtq̃ digiti quasi hois scribētis contra candelabrū in superficie parietis aule regie. Et rex aspiciebat articulos man⁹ scribētis: ꝛ tūc facies eius cōmutata est: ꝛ perturbabāt eū cogitationes eius: ꝛ cōpages renū eius soluebātur: ꝛ genua eius ad inuicē collidebātur. Et cū nullus sapientū curie legere potuisset scripturā demū a Daniele lecta est. Mane Thetel Phares. Eadēq̃ die ipse Balthasar regnū amisit et vitā: interfectus a Persis ꝛ Medis. Moraliter exponendo sm Hico. de Lyra. Balthasar q̄ interpretatur capillus capitis significat superfluitatē: qr capillus nascitur ex superfluitate. Hec superfluitas reperitur in pctōrib⁹ ꝛ in luxuria manifesta: qđ significat per concubinas eius. Et in gula quod designatur ex cōuiuio. Et in inepta letitia per vinū figurata. Et adulatorū applaudentia in optimatibus insinuata. Et in superbia in vasis aureis demonstrata. Et in auaritia q̄ secundum apostolū est idolorum seruitus. Et in dijs quos laudabat presignata. Que quidem auaritia vel est cum violentia. Et hi sunt dij ferrei: qr sicut ferrum domat oīa: sic isti sine misericordia cuncta auferunt. In ereis dijs signatur auaritia que est cū fraudulētia: qr videtur esse verum ꝛ non est: qđ fraude fit. In dijs argenteis apparentia signatur auaritia que queritur ex doctrina: quia argentū sonorum est. In dijs aureis innuitur auaritia presidentium propter claritatem et nobilitatem ipsius auri. In dijs lapideis auaritia vsurariorum: qui vt lapides insensibiles et incōuertibiles fiunt. In dijs ligneis auaritia aliorum illicite lucrantiū. Contra hmōi igitur diuino iudicio cōparens videt scripturā sententie contra se dari per manum scribētem. Ubi sciendum q̄ scribens est pater: manus est filius: digitus est spūssanctus. Sicut enim digitus est a manu ꝛ brachio: et manus tm̄ a brachio procedit: ita spiritussanctus a patre ꝛ filio et filius tm̄ a patre deriuatur. In pariete notatur plenitudo assumpti hominis a dei filio: aula est vterus virginalis. Candelabrum cōtra qđ scripsit est certitudo naturalis dictaminis: qr deficit naturalis cognitio in oibus his perscrutādis mysterijs ꝛ ideo dicitur: aspiciebat articulos manus scribētis. Scriptura autem est arctitudo seu sententia extremi examinis. Scriptura igitur hec idest sententia auctoritatiue procedit a patre et filio et spūsancto. Manifestatiue vero a Jesu christo de virgine nato. Quia vt dicitur Joā. v. Pater omne iudicium dedit filio. Scriptura que continet Mane: Thetel: Phares: significat qr in isto iudicio deus notabit oēs actiones hominis. Mane eñ interpretatur numeratio. Ponderabant omnes circunstātias. Thetel eñ dr ponderatio. Separabit oēs occasiones. Phares eñ dr diuisio. Et tunc sequitur in taliter sententiato terror affectionis: qđ notatur in facie mutatione. Error cognitiōis quod signatur in cogitationū perturbatione. Meror afflictionis qđ innuitur in renum dissolutione. Terror desperatiōis: quod ostēditur in genuum collisione. Cū igitur tam subtile sit illud examen: tā terribilis illa sentētia. Si iustus vix saluabit. vt ait Pe. in cano. sua. Impius ꝛ peccator vbi parebunt? Ad qđ etiā facit notabile exēplū. vnde sumpsit originē ordo Carthusiensiū. Cū eñ circa annū dñi millesimū Parisius quidā doctor solennis esset defunctus: scientia et honestate vite famosus: delatū est corpus eius ad ecclesiā magno comitatu vniuersitatis ꝛ populi. Et dum feretro vbi iacebat in medio chori posito celebrarentur exequie: cūctis videntibus surrexit cadauer ꝛ dixit. Ante tribunal christi raptus sum. Quo dicto se deposuit vt prius. Et quo cunctis stupentibus decretū est die sequenti iterū ꝓsequi officium inchoatum: quo facto cū cantaretur lectio illa. Responde mihi ꝛc. surrexit secundo cadauer et dixit. Accusatus sum et subito tacuit vt prius. Crescente autem admiratione in cunctis: placuit et in sequentem diem tertium sepultura differri. Et cum tam esset fama hec in vniuersam terram illam: factus est concursus nimius hominū: et clericis officium funeris celebrantibus surrexit tertio corpus illud dicens. Justo iudicio dei cōdemnat⁹ sum. sicq̃ priuatus est sepultura ex quo diuina sententia erat reprobatus. Et propter hoc aliqui ex doctoribus seu secularibus considerantes pericula mundi et futurū districtū examen relinquētes seculū: ordinē Carthusien. fundauerūt ꝛ sancte vixerūt. Sed cuilibet electo apparebit aspectus ipsius iudicis sicut nix sua uis videlicet ꝛ delectabilis et sententiam proferens dicet. Euge serue bone ꝛ fidelis: quia in pauca fuisti fidelis supra multa te cōstituam: intra in gaudium domini tui. Mat. xxv. Quod intrat in aliquo loco vndiq̃ circūdatur a loco. Intrans ergo in gaudium domini quod est perfectum vndiq̃ ab ipso gaudio circundabitur. Nam aspiciens supra ꝛ videns deitatem summe gaudebit. Juxta illud Esa. lx. Tunc videbis ꝛ afflues ꝛ mirabitur ꝛ dilatabitur cor tuum. s. letitia ineffabili. Si ad infra respiciunt. i. ad damnatos: ꝛ inde gaudent. propter quod dicit Ps. lvij. Letabitur iustus cum viderit vindictas. i. punitiones peccatorum. Non q̄ letetur de malo alterius: sed de diuina iustitia. Si conspiciunt ad intra gaudent de pura conscientia et sua gloria. iuxta illud Ps. cxix. Exultabunt sancti in gloria letabuntur in cubilibus suis. i. in conscientijs suis. Si respiciūt extra summe gaudēt de societate innumera tā preclara. Un dicūt adinuicem quod dicitur in Apocal. xix. Gaudeamus ꝛ exultemus et demus gloriam deo. Et vt dicit Bern. Illud est verū gaudiū qđ non de creatura: sed de creatore cōcipitur: quod cum acceperis nemo tollet a te: scilz gaudiū eternū. Cuius cōparatione omne pulchrum fedum: omne dulce amarū: omne quod delectare potest molestū: et nō solū anima que in celum introducitur gaudiū ineffabile suscipit: sed et tota celestis curia. Unde et de sanctis canit ecclesia: q̄ de eorū transitu gaudent angeli ꝛ collaudant filium dei. In cuius etiā figuram quando arca dei introducta est in Hierusalem cū magno tripudio omnium: in loco suo collocata est. ij. Reg. vj. Sicq̃ recipit mercedem eternam.

Apparitio iudicis corā electis.

Wane: thetel: phares: quid.

Cōparatio trinitatis.

Gdo Carthusiensium nō fuit originem.

¶ De sententia pene infernalis contra reprobos: et ibi de septem penis inferni. Capitulum. iij.

Data sentencia a iudice superno: quilibet vadit ad locum suum: vel ad infernum: vel ad paradisum: vel ad purgatorium. Et primus dicere potest. Uadam et non reuertar ad terram tenebrosam ꝛ opertam mortis caligine: terram miserie et tenebrarum: vbi vmbra mortis et nullus ordo: sed sempiternus horror inhabitat. Job. x. vbi tria notātur.

¶ Primum est adductiuum infernalis cruciationis.

Quia vadam.

¶ Secundū est cōtinuatiuum perpetualis afflictionis.

Quia non reuertar.

¶ Tertium est multiplicatiuū penalitatis variationis.

Quia ad terram tenebrosam.

§. 1. Quantum ad primum qđ. s.

inducit ad dānationē est sciēdum q̄ amor terrenorū nimius est prima causa pctōrū ꝛ dānationis. Et hoc est ire ad terrā. Uadit enim aia pede amoris. vñ Aug. Pes me⁹ est amor meus. Sicut dr. Justus vadit ad celū per desideriū: ita pctōr ad terrā p inordinatū affectū: et cū eo intrat septē vias difficiles que ducūt ad infernū. Unde dicūt ipsi dānati in inferno. vt habetur Sap. v. Lassati sumus in via iniquitatis ꝛ perditionis. Ambulauimus vias difficiles. Et q̄ p moralia meli⁹ intelligūt spūalia. Nota q̄ septē sunt vie difficiles. Prima est via mōtuosa: via spinosa: via lutosa: via tenebrosa: via tumultuosa: via sūptuosa: via tediosa. Dico primo q̄ via mōtuosa est difficilis ad ambulādū. Mōtuosa. i. montiū: sicut ptz ad sensum. Uñ homines cōmuniter fatigantur ꝛ fudant in ascensu: ꝛ propterea declinant tales vias quando possunt. Ista moraliter est via superbi: qua querit peruerse dñari alijs: magn⁹ reputari: exaltari: alios deprimere: se extollere. Sed certe laboriosa est via. Multum eñ perturbantur tales: anxiantur: famulantur alijs vt habeant honorē intentum. Uñ dicit Greg. in moral. q̄ omne quod hic eminet: meroribus plus afficitur q̄ honoribus gaudet. Sed superbus nō sentit istum laborem: qr paucū habet ad deū amorē ꝛ multū ad mūdum. Unde accidit de eo sicut de lepore qui facillime ascendit ad montem currendo: cum tamē cōmuniter ascensus sit difficilis: et hoc quia habet crura anteriora breuiora posterioribus

De causis dānationū.

Septem sunt vie difficiles

cruribus. Sicut ꝯ̃ facilius sit descẽdere per humiliationẽ ꝯ̃ ascẽdere per elationẽ et ambitionẽ: tñ q̃ supbus crura anteriora. i. affectionem ad deũ modicã habet ꝛ crura posteriora. i. affectionẽ magnã habet ad mũdũ: ideo nõ sentit laborẽ: sed faciliter currit. iuxta illud Job. xv. Cucurrit aduersus deũ erecto collo. Nouissima aũt huius vie conducũt ad infernũ: ꝛ ideo caue. Scõa via est difficilis qñ est spinosa. i. plena spinis: nã transiẽs per eã in pãnis apprehendit ab ipsis dilacerat: pungitur: cruẽtatur: ꝛ sic habet laborẽ. Ista via spinosa opus est auaritie in qua querũtur diuitie assimilate a christo spinis. Luc. viij. Q̃ mentẽ dilacerãt distrahẽdo a dei timore: pũgunt cõtinuis solicitudinib⁹: timoribus: ꝛ angustijs: cruentãt inducẽdo ad diuersa pctã: vt mendaciorũ: pditionũ: fallaciarũ: periuriorũ: vsurarũ: fraudulentiarum: ꝛ hmõi. Septiam. ait dñs auaris Osee. ij. viã tuã spinis. Termin⁹ huj⁹ vie est infernus. Vñ apls dicit. ij. ad Tim. vj. q̃ qui volũt diuites fieri: incidũt in tentationẽ ꝛ in laqueũ diaboli: ꝛ in desideria multa: que mergũt homes in interitũ ꝛ perditionẽ: ergo caue. Tertia via est difficilis quãdo est lutosa: tum quia homo lubricatur: tum q̃ pes infigitur in ceno: ꝛ cum difficultate distrahit eũ: tum q̃ deturpatur: ꝛ talẽ viã scilz

Joher. j. multũ lutosam solent facere bestie. Hec aũt est via luxuriosorũ qui sunt similes bestijs. de quibus ait propheta. Cõputruerunt iumẽta in stercore suo. Difficulter aũt trahũt pedẽ affectionis a luto voluptatũ q̃bus infigunt. De q̃bus ait Ps̃. ix. Inquinate sunt vie illius in oĩ tẽpore. Quarta via est difficilis cũ est tenebrosa. Oportet eñ q̃ quis vadat palpando: ne cadat in aliquod precipitiũ q̃ nõ videt: timet etiã hincinde capi a latronibus: ꝛ sic dificultatur. Hec est via inuidorũ qui tenebrosi sunt: q̃ ptz ex etymologia nois. Inuidus eñ dr̃ quasi nõ vidẽs: q̃ bona aliorũ videre nõ possunt: nisi cũ magna sui afflictiõe. Tales semp stãt in timore ne alij habeãt bona. De q̃bus põt intelligi illud Prouer. ij. Ambulãt p vias tenebrosas: qui letant cum malefecerint. s. alijs hoibus: ꝛ exultãt in rebus pessimis. i. casib⁹ aduersitatũ aliorum. Quinta via est difficilis cũ est tumultuosa. i. cũ multi ambulãt per eã: ita q̃ se cõpumũt. In talib⁹ enim vijs hoies impingũtur aliquãdo cõstringunt. Vñ ꝛ semel beatus Petrus dixit christo per talem viam ambulanti. Precepta turbe te cõpumũt ꝛ affligũt. Hec aũt est via iracũdorũ: qui

Lu. viij. propter iracundiã suã multis ꝛ diuersis affliguntur ꝛ conculcãtur contumelijs: clamorib⁹: rixis: minis: odijs: et hmõi. Et de his dicit Ps̃. xiij. Contritio ꝛ infelicitas in vijs eorũ. Conterũtur eñ temporaliter: ꝛ felicitate priuant quoad aiam ꝓpter irã suã. Vñ subdit ps̃. Et viã pacis nõ cognouerũt. ꝛ pro. q̃. Sexta via est difficilis cũ est sumptuosa. i. cũ hospitia illi⁹ vie sunt in caro foro. Mali eñ hoies libenter vadũt per tales vias vbi sciunt multũ expendi. Et hec est via gulosorum: qui vt satisfaciant gule sue nõ curãt de tali difficultate: erpẽdẽtes multã pecuniã in detrimentũ aie ꝛ corporis. Ideo eñ ait Seneca. cito morimur: q̃ de mortibus pascimur. i. de animalibus mortuis. q̃ maxime faciunt gulosi de quib⁹ Ps̃. xlviij. Hec via illorũ scandalũ ipsis: postea in ore suo cõplacebũt. Quãuis eñ recipiant scandalum sepe aie ꝛ corporis dolorib⁹: tamẽ postea trãsacto dolore volũt cõplacere ori suo. Septima via est difficilis quãdo est tediosa: ꝛ hoc est qñ est multũ saxosa vel tota plana ꝛ vniformis: ꝛ nescitur terminus. Hec via est acidie: q̃ insurgit ex duritia penitentie: ac etiã quãdo aliqs vult semp occupari in vno aliquo: puta vel semper legẽdo: vel semp meditãdo ꝛ orãdo: vel semp manibus laborãdo. Dicit eñ cõmuniter q̃ via quando est totaliter plana magis fatigat ambulantẽ ꝯ̃ cũ est aliqñ plana: aliqñ aliqualiter mõtuosa per colliculos. Et ratio est: q̃ in via plana et vniformi oẽs partes corporis simul fatigant. Sed in via aliqua

Vie plane difficiles. liter mõtuosa in ascẽdendo dũ fatigãtur genua ꝛ tybie quasi refrigerant crura. In descendendo aũt crura fatigantur ꝛ genua ꝛ tybie quasi pausant. Sic in opere humano melius fertur labor: quando aliquis vno tẽpore legit: altero orat: alio in exterioribus vacat q̃ si semper vellet legere orare vel operari: q̃ ex tali cõtinuatione vniformi alicuius rei attediatur cõmuniter homo. Exẽplũ Antonij quãdo vidit angelũ aliquãdo laborantẽ: aliquando orantẽ. De via horum potest intelligi illud. Est via

Prouer. xiiij. que videtur homini recta: et nouissima eius deducũt ad mortẽ scilz acidie. Videtur eñ aliquãdo alicui bonum esse semp se occupari exterioribus pro temporali salute vel spirituali ꝓximi: alteri multũ legere: et per hoc intrant frequenter in mortẽ acidie: videlz negligendo ea que sunt eis magis necessaria. Quãdo etiam non attendit quis ad premium: qui est terminus nostre vie: cito fatigatur bonis operibus. Cum igitur quelibet harum viarũ ducat ad perditionẽ: exi de eis si vis mortẽ euadere. iuxta illud Esa. lv. Derelinquat impius viam suam. Dicit enim August. q̃ quicunq̃ cum aliquo mortali transit eterna flamma illum trucidabit inferni non purgatorij.

§. II. Quãtum ad secũdum principale dico q̃ pena infernalis domus est perpetua non habẽs finẽ. quod notat Job in auctoritate prefata dicens. Non reuertar. In inferno nulla est redemptio: ait idẽ. Videtur forte alicui istud incõueniens esse ꝛ iniustũ: vt cum culpa fuerit tẽporalis ꝛ ad tps q̃ pena pro ea detur eternalis. Sed ser rationib⁹ demõstratur iustissime aiam in culpa mortali decedentem eternaliter cruciari. Prima est qualitas offense. Nã et in humana cõuersatione quãto maioris dignitatis est offensus. tãto offendẽs maiorẽ pẽnã meretur. Dãdo eñ alapã regi mortẽ meretur: dando puero ꝓ iniuria nõ habetur. Cũ eñ p pctñ homo quantũ in se est percusserit ꝛ offenderit deũ qui est dignitatis infinite: meretur pctõr penã infinitam. Pena aũt infinita nõ põt esse fm intẽsionẽ: q̃ sic consumeret naturã. Oportet ergo vt sit infinita fm extensionẽ. j. fm durationẽ: vt sic pena rñdeat culpe. Scõa ratio est q̃ manente causa debet remanere effectus: causa aũt illi⁹ pene est culpa. Cũ aũt culpa mortalis post mortem ab aia tolli nõ possit. quia vt dicit Dama. q̃ est homini mors est angelo casus: igitur debet semper manere pena. Vñ autẽ dicit August. xiij. q. ij. tẽpus. circa fi. q̃ quibus prosunt suffragia. s. pro defunctis facta: vel ad hoc prosunt vt plena remissio sit: aut vt tolerabilior: sit ipsa damnatio. nõ vult Augu. ꝓpter hoc q̃ pena damnatorũ minuatur per suffragia: vt quidã dixerũt: quia si sic esset posset aliqs p suffragia multiplicata liberari ab inferno: q̃ hereticũ est dicere fm Tho. in. iij. Sed loquit August. de his qui sunt in purgatorio: q̃bus prosunt suffragia. vel ad liberationẽ vel ad penarũ alleuiationẽ ad quam dãnati. i. condẽnati sunt. Dicitur enim quis dãnari cũ deputatur ad penã. Tertia ratio est q̃ pctõr quãtũ in se fuit: peccauit volũtate perpetua. Nam semper voluisset viuere: vt semper potuisset peccare. Vñ autẽ pctõr pctñ dimiserit quantũ ad actũ: hoc fuit ex parte dei q̃ per mortẽ subtraxit sibi facultatẽ: ꝛ ideo iustũ est vt puniatur pena eterna siue perpetua. Juxta illud. Ite maledicti in ignẽ eternũ. Mat. xxv. Hãc rationẽ assignat Greg. in. iij. dial. et habetur de pe. di. j. voluissent. dicens. Voluissent iniqui sine fine viuere: vt potuissent sine fine peccare. Vñ ostẽdunt: q̃ dũ viuũt peccare nõ desinũt. Ad magnã ergo iustitiam pertinet iudicãtis vt nũq̃ careãt supplicio: qui dũ viuerẽt nunq̃ voluerũt carere pctõ. Quarta ratio est: quia ratio cõcupiscibilis ꝛ irascibilis erraverunt: preponẽtes finitum minimũ bonũ summo bono infinito. Nam diuitie: honores: voluptates ꝛ hmõi valde parũ sunt bonum et mixtum cum amaritudine. Deus aũt summũ bonũ est: ꝛ non habet amaritudinẽ cõuersatio ipsius. dicit Sap̃. viij. Miser aũt pctõr vt cõsequatur illud fragile bonum temporale: contemnit: et dimittit summũ bonũ transgrediendo eius precepta ꝛ ideo q̃ in infinitum errauit: in infinitum debet puniri. Vñ dicit Chrys. q̃ christus in fine reprobis dicet ostẽdens q̃ iustecõdemnet eos ad penas eternas. Ego propter vos homo factus sum: ꝓpter vos delusus: cesus et crucifixus. Ego super gloriam meam vos habui: ꝛ vos oẽm rem vilissimã terre amplius diligistis q̃ iustitiã meã et fidem. Quinta ratio est: quia peccator peccauit in eternum suo: et ideo debet puniri in eterno dei. Eternũ hominis est vita presens. Hic enim est status merendi ꝛ demerendi. Eternũ dei est alia vita que semper durat. Non eñ est incõueniẽs vt culpa tpalis puniatur pena perpetua: cum videamus istud seruari in humana conuersatione: vt dicit August. in lib. de ciui. dei. ca. xxj. Nam adulterium: homicidium: ꝛ hmõi. q̃ committitur fm leges humanas puniuntur morte: et illud quidẽ maleficiũ tẽporale est ꝛ cito transit actus eius: pena autem perpetua: q̃ scz separat a vita ista et conuersartione hoĩm mors que ei infertur ad quã nunq̃ reuertitur. Sexta ratio est quia ipse peccator dãnatus stat in inferno cum voluntate obstinata in malo semper: ꝛ odit deũ punitorem eius. Vñ ꝛ propter odium q̃ habẽt ad ipm. dicit Joan. Apoc. xvj. q̃ damnati commanducaverunt linguas suas pre dolore ꝛ blasphemauerunt deum qui habet potestatem super has plagas. Ratio autem dictat ꝛ iustitia exigit. vt etiam dicit Grego. q̃ sicut penitentibus ꝛ veniam postulantibus iuder debet misericordiam facere: ita obstinatis et contumacibus nullam debet veniam prestare: et ideo semper

puniuntur

Merito pena dãnatorũ ẽ eterna.

Damnati nullo mõ pñt iuuari.

Eternũ hois ẽ eternũ dei.

puniuntur iuste: cum semper sint auersi a deo ⁊ ei rebelles.

Septem sunt pene inferni.

§. III. Quātū ad tertiū principale dico q̄ notāt multiplex ⁊ varia pena in inferno in eo quod dicit. Ad terrā tenebrosam ⁊c. vbi signāt septē pene infernales.

¶ Prima est locatio vilitatis: quia ad terram.
¶ Secunda priuatio deitatis quia tenebrosam.
¶ Tertia cruciatio igneitatis: q̄ opertā mortis caligine.
¶ Quarta ablatio refrigerabilitatis: quia ad terrā miserie.
¶ Quinta excecatio veritatis: quia tenebrarum.
¶ Serta associatio malignitatis: quia vmbra mortis.
¶ Septima implicatio inordinabilitatis: quia nullus ordo.

Prima. Quantum ad primum dico q̄ aīa cruciatur in inferno ex vilitate loci vbi se reperit. Patet eīm ad sensum: q̄ q̄ñ nobilis psona est adiudicata ⁊ clausa ab aliquo loco vili: puta si rex ponatur in carcere: etiā si nulla alia pena sensibili cruciaretur: ex hac solum incarceratione multū doleret. Cum igit aīa sit nobilissima regina ⁊ sciat se esse creatā ad habēdū dominū totī⁹ mūdi ⁊ sibi cōpetat locus celi empyrei: qui est super oēs celos: et videat se detrusam in centrū terre q̄ locus est infernus infimus oīm. Ubi etiā ſm Basilū in fine mūdi ponetur fex oīm elementorū. Nā vt ipse dicit tūc proprietates elemētorū lesiue ab eis separabuntur virtute diuina: ⁊ in infernū mittent ad cruciatū maloꝝ. Et tali igitur carcere habet magnā penā vltra alias etiā ⁊ merito. Quia eīm terrā dilexit plus q̄ celū: ideo ad terrā condēnata est. Quātū ad scōm: q̄ tenebrosam. i. lumine glorie priuatam ſm expositionē Tho. sup Job. dico q̄ priuatur aīa dānata visione deitatis. Juxta illud Esa. vlti. Tollatur impius ne videat gloriā dei. Hec aūt est maxima pena: sed parū ⁊ quasi nihil comprehēdimus eā: q̄ nescim⁹ intelligere quantū bonū de⁹ est aīe ipm possidēdo. Tanto eīm q̄s plus dolet de aliquo amisso: quātum illud reputabat magis vtile ⁊ amabile. Et q̄ in vita presenti intellect⁹ noster corpore aggrauatus se hz ad deū vt oculus vespertilionis se habet ad lumē solis: ideo parū diligimus ipm deū: ⁊ parum curam⁹ ipm amittere. Sed aīa timēs que aliquā tulum gustauit dulcedinē diuine presentie per gratiā: et anxietate ⁊ pena quā sentit quādo subtrahēdo sibi ipsi relinquit: pōt aliquātulū: licet valde parū: intelligere de tali pena priuatiōis diuine visionis: sed cū aīa separat a corpore: sibi subito infundūtur species oīm rerū naturalū. Ex quo cognitionē habet de deo ⁊ creaturis q̄ vllus phs mūdi. Et sic cognoscēs q̄ de⁹ est summū bonū ⁊ summe vtilis aīe: videns se eo priuatā sua miseria: cū caparfuerit eum acquirendi summe dolet. Ex quo Chrys. dicit q̄ potius vellet pati mille ignes infernales q̄ priuari dei visione. Hec eīm visio tante pulchritudinis est: tanto q̄ amore dignissima. dicit. Aug. de ciui. dei. vt sine hac q̄buslibet ⁊ quātislibet bonis preditū Plotinus existimet infelicissimū. Si eīm tantus erit splendor glorie que eribit a christi humanitate ad iudicium venientis: q̄ sol obscurabitur qui tunc erit septies lucidior q̄ modo sit: q̄ scz non apparebit claritas eius respectu claritatis christi. quāta erit claritas glie ei⁹ diuinitatis a qua excludūtur semp dānati? Quātum aūt ad tertiū dico q̄ cruciabunt in igne et aīe quidē sole vsq̄ ad diē iudicij: postea aūt aie simul ⁊ corpora: vt sicut cum vtroq̄ peccauit: cū vtroq̄ puniat. Ex quo dicetur eis Mat. xxv. Ite maledicti in ignē eternum. ⁊ Judith. xvj. Dabit ignem ⁊ vermes in carnes ipsorum. Et hic ignis ita acerrime cruciat vt mors dicatur: ⁊ ita obscurus est vt caligo nuncupet. Et ideo dicit Job. illaz terrā infernalē opertā esse caligine mortis. i. igne trucidāte. Sicut eīm mortis pena excedit oēm penā aliam que hic sentitur: sic et ignis inferni vt dicit Augu. excellit omnē penā quam vnq̄ aliquis expertus est in vita ista: nūq̄ in carne tanta inuēta est pena: licet mirabilia martyres passi sunt tormēta. de pe. dist. vj. ℣. vlti. Ex ⁊ Esa. xxx. Preparata est ab heri Tophet: a rege profunda preparata et dilatata. Nutrimenta eius ignis ⁊ ligna multa. Flatus domini sicut torrēs sulphuris succendens eaz. Tophet interpretatur gehēna siue aula plena stultorū. Gehēna aūt est infernus plenus stultis peccatoribus. Hec ōr preparata ab heri. i. ab eterno: a rege scilz domino deo. Ligna que nutriunt ignem inferni sunt pctā reproborum: que sicut semper permanent: ita ⁊ ignis ille semper cruciat. Flatus dñi succendens est influxus virtutis eius affligens animas: et postea corpora sine eorum consumptione. Est autem ille ignis fetulent⁹ ⁊ turbidus sicut flamma mixta fumo: vt non videant nisi quod est augmentum pene eorū. Quartum est ablatio refrigerabilitatis: ⁊ ideo dicitur terra miserie. Miseria opponit felicitati: ⁊ sicut felicitas pfecta patrie superne excludit oēm defectū: ita miseria infernalis excludit oīne refrigerū ⁊ cōsolamētū. In hac vita sustinem⁹ vtiq̄ multas miserias: propter q̄ ōr Job. xiiij. de hoie. Repletur multis miserijs. Sed inter eas plura habet refrigeria: ⁊ scit tpas miserias tandē debere deficere: sed in inferno vbi est summa miseria nullū refrigerū est: adeo q̄ dives epulo tamdiu desiderauerat guttā aque vt refrigeraret linguā suā. Ex quo habetur Luc. xvj. adhuc obtinere non valuit. Pro gra singulari dānati reciperēt permanere in illis penis: saltē tot annis quot sunt gutte aque maris ⁊ grana arene eius: vt postmodū liberi essent: ⁊ ex hoc refrigerū aliqō susciperent. Quātus eīm illa innumerabilia sint nobis finita tñ sunt ⁊ a deo dinumerata: et sic aliqñ finē haberēt. Sed cū scīū tñ p̄ finē habere penā eorū: ideo refrigerio carent. Solet hic societas afflictorū aliqō prestare refrigerū. Juxta illud. Solatiū est miseris socios habere penarū. Sed ex eoz societate nullā pcipiūt cōsolationē: etiā amicoz ⁊ parentū quos hic multū dilexerunt: sed potius pene augmentū. Ex quo Aug. de dānatis inquit. Non propterea minꝰ ardebūt: q̄ cū multis ardebūt. ij. q. j. multi. in fi. Quinta est afflictio obscuritatis. Et ideo ōr terrā tenebrarum. Sūt eīm ibi tenebre interiores ⁊ exteriores. Exteriores quidem q̄ neq̄ a radio solis illuminātur: neq̄ ab igne illustrāt vbi sunt. Ex ōr Mat. xxij. Mittite eū in tenebras exteriores. Interiores tenebras sustinent: quia lumine gratie priuātur. Et q̄buslibet interesis in eis remaneat: que est lumē rationis: remurmurās contra malū: hoc est eis ad penā. Et hic est vermis ille de quo ōr Esa. vlti. Vermis eorū nō morietur. Adeo aūt obscurati sunt: vt reputent deū iniustum ⁊ odiant eū inquātū punientē. ſm illud Ps. lxxiij. Superbia eoz q̄ te oderūt ascēdit semp. Et licet scīētia quā q̄s hz in vita presenti multū delectet. Illi tamē damnati et si retin⁹ scientiā hic acq̄sitā ⁊ maiorē adhuc recipiant hoc tñ nō est in eis ad subleuamentū pene: sed augmētū q̄ cognoscūt sua culpa se priuari perfectione scīētie: que solū habet in superna patria quā valde optāt. Serta est associatio malignitatis. i. demoniorū. Ex ōr locus iste vmbra mortis. Dicitur aūtē diabol⁹ mors q̄ quātū est ex se nemini parcit: sicut et mors. Et vmbra mortis id est similitudo: quia sicut mors priuat vita naturali: ita per peccatum diabolus animam vita spirituali. Unde Esa. ix. dicitur. Habitantib⁹ in regione vmbre mortis id est in peccato: quod est regio diaboli: lux orta est eis. et Apoca. vj. ōr. q̄ sedēs super equū pallidū nomē illi mors ⁊ infern⁹ sequebat eū. Cōgrue autē talē habebūt societatē: vt quos habuerunt incentores in culpa: habeāt tortores in pena. vt dicit Grego. in lib. moral. qui multipliciter verabunt eos. Ex ⁊ Hiere. v. Seruietis dijs alienis. i. in inferno. Dijs. i. demonijs: alientis. extraneis ab oīni miseri cordia: q̄ nō dabunt vobis requiē cessando scilz a penis. Tantus est horribilis aspectus demonis vt quidam religiosus videns eū in corpore assumpto: ita exterritus est vt exclamādo fortissime pre pauore semiuiuus remansit. In se autē reuersus cū inquireret de causa clamoris ⁊ defectionis. Respōdit ex eo q̄ diabolū viderat. Et cū interrogaret de forma eius inquit: nescirē nec possem vobis describere: sed vnū vobis dico q̄ si mihi daretur optio intrādi in fornacē summe incensam: vel in ictu oculi demonē aspicere: preeligere ipsam fornacē ingredi vt habetur in vitis patrū. Si ergo tantū terrorē incutit aspect⁹ vnius demonis: quid faciet ⁊ aspectus ⁊ cōtinua cōuersatio cū innumerabilibus? Septimū est implicatio inordinabilitatis cū ōr vbi nullus ordo inhabitat. Sicut ordo rerum inducit pulchritudinem ⁊ cōplacentiā: ita ablatio ordinis confusionem et displicentiā. Et ex parte q̄dē dei punientis est ibi summus ordo: sicut ⁊ in cūctis alijs operib⁹ ei⁹. Que aūt sunt a deo ordinata sunt aut ap's Rom. xiij. Et ordinē quidē seruat superbos cū superbis: auaros cū auaris: luxuriosos cū luxuriosis puniēdo. Et hoc innuit Mat. xiij. vbi parabolice ōr a patrefamilias seruis suis. i. deo angelis suis. Colligite zizania ⁊ alligate ea in fasciculos ad cōburēdū. Erit eīm vn⁹ fasciculus oīm superborū. Alij hypocritarū: alius inuidorum: ⁊ sic de alijs. Seruabit quoq̄ ordinē in exhibitiōe penarum: q̄ et q̄ plura pctā admisit vel grauiora: grauior pena dabit. Juxta illud Apoc. xviij. Quātū glorificauit se ⁊ in delicijs fuit. s. pctōr tñ date ei tormētū ⁊ luctū. Seruabit ⁊ ordinē illū quē posuit sapiēs Salomō. Per q̄ q̄s peccat: p hec ⁊ torquetur. Peccat eīm miser homo per creaturas male eis vtendo: et per creaturas affligitur: non solum ignis: sed etiam aliarum rerum. Ex ps. x. Ignis ⁊ sulphur ⁊ spiritus procellarū: pars calicis eorū. Et Salomō. Pugnabit pro eo scz deo orbis terrarum

Secūda.

Vide separate notitia.

Tertia.

Quarta.

Wiseria dānatorum

Quinta.

Serta.

Exēplū.

Sap. xj.

cõtra insensatos. Transibũt enĩ sicut ait Job. xxiiij. ab aquis niuis ad calorẽ nimiũ. Ecce ordo q̃ hic cõsueuit seruari ablatus est. Nã cũ quis sustinet calorẽ magnũ nõ habet frigus ⁊ econuerso. Et trãseundo de vno ad aliud sentit refrigeriũ: saltem in principio. Sed in inferno experiũt ⁊ calorẽ ⁊ algorem: et nullã habent consolationẽ. Item cũ quis patit aliquod malũ non timet illud: sed anteq̃ patiatur: sed in inferno ⁊ patiẽdo timet: et timẽdo patitur. Bene igitur ait ps. xxxiij. Mors peccatorum pessima. Prima enim q̃ est corporalis est mala. s. nature. Secũda que est criminalis est peior. Sed tertia q̃ est infernalis est pessima: ⁊ ideo doctrina christi est obseruanda: per quam ipsa mors pessima euitatur. iuxta illud. Joan. viij. Si quis sermonẽ meum seruauerit mortem non videbit in eternum.

Sap. v.

¶ De pena que datur pro his qui ascendũt ad celũ. Cap. iiij.

DAtur sententia a superno iudice erga scõm genus hoim. s. oĩo purgatorũ qui liberi sunt ab oĩi defectu: ⁊ ista est celi via per quã incedẽs anima cũ a corpore separat immediate quenit ad summã felicitatẽ ⁊ gloriã. de qua ps. lxxxiij. Ibunt de virtute in virtutẽ: videbit deus deorũ in Syon. Et visio dei: vt ait Aug. est tota merces. Hãc docuit christus tenere exẽplo suo dicens. Relinquo mundũ ⁊ vado ad patrẽ. Joã. xvj. Reliqt christus mundũ: nõ solum quoad psentiã corporalẽ: sed etiã quoad cõuersationẽ mundialem: liber semper ab oĩi peccato. Vñ dicebat ipse. Ego nõ sum de hoc mũdo. Joan. viij. Iuit ad patrẽ per passionẽ: vt per ascensionẽ pararet nobis locũ: aduocatus noster factus apud patrem. Vnde dixit discipulis. Vado parare vobis locũ. Joan. xiiij. id est ad preparatum vobis regnum ab eterno: vobis disponendo per gratie infusionem ⁊ vestram exercitationem. Vñ apls ad Gal. ij. Tradidit semetipm pro peccatis nostris christus: vt eriperet nos de presenti seculo nequã. Et hoc faciens scz relinquens seculum inquantum nequã dicere potest. Relinquo mundum ⁊c. Vbi tria nota.

Ascensionis christi ratio.

¶ Primum est egressus a loco animum inficiẽte: ibi. Relinquo mundum.

¶ Scõm est pgressus in bono ad celũ dirigẽte: ibi. Vado.

¶ Tertium est accessus in termino desiderium implente: ibi. Ad patrem.

§. I. Quantum ad primum scien

dum q̃ mundus ſm aliquos dicitur per antiphrasim: eo q̃ mũdi tia caret: sic piscina que pisce caret vñ Aug. O munde immũde: qui te diligunt non te nouunt. Qui autem voluerit amicus esse huius mundi: inimicus dei constituitur: et ideo relinquẽdus est mundus. Sex enim genera malorum reperiuntur in ipso notata per literas ipsius dictionis.

Sex genera malorũ sunt in mũdo.

¶ Prima est multiplicitas malignitatis.

¶ Secunda est vanitas mutabilitatis.

¶ Tertia est nullitas tranquillitatis.

¶ Quarta est defectuositas veritatis.

¶ Quinta est varietas periculositatis.

¶ Sexta est seruilitas corruptibilitatis.

Quãtũ ad primũ dr. j. Joan. v. Totus mũdus in maligno positus est. i. in malo igne. s. auaritie: cõcupiscẽtie: superbie: et aliorum vitiorum. Et ideo in figurã huius legit Josue. vj. q̃ hiericho tota igne succensa est. ꝓcepitq̃ dns vt de rebus illis null⁹ de ppl'o suo aliq̃d sumeret. Et quia Achan contra mandatum fecit aliquid subripiendo lapidatus fuit. Hiericho interpretat luna: q̃ sicut ipsa est aliq̃n plena: aliq̃n media: aliq̃n vacua in apparẽtia luminis. Ita in mũdo aliqui sunt pleni ⁊ alib⁹ aliqui vacui: aliq̃ mediocriter se habẽt: ⁊ pene oẽs incẽdit ignis cupiditatis que est radix oĩm vitiorum. vt dr. j. Timo. vj. Et q̃ bonorũ auctori inhere re nõ valem⁹: nisi cupiditatẽ funditus euellam⁹: vt dicit Greg. di. xlvij. bonorũ auctori. Ideo dns prohibet accipere res hiericho. i. vitia mũdi. Qui vero accipit mortẽ perpetuã incurrit sicut Achan corporalẽ. Vñ. j. Joã. ij. dr. Nolite diligere mũdũ: neq̃ ea que in mũdo sunt. i. vitia q̃ sunt in mundanis: q̃ si quis diligit mundũ: nõ est charitas patris in eo. ⁊ Esa. lij. Exite de medio eius scz Babylonis: que interpretat confusio: significans mundũ plenũ cõfusione peccatorũ: ⁊ immundum ne tetigeritis. i. mundo immũdo affectu nõ adheseritis vt possitis dicere. Relinquo ⁊c. Quãtuz ad scõm dico q̃ in mũdo est vanitas verbis mũdi q̃ in eis finẽ nõ cõstituãt: nec vt rebus permanẽtib⁹ inhereant. ⁊ subdit. Preterit enĩ figura huius mũdi: non quidẽ quoad substãtiam sed quoad superficialẽ quã nature habet formã: ⁊ quoad apparentiã. Apparẽt enĩ diuitie: delicie: honores: potentie: ⁊ hmõi magna bona que oia cito deficiũt. Vñ ⁊ in figurã regionẽ Sodome q̃ videbatur vt paradisus deliciarũ: iussit dns Loth iustũ cũ familia sua egredi ne inuolueret igne ⁊ sulphure vitiorũ ⁊ eterne dãnationis cum eis cõbusta illa regiõe: vt habetur. Gen. xix. Dicit magister historiarũ q̃ ibi ex arboribus nascũtur quidã fruct⁹ pulcherrimi aspectu: sed ipsis apertis nõ reperit in eis nisi faullam: fetor ⁊ cinis. Sic ⁊ ex mũdo vbi apparet multa pulchritudo: demũ finis eius est fetor vitiorum: ignis tormentorũ: ⁊ cinis mortuorum. Et q̃uis oia que sunt in mũdo mutabilia sint: ꝓpter q̃d ſm Jsido. Mundus dr a motu qui pmaxime mutabilitatis reperitur in hoie mundi. Ideo dicit ps. xxxviij. Uniuersa vanitas ois homo viuẽs. i. tota vanitas seu mutabilitas est in hoie: ita vt dicat Job. xiiij. Fugit velut vmbra: ⁊ nunq̃ in eodẽ statu pmanet. Mutatur enĩ de etate in etatẽ: de sano in infirmũ ⁊ cõtrario: de frigore in calorẽ et econuerso de gaudio in merorem: ⁊ de odio in amorẽ ⁊ econuerso: ⁊ de sapiente in insipientem: de vna phãtasia cogitationũ ad aliã imaginationem: de libero in seruum: de diuite in pauperrimum: de dño in captiuũ: de gloria in ignominiam et hmõi. ⁊ sic vt dr. j. Jo. ij. Mundus trãsibit ⁊ cõcupiscentia eius. Cum autẽ omnis motus sit q̃d imperfectũ respectu quietis: et naturaliter appetatur perfectũ nõ imperfectũ: ergo relinquẽdus est mundus. Tertia miseria mundi est nullitas trãquillitatis. Vñ salua torem noster inquit. In mundo pressuram habebitis: in me aũt pacẽ. Jo. xvj. Nec mirũ: q̃ cũ mundus abundet iniquitatib⁹ habere pacẽ nõ valet q̃ nõ est pax impijs dicit dns. Sed christus est qui habet ⁊ dat verã pacẽ et perfectã. Et in signũ hui⁹ dicit Hiero. q̃ scrutando antiquas historias semp reperitur mũdus pace caruisse: ⁊ bellis innumeris lacessitus vsq̃ ad aduentũ christi in carne. Tunc enĩ fuit plena pax per orbem ad ostendendũ q̃ ipse christus tunc nat⁹ est: pax nostra: auctor ⁊ amator pacis et dator. Vñ dixit discipulis Joan. xiiij. Pacem meã do vobis: pacem meã relinquo vobis. Non quõ mundus dat: ego do vobis. Pax mundi. i. amatorũ mundi: est gaudere in tẽporalibus triũphare in honorib⁹: delicijs affluere: tribulationib⁹ carere. Concordare inuicẽ in peccatis cõmittẽdis: non contristari pauos in vitijs corrigendis. Sed hoc modo christus non dat pacem: sed pax eius est subiectio carnis ad spiritum: dilectio animi ad proximum: cõformatio sue voluntatis ad deum. Et hanc vtiq̃ mũdus dare nõ potest pacem: vt canit eccl'ia. Quãtum autem mundus careat trãquillitate ⁊ pace interiori ⁊ exteriori oibus patet: cum vix reperiatur domus vna in qua nõ cõtingat frequens discordia. Sic et prima domus Ade habuit bellũ inter filios: ⁊ arca Noe inter fratres: ⁊ schola christi inter discipulos. Cum igit trãquillitas ⁊ pax multũ appetatur: ⁊ in mũdo parũ habeatur: ergo relinquendus est. Quarta miseria mũdi est defectuositas veritatis seu cognoscibilitatis. Unde saluator noster. Joã. xvij. inquit. Pater iuste mũdus te nõ cognouit. Sed neq̃ ipm christũ dei filium intellexit: vt dr Jo. j. Mundus eum non cognouit. s. verbũ incarnatum. Ipsum quoq̃ spiritũ veritatis percipere nõ valet: prout saluator dixit discipulis suis. Spiritum mũdus non potest accipere: quia non videbit eum nec scit eum. De diuinis igitur parum vel nihil scit seu cognoscit mundus vbi est summa et perfectissima veritas. De humanis et naturalib⁹ paucissimas cognoscit veritas per sciẽtiam. Nascitur siquidem aia nostra ſm phm sicut tabula rasa in qua nihil est pictum. Et si postea aliqua addiscat: tamẽ cum multa difficultate et tempous prolixitate ⁊ frequenter mixta falsitate vnde et oẽs philosophantes qui spiritũ veritatis non acceperũt in multis errauerũt. Propter qõ dicit apls: q̃ sapiẽtia hui⁹ mũdi stultitia est apud deũ. ⁊ iterũ. Stultã fecit deus sapiẽtiam huius mundi scz apparere dũ per effectũ ostẽdit se posse agere q̃d illi dicebãt impossibile: nescientes dei opotẽtiã. Unde apte figuratus est mundus p Egyptum que interpretatur tenebre: que ⁊ ita densissimis tenebris flagellata est vt per triduum alterum alter videre non posset: nec de loco moueri suo. Et ipsa dicitur mater superstitiõis et idololatra: de qua Egypto iussit dns exire populum suũ. Cum ergo tenebras horreamus et lucem veritatis naturaliter appetamus: relinquendus est mundus ⁊c. Quinta miseria est varietas periculositatis. Qui nauigant mare inquit Sapiens: enarrant pericula eius: quia

Ysaie. xviij.

Jo. xiiij.

Exod. x.

Delicie mundane.

Mũdus falsitate plenus.

j. cor. iij.

q: scz frequenter ea experiuntur. Vare autē amaruz ꝑm docto
res signat mūdum. Quia ꝑm Boetiū. in. ij. de consol. prosa. iiij.
Eccli. xliij. Felicitatis humane dulcedo multis amaritudinibus respersa
est. Nauigant aūt qui cōuersantur in mūdo et hi experiunt pe
ricula ei⁹: qualia expertus ps. cxiij. ait. Pericula inferni inuene
rūt me. Nā cū lapsus est de alta cōtēplatio z perfectiōe in adul
terū z homicidiū: periculū icurrit intrādi infernū. Et sic discur
rere vales p exempla sanctoz z lapsus eorum: vt Ade: Saulis:
Moysi ad aquas cōtradictionis: Ezechie: Salomonis: Jude
ꝑditoris: Nicolai ex septē diaconibus: z in vitis patrū: z clare
videbis pericula varia z noxia mūdi: q̄ sine dei adiutorio vita
ri nō possunt. Solus christus oīa euasit pericula q: impeccabi
lis erat. Et ꝑm hoc pōt itelligi illud dictū Judeis. Vos de hoc
Joā. viij. mundo estis: ego nō sum de hoc mundo: scz periculis vitiorum
subiectus: sicut z vos. Uñ beat⁹ Antonius videſ in ofone mū
dum laqueis plenum cōnectētibus se inuicē exclamauit. O q̄s
Mat. viij istos euadet scz laqueos periculoſū. z resp̄sum fuit. Sola hu
militas. In cui⁹ figurā discipuli nauigātes cū christo orto peri
culo naufragij: clamauerunt humiliter dicētes. Dñe salua nos
perim⁹. Cum autē naturale sit euitare pericula: ergo relinquen
dus est mūdus. Relinquo mundū ꝛc. Sexta miseria est seruit⁹
corruptibilitatis. De qua apl's ad Rom. viij. Ipsa creatura libe
rabitur. s. egrediendo per mortem de mundo a seruitute corru
ptionis. i. corporis corruptibilis. Multipliciter enim subijcimur
partim necessitatibus: partim voluptatib⁹ corporis: z frequēter
Exēplū. vincimur ab appetitib⁹ ei⁹. i. sensualitatis. Dicit autē. ij. Pet. ij.
A quo q̄s victus est: ei⁹ z seruus est. Narratur in libro de septē
donis q̄ cū quidā nobilis fuisset ingressus religionē eius ger
manus hoc audito cū esset miles z potēs disposuit in mēte illū
reducere de religione. Uñ sumēs secū arma et socios: cum illa
die nō posset ad monasterium applicare: contigit eum in sylua
dormire vbi habuit talē visionē. Videbat sibi quiescere in ame
no prato: z q̄ sex iuuenes a dextris ei⁹ essent z tres a sinistris: et
ceperunt dicere pugnemus adinuicem. Et concordantib⁹ ad
hoc dixerūt. Manifestemus p̄ius noxia nr̄a: quilibet dicat suuz.
Dicit ergo p̄im⁹ eoz q̄ erāt a dextris ego voco: pulchritudo.
Dicit scōs: z ego sanitas. Tertius dicit: ego sum iuuentus.
Quartus ait: ego fortitudo. Quint⁹: ego diuitie. Sextus: ego
spes vane vite. Eorum autem qui erāt a sinistris dixit p̄imus:
ego voco: infirmitas. Scōs: ego voco: senect⁹. Tertius: z ego
mors. Incipit ergo bellare infirmitas contra p̄imos duos qui
erāt a dextris scz pulchritudinē z sanitatē: z ꝑstrauit eos: quia
infirmitas aufert pulchritudinē z sanitatē. Senectus pugnat
Pugna senecte. cōtra duos alios scz fortitudinē z iuuētutē: z eos dejecit z pro
strauit. Demū mors cōtra diuitias z spem vite: z aufert eos de
mundo. Dicūt tādem isti tres. Occidamus nunc istuz iuuenē.
Qui hoc audiēs expergefactus valde timuit. Et cū venisset cū
socijs ad monasterium z narrasset germano visionē. Exposuit
german⁹ ille visionē: scz q̄ pratū amenū erat mūd⁹ in quo q̄
scebat: z sex iuuenes erāt sex q̄ sunt in mūdo que vident magna
esse: sed oīa deficiunt: z sic induxit eū ad contēptum ei⁹. Sed ista
est differētia inter bonos et malos: q: boni etsi ad horā seruiūt
sensualitati: nō tñ vt dominetur eis. Mali autē serui efficiuntur
ipsi⁹ sensualitatis. Christus autē etsi voluntarie fecit se subiectū
necessitatibus corporis: vt fami cum esuriret in deserto: sitī cum
ad fontē Jacob sitiret: tamē nunq̄ vel ad momentū sensualita
ti seruiuit ꝓter rationem Et sic potest intelligi illud dictū di
scipulis. Jam nō sum in mūdo: z hi in mundo sunt. Nō rogo vt
Jo. xvij. tollas eos de mundo: sed vt serues eos a malo me scz in eis do
minetur iniquitas. Relinquēdus est ergo mundus: sicut et ser
uitus abiciēda: vt cum christo dicat. Relinquo ꝛc.

§. II. In secundo principali nota

tur ꝓgressus in bono ad celū dirigēte cū ōr vado. Quāuis chri
stus nō tūc actualiter iuerit ad patrē: ꝑsentiā suā corporalē ad
celū deferēdo: sed in ascēsione sua ꝓpter q̄ exponi pōt: vado. i.
vadā: q̄ de ꝓpinquo erat futuruz: tamē cōtinue actualiter ibat
ad patrem anima ei⁹ videndo z fruēdo eius diuinitate: ac etiaz
Per sunt vie ꝑ q̄s itur ad celum. quotidie per electos suos qui sunt mēbra eius vadit ad patrē.
Sunt autem sex vie quibus relinquēdo mundum in morte im
mediate itur ad patrem celestem. s. Jesum christum.

¶ Prima est martyrij tolerationis.
¶ Scōa est baptismalis purificationis.
¶ Tertia est intentionalis compunctionis.
¶ Quarta est virtualis perfectionis.
¶ Quinta est diuinalis tribulationis.
¶ Sexta est indulgentialis plene concessionis.

Quantum ad primū cōmunis sententia doctoz est q: q̄ mar
tyrū suscipit ꝓ fide christi: vel etiā ꝓ quacūq; virtute cōseruan
da vel exercēda: decedēs immediate ingredit celū. Uñ cantat Sap. xix.
de sctis martyrib⁹. Sancti tui mirabile cōsecuti sunt iter seruiē
tes p̄ceptis. z paulo post. In mari rubro apparuit via sine im
pedimēto: via. s. ad celū. In mari rubro scz effusione sanguinis
sine impedimēto. s. culpe vel pene debite q̄ tollit ꝓ martyrū. Uñ Apo. vij.
in Apoc. de martyrib⁹ dr. Lauerūt stolas suas. i. alas z cādidas
eas fecerūt. i. purificatas in sanguine agni. i. in passione Christi
quē sunt imitati. Hinc z Cyprianus in sermone. O dedicata
passio et glorificata cōfessio: absoluit per martyrū aia a vincu
lo carnis: z in celo cum triūpho eleuatur ab angelis. Et ꝓptere
a dr extra de cele. mis. cū Marthe. q: iniuriaz facit martyri qui
orat ꝓ martyre: q: videlz indubitāter credit ad celū euolasse.
Et qui sunt in celis cū nullo bono careāt aliorū nō indigēt suf
fragijs. Quod etiā per plura exempla ostēsum est aias marty
rū subito volare ad patrē celestem. Sicut legit de Tiburtio et
Valeriano: quorum aias vidit Maxim⁹ in pūcto martyrij ascē
dere celum. Et beata Emerentiana collactanea btē Agnetis si
ne baptismo aque baptizata proprio sanguine fuso ad celū euo
lauit: z multis alijs. Scōa via immediata ad celū est purifica
tio baptismalis. In cuius figurā filij Jsrael viā faciētes p Jor
danis fluuiū: eo trāsacto immediate intrauerūt terrā ꝓmissio
nis. Jordanis in quo christus baptizatus est: z inde collata est
virtus in baptismo: significat baptismū. Per hunc trāsit cū Jo- Baptis
sue qui baptismū recipit z Jesum fide. Et hic est effectus ei⁹ vt mi effica
sanctificatus intret in regnū celorū signatū per terrā ꝓmissio cia.
nis: si tunc mortē quantacūq; peccata originali addidisset. Et
ad hoc ostēdendū: baptizato christo aperti sunt ei celi: z vox pa Mat. iij.
tris intonuit. Hic est filius meus dilectus. Q̄ intelligit nō so
lum de christo: sed et de quocūq; baptizato debite: inquantum
scz filius est ꝓ adoptionem. Filio aūt debetur paterna heredi
tas. Hanc vitam tenēt oēs paruuli baptizati decedentes ante
vsum rationis: q: scz subito euolāt z ideo pro eis orare nō opor
tet: z si q̄ officiū ꝓ eis fiat in ecclesia: magis fit ad cōsolationē
viuorum q̄z pro adiutorio ipsorum. Tertia est intensionalis cō
punctionis. De qua potest intelligi illud ps. lxxvj. In mari via
tua. i. magna amaritudine compunctiōis est via dei ad celum:
non tamen quecunq; cōpunctio seu contritio est via immedia
te ducens ad celū cum quis decedit: sed oportet q̄ sit valde in
tensa: ita q̄ auferat oēm culpā et debitam penam. de qua dicit
Thren. ij. Magna est velut mare cōtritio tua. Hanc q: habuit
Dismas latro scz ille qui cum christo crucifixus est a dextris ei⁹ Lu. xxiij.
audire a christo meruit. Hodie mecū eris in paradiso. Nō eīm
martyrum fecit illum subito decedentē paradisum introire: q:
martyr: nō fuit: cū pro suis sceleribus dānatus fuerit: nō ꝓ fide
sed ꝓpter maximā sui cōpunctionē. Hāc etiā creditur habuisse Conuer
Maria Magdalena: que cum lachrymis suis lauit pedes dñi sio pecca
Jesu. Similiter de quadā meretrice legit q̄ audita quadā pre tricis.
dicatione tāta cōpunctione et lachrymarum effusione ad cōfes
sionem accesserit: q̄ in processu ipsius prē dolore mortua est. Et
cum predicator dubitās de eius salute recōmendaret populo:
vox de celo audita est q̄ nō indigeret illa eorum orationibus:
sed potī⁹ ipsi suis: q: imediate ad celū euolauerat. Et de hmōi
ta m intensa cōpunctione ad literā intelligitur illud dictū Aug.
in lib. de pnia. z allegatur de pe. dist. iij. sunt plures. ante med. q
vera penitentia ad puritatē baptismi conatur adducere penitē
tem: alias confitentem. Quarta via est virtualis perfectionis.
de qua Prouer. iiij. Justorum semita quasi lux splendens pro
cedit et crescit vsq; ad perfectam diem. i. perfectam conuersatio
nem. Hec perfectio consistit in perfectissima charitate: que ꝑm
apostolū ad Col. iij. est vinculū perfectionis. Huius effectus z
signa sunt martyrij desiderium pro dei honore z proximi salute:
carnem spiritui subiectā experiri sedatum esse fatus a passioni
bus: et si aliquādo aliquantulū insultū aliquem sentiat cogita
tiones turpium: nō multū molestari: circa deum animo occupa
ri per contemplationē: concipere visionis eius affectum: pecca
ti odium: mūdi fastidium: vitam presentem in patiētia habere: mor
tem in desiderio: in alijs exercitijs nisi quantū charitas vigeat
non delectabiliter occupare: sed magis contemplationi z lectio
ni vacare. Per hanc viam hortatus est dominus Abraam ince
dere cum ei dixit. Ambula coram me z esto perfect⁹. Gen. xvij.
id est totaliter dirige mentem tuam ad me: oīa ad me referen-

Phil. i. Exo. iij.

Quicquid enim sensu apprehenditur potest apprehendi imaginatione: et ratio: sed non conuertitur. Ponunt autem. Damascenus ⁊ Gregorius Nicenus quatuor species tristitie. Cum enim tristitia sit de malo: inquātum malū alterius estimatur vt suum: sic est tristitia misericordie. Inquantū apparens malū: sed vere bonū estimatur vt sui bonū diminutiuū: sic est tristitia inuidie. Inquantū vero malū sic aggrauat: vt nō appareat aliquod refugiū: sic est anguſtia. Inquantū autem sic aggrauat vt etiam ipsa mēbra immobiliter sic est acidia. Est etiā ⁊ tristitia penitentie que est de malo proprio. Est autē tristitia bona quādo est ꝑm rationē: mala vero quādo est contra vel extra rationē. Tho. j. ñ. q. xxxv. Causat autē tristitiā bonum amissum: ⁊ magis malū cōiunctum: id est presens ꝑm sensum vel imaginationem patienti. Item concupiscentia seu cupiditas causat tristitiam: inquantū scilicet de retardatione boni cupiti: vel totali subtractione tristamur. Item appetitus vnitatis, Vnūquod q̄ eīm appetit vnitatem sicut ⁊ bonitatē: quia bonū vnitiuscuiusq̄ cōsistit in quadam vnitate. Sicut ergo amor boni causat dolorē modo dicto: ita et amor vnitatis. Item potestas maior inquantū scilicet remanet appetitus in contrarium inclinās causat dolorem. Si enim nō resisteret appetitus sed cōsentiret: non causaret dolorem. Ex tristitia inordinata impeditur homo ab addiscēdo. Item ex ea aggrauatur animus aspirando euasionē mali. Item debilitatur vel etiam priuatur ab operando. Item inter omnes passiones maxime nocet corpori: ⁊ hoc nō solum per quantitatem excessiuā: sed etiam quantum ad speciem sui motus. hec Thom. j. ij. questiōn. xxxvij. In remedium nota q̄ tristitiam habet mitigare quelibet delectatio sicut sibi contraria. Item fletus mitigat tristitiam: et hoc tum quia ad exteriora diffunditur: tum propter ipsam operationem fletus: que cum conueniat tristato efficitur delectabilis. Item dolor amici compatientis mitigat etiam tristitiam: et hoc quia ei fit imaginatio in contristato: q̄ alij cum ipso ferunt onus tristitie. Tum quia ex hoc percipiunt contristari se amari: qđ est delectabile. Item contemplatio veritatis mitigat tristitiam: quia maximam delectationem causat. Item somnus et balneum: ⁊ hoc quia reformant naturam corporalem indebitū statum motionis vitalis. Tho. j. ij. q. xxxvij.

Nota ꝫ differentiam.

Dolor interior maior est exteriore.

De speciebꝰ tristitie.

Causa tristitie.

Delectatio mitigat tristitiam.

§. I. De multiplici tristitia.

Multiplex est tristitia.

Mota est a Saluatore discipulis. Mulier cum parit: tristitiam habet. Jo. xvj. Et iterum ibidem. Tristitia vestra vertetur in gaudium. Et mulier quidem naturalis. i. femina: tristitiam habet in partu humanali. Mulier carnalis. i. mala cōscientia: tristitiā habet in partu criminali. Et mulier virtualis et intellectiua: tristitiam habet in partu spirituali. Vbi sciēdum quod sunt septem genera tristitie. Prima mulier vnam habet. secunda tria. et tertia tria in partubus suis.

¶ Est igitur tristitia passionis: et hec moderanda.
¶ Est tristitia attediationis: et hec resecanda.
¶ Est tristitia emulationis: et hec abdicanda.
¶ Est tristitia conturbationis: et hec segreganda.
¶ Est tristitia miserationis: et hec procuranda.
¶ Est tristitia compunctionis: et hec peramanda.
¶ Est tristitia deuotionis: et hec ampleranda.

De tristitia inquātū est passio naturalis.

Quantum ad primum sciendū: quod sicut naturale est homini gaudere et delectari in ꝑsentia rei amate: ⁊ in habitione rei cōuenientis nature vel sensualitati vel rationi. Ita econtrario naturale est tristari ⁊ de priuatione rei amate: et de eo quod molestat naturam: sensualitatem aut rōnem. Et quia frequenter cōtingit nos incidere in ea que sunt molesta et nociua nature vel sensualitati vel rationi: sicut in infirmitates: famē: sitim: frigus: vituperationes: iniurias: penas ⁊ huiusmodi: ideo frequenter tristitia nos tangit saltem secundum passionem. Et quia nullus est tā cōposite felicitatis qui non aliqua ex patre cum sua fortuna rixetur ꝑm Boe. de philo. conso. ideo nullus est qui aliquando non contristetur. Verū quia ex naturalibus. vt dicit ꝑs nō sumus laudabiles nec ꝙ vituperabiles: nec meremur: nec demeremur: ideo sistendo in ipso primo motu passionis: et non vltra progrediēdo: nō est peccatū. Hāc ⁊ christus Jesus habuit. Cū dixit discipulis Mat. xxvj. Tristis est anima mea vsq̄ ad mortem. Hinc ⁊ Amb. Suscepit dñs tristitiā meā cōsiderēt: tristitiā nomino qui crucez predico. Dicit autē tristis ꝑm Etymol. quasi tritus stans: vt habetur in Catholicō: q̄ ipsa tristitia terit. i. affligit ⁊ consumit corpus: ⁊ ideo dicitur Prouer. xxv. Sicut tinea vestimento ⁊ vermis ligno: sic tristitia viro nocet cordi: ⁊ adeo q̄ Antiochus rex incidit in languorem pre tristitia ⁊ dixit suis. Pereo tristitia magna in terra aliena. j. Machab. vj. qō et multis alijs contingit: ⁊ ideo moderāda est ista tristitia ⁊ refrenāda: orādo ⁊ conformando se in omnibus voluntati diuine: sine cuius beneplacito aduersa pati nō possumus: sicut ipse Jesus cōtristatus docuit nos exēplo suo ꝓtrius orās ⁊ dicēs Luc. xxij. Non mea voluntas: sed tua fiat. Et vt dicit in. iij. sen. Tristitia fuit in eo ꝑm ꝓpassionē nō ꝑm passionē. i. tali modo q̄ ex illa tristitia in nullo obscurata est ratio: nec ab aliquo bono per eam vel in momento se subtraxit. In nobis autē est ꝑm passionem. i. taliter q̄ aliquātulū obtenebrat intellectum ⁊ debilitat affectū. Mulier ergo cum parit: ad literā: tristitiam habet ex afflictione. Unde prime mulieri in ꝓsona oīm dictum fuit: excepta virgine Maria: q̄ sine dolore peperit. In dolore paries filios. Gen. iij. Dolor cōprehēdit tristitiam: sic ⁊ quelibet anima in operādo multa afflictiua: sed tristitia vertetur in gaudiū. j. Pe. ij. Hec est enim gratia si propter deū quis sustinet tristitias: gratia aūt ducit ad gloriā. Scōa est tristitia attediationis: cū quis ꝙz contristatur in operibus vel de operibus bonis: ad que tenetur rōne laboris existentis in eis: vt in orādo: dicēdo officiū: ieiunando: confitendo et huiusmodi. Unde Dāmas. Diffiniens accidiā que importat tediū operandi dicit q̄ acidia est tristitia aggrauans animū vt nil et libeat facere. Ista tristitia deuicit filij Israel: cū ambulabāt per desertū vt venirēt ad terram promissionis ceperunt habere tedium laboris: et habere in nauseā suauem cibum manne: sed mortui sunt plurimi. Sic presli tristitia acidie fastidiunt bona spūalia: que etsi in principio videantur laboriosa: tamen sunt vere suauia. Et sicut illi cōtēpto suauissimo illo cibo: quesierūt vilissimos cibos: ita accidit acidiosis. Nā cum nō diu quis in tristitia manere possit quin eam expellat: nescies se cōuertere ad bona spūalia: que etsi in principio videantur laboriosꝫ

De tristitia attediationis

Jo. xvj.

Tristis necessario potest esse diu.

riosa:tñ suauia multũ sentiunt:tradit se ad mundana ꝛ carnalia vilissima:vt eorũ delectatione abijciat tristitiam. Propterea dicit sapiens Eccli.xxx. Tristitiam longe repellet a te: multos eñ occidit tristitia:saltem spualiter. Sic dñs Jesus surgens ab oratione:cũ inuenisset discipulos dormientes pre tristitia:vt dicitur Mat.xxvj.excitauit ad orationẽ. Et q̃ non se iuuerũt ad laborandũ in oratione:incideruñt q̃cito in mortẽ infidelitatis circa diuinitatẽ christi. Sed cum christus dixit cuidam adolescẽti querenti viã salutis et perfectionis. Si vis perfectus esse vade et vẽde oĩa que habes ꝛda pauperibus et sequere me. Cum ille hoc audisset abijt tristis. Matth.xix. quia diues erat:ideo videbatur sibi nimis difficile relinquere substantiam. Mulier ergo.i.sensualitas cum parit faciendo opera peccatorum ad se delectandũ vt vitet tristitiã:tristitiã habet incurrẽdo labores ꝛ dolores in eis ꝛ remorsum cõscientie sustinet:qui generat ngn paruã tristitiam. Unde dicit pñs:q̃ ois malus impletur penitudine:scilicet post malũ cõmissum. Et de huius partu criminali dicit Jac. in canoñ. Concupiscentia cum conceperit.s.malum desiderium parit peccatũ. Peccatũ cũ consummatum fuerit generat mortem scilicet eternam. Tertia est tristitia emulationis: cũ sc̃z quis tristatur de bono alterius:q̃ aliq̃ pertinet ad inuidiã: aliq̃ ad neemesim scõm pñm. Cum quis tristatur de bono proximi tẽporali vel spuali:inquantum bonum ipm proximi apprehenditur vt diminutuum sui honoris ꝛ glorie:secundum iudicium suum licet falsum sit:sic talis tristitia est inuidia. Uñ Damasce. dicit q̃ inuidia est tristitia de bono alieno. Et quia cõtra charitatem proximi est:propter qđ dicit apls.j.ad Cor.xiij. qđ charitas non emulatur.i.non inuidet:sicut nec frigefacit ignis: ideo apls admonet ipsam abdicando dicens Roma.xiij. Non in contentione et emulatione. s. inuidie:tristitie conuersemini. Omnis enim plaga id est inuidia. Eccli.xxv. tristitia cordis est:vulnerat enim animam et corpus. Unde Sene. vtinam oculi inuidorum in oĩbus ciuitatibus inuenirentur:vt de omni felicitate torquerẽtur. Est ꝛ alia tristitia qua quis tristatur de bono alterius tẽporali inquantum sibi videtur eo indignus: sicut cum quis tristatur aliquez malum honorari:dignitate sublimari:diuitias habere ꝛ huiusmodi. Sed cum diuina puidẽtia ista disponantur:que cũcta certissime dispensat:nõ debet aliquis de huiusmodi contristari. Aliq̃ eñ talia deus concedit malis: vt considerata dei benignitate erga se:reuertantur a vijs suis pessimis:vel si non se emendant:ad remunerandum bona que hic faciunt. Et ita sunt hmõi parua ꝛ transitoria q̃ nõ debeant boni curare ꝛ contristari his carere. Uñ pñs.xxxj. Noli emulari in malignantibus. s. si videris eos prosperitatẽ habere. ꝛ hoc ideo: quonã vt subditur. Tãq̃ fenũ velociter arescent ꝛc. Mulier ergo.i.anima viuens scm sensualitatẽ:cũ parit opera. s. emulationis:tristitiam habet.i.afflictionem de ipa sua inuidia. Et cũ perit non vtiq̃ tristitia sua conuertitur in gaudium. ꝛ hoc ideo: quia nõ peperit masculũ.i.opus virtuosũ:sed feminam.i.opus vitiosum fecit:et sic tristitiam super tristitiã habet. Eccli.xxxvij. Nõne tristitia inest vsq̃ ad mortẽ. s. inferni vbi est summa tristitia. Quarta tristitia est turbationis. s. cum quis ex aduersitate vel iniuria recepta tristatur multa circa ipsam:ita qđ exinde turbatur non qđ tristitia sit ira:sed ex ipsa causatur: nisi quis cito abijciat eam. Et de hoc põt intelligi illud Eccli.xiij. Felix qui non habuit animi sui tristitiã. s. perturbationis. Et propterea dicit Hiero. Irã vince patientia:nec mẽs tua vagetur:alias vacet variis pturbationib9:que si pectori tuo insederint dominabũtur tui:et te deducent ad delictum maximum. de conse.dist.v. nunquã. Signanter añt dicit. Irã vince patientia: q̃ primũ qđ occurit mẽti:qñ aduersa et iniurias sustinet:est tristitia et delectio quedam animi:qr videtur sibi indigna pati:ꝛ tali tristitie opponitur patientia:ꝛ eam expellit:vt suum contrarium. Et quia ex illa tristitia post eã causatur ira:ideo per patientiam vincit ira: quia remota causa remouet effectus. Hanc añt tristitiã pturbationis:etsi haberi non debet in alio: q̃ vitia tñ ostendi debet in actu extrinseco ad correctionem aliorũ. Dicitur eñ Ecclesiast. vij. Per tristitiã vultus corrigitur animus delinquentis. Cũ eñ reprehendendo quis exhibet faciẽ tristẽ ꝛ turbulentam:is qui corrigitur cõprehẽdit illi qui reprehendit multũ displicere talẽ defectũ:ꝛ sic magis datur sibi occasio emendãdi. Et Prouerb. xxv. dicitur. Uẽtus Aquilo dissipat pluuias: ꝛ facies tristis linguam detrahentẽ. Sic legimus de beato Augu. q̃ si in mensa aliquis cepisset detrahere:ostẽdebat se tristẽ ꝛ turbatũ:adeo qđ dicebat obloquentibus. Si quis amat dictis absentũ rodere vitã. Hãc mẽsam indignã nouerit esse sibi. Quinta tristitia est miserationis:cũ scilicet quis videns miserias proximorum corporales vel spirituales contristatur. Unde Augu. dicit in libro de ciuit. dei. q̃ misericordia est aliene miserie nostra in corde compassio. Hãc habebat apls cũ dicebat ad Roñ.ix. Tristitia mihi est magna et cõtinuus dolor cordi meo. Hanc et Saluator habuit qñ videns ciuitatẽ scz Hierosolymã fleuit super illam: vt habetur Luc.xix. Compatiebatur enim perditioni illorum:ꝛ propter magnas tribulationes quas debebant sustinere tẽpore obsidionis future sub Tito et Uespasiano:quã expressit ipse. Hanc etiam ostẽdit qñ de morte Lazari lachrymatus est. Joã. xj. ex compassione sororum eius:vel potius ex compassione ad animam Lazari que reuocabatur ad miserias huius vite:vt dicitur.xiij.q.ij.qui diuina. Et quanto quis habet maiorem charitatẽ:tanto magis habet hanc tristitiam:nam misericordia effectus est charitatis. Unde et de beato Dominico legitur q̃ miserabatio que cum eo ab infantia creuerat:nullius aspectꝰ afflictionis sinebat eũ non esse particpem propter quod bis voluit in seruum venundari:ad redimendũ filiũ cuiusdam vidue ab infidelibus captum:cum mater illius subsidium ab eo postularet: et altera vice ad subueniendum necessitati quorũdam nobilium. Cõpati autẽ debet quilibet precipue crucifixo. Nam scm apl̃m. ij.ad Tim.ij. Si compatimur et conregnabimus. Quis eñ tam duri cordis est:qui si videat dñm suũ optimã,patrẽ amãtissimũ: benefactorem largissimum:asperrima tolerare ꝛ pro sui vtilitate non cõpatiatur:non cõtristetur ꝛ multum.quanto magis ꝛc. Sexta tristitia est compunctionis:cũ. s. quis tristatur ꝛ dolet de peccatis cõmissis:de qua dicit apls.ij.ad Cor.vij. Tristitia que scõm deũ est:salutẽ operat. Et loquitur vt ex precedẽtib9 patet de tristitia penitentie ꝛ compunctionis. Et q̃ nil vtilius ad salutem et purgationem peccatorũ ex parte nostra tristitia ꝛ dolore penitentie vera:ideo amanda est ꝛ procurãda. Uñ dicit Eccls. vij. Cor sapientum vbi tristitia est. Petrus apls:q̃ fleuit amare id est eum magna tristitia peccatũ suum inde pcepit remissionẽ. Maria Magdalena:q̃ contristata est valde de peccatis suis: ita vt lachrymis suis lauaret pedes Saluatoris meruit audire:remittuntur tibi peccata tua. Luc.vij. Et quãto quis plus tristatur de peccatis:cũ spe tamen remissionis ex diuina mia plus recipit emundationis. Et tristitia quidẽ scm rationẽ:que non est aliud nisi quedam displicentia volũtatis:ꝛ detestatio de peccato inquãtũ sunt offensa dei:nimia esse nõ põt. Et rõ est secũdũ btñ Tho. q̃ amor dei vñ illa pcedit:non põt esse nimius. Sed tristitia q̃ est in parte sensitiua ꝛ eam affligit sensibiliter:illa põt excedere:sicut ꝛ alia afflictiua corporis:vt ieiunium:vigilia:disciplina:ꝛ hmõi:ꝛ ideo oportet illã moderari. Cauẽda est autẽ tristitia hypocritarũ qua exterminãt facies suas propter mũdi gloriã vt laudẽtur:ppter qđ Saluator ait. Nolite fieri sicut hypocrite tristes. Septima tristitia est deuotionis:dũ. s. quis cõtristatur ex dilatione patrie superne cõsiderãs felicitatẽ ꝛ securitatem illius ꝛ pericula pcta vite presentis. De hac pñs.xlj. Quare tristis es aĩa mea et quare conturbas me. Sed assignat ratio supra ibi. Fuerunt mihi lachryme mee panes die ac nocte. Ecce tristitia. Et subdit causam. Uũ dicitur mihi quotidie vbi est deus tuus. s. ex dilatione glorie. Hec pcedũt ex magna charitate et ipsam nutriunt ꝛ animam sanant:sed non reperiuntur nisi ex magna consequestratione a tumultu hominum ꝛ cogitationum. Et in huius figuram legitur quod Ana inuenit aquas calidas id est balnea res in solitudine. Beñ.xxxvj.c. Aque calide sunt lachryme deuotionis que solitarius inuenit.

De tristitia emulationis. Jaco.j. De tristitia turbationis. Wat. xxvj. De tristitia compũctionis. Tristitia deuotionis.

De septima passione que dicitur Spes. Capitu. viij.

SPassionum autem irascibilis prima est spes. Circa obiectum autem spei quatuor considerantur conditiones. Primo quidẽ qđ sit bonum. Non eñ proprie loquẽdo est spes nisi de bono: et per hoc differt spes a timore qui est de malo. Secũdo vt sit futurum. non enim est spes de presenti iam habito:et per hoc differt spes a gaudio quod est de presenti. Tertio requiritur qđ si aliquod arduũ cũ difficultate adipiscibili. Non enim dicitur quis sperare aliquod minimum quod est statim in sua potestate vt habeat:ꝛ per hoc differt spes a concupiscentia seu desiderio que est de bono futuro absolute. vnde ptinet ad cõcupiscibilem:spes ad irascibilẽ. Quarto q̃ illud arduum sit possibile adipisci. Non enim aliquis desiderat id quod oĩno adipisci non potest:et per hoc differt spes a desperatione. Presupponit

Cõditiones obiecti spei.

aūt desiderīū:sicut ꝛ omnes passiones irascibilis presupponunt passiones cōcupiscibilis. Cū aūt motus spei importet quādā extensionē appetitus in id qđ ei repsentat vis cognoscitiua:vt bonum arduū ꝛ adipiscibile:ideo spes pertinet ad appetitū. In hoc enim videtur differre vis.i.potētia appetitiua a potentia cognoscitiua.q; appetitiua perficitur per extensionē ad res desideratas:sed cognoscitiua per receptionē rerū cognitarū in cognoscente.s.per suas similitudines. Est autē causa spei experientia. Et hoc dupliciter. Primo:q; per experientiam homo acquirit facultatē de facili aliquid faciendi:ex quo sequitur spes. Secūdo: q; per experientiā fit homini estimatio q aliquid sit sibi possibile:qđ impossibile ante experientiā reputabat:sed per hunc secūdum modū est etiā causa defectus spei. Itē iuuentus causa spei est:ꝛ hoc propter tria que accipiūtur ꝑm cōditiones bonī:qđ est obiectū spei.s.arduū:futurū:ꝛ adipiscibile. Juuenes habēt multum de futuro ꝛ parū de presenti:ꝛ ideo q; memoria est preteriti: spes futuri:parū habent de memoria:ꝛ multū viuūt in spe. Juuenes etiam propter caliditatē habent multos spiritus:ꝛ ita in eis cor ampliatur. Ex amplitudine autem cordis est q aliquis tendat in arduum:ꝛ ideo iuuenes sunt animosi ꝛ bone spei. Juuenes etiam q; non sunt passi repulsam:nec multa impedimenta in suis conatibus experti de facili reputant aliquid possibile adipisci. Et sic propter inexperientiam ꝛ contraria que non sunt passi in suis operibus:sunt bone spei. Ebrietas causat spem propter caliditatem cordis ex vino ꝛ considerationem periculorū:fatuitas vero propter incōsiderationē. Effectus spei est amor. Sciendum tamen q; spes ꝛ est causa ꝛ est effectus amoris scōm diuersos respectus. Inquantū enim spes respicit bonū speratū:spes ex amore causatur. Non enim est spes nisi de bono desiderato et amato. Inquantū vero spes respicit id per qđ fit nobis possibile aliquid:sic amor causatur ex spe ꝛ nō ecōuerso. Et hoc est quādo per aliquē speramus nobis prouenire bona posse:mouemur in ipsum sicut in bonū nostrū:ꝛ incipim⁹ amare eū. Itē spes adiuuat opationē. Et hoc dupliciter ſ. ꝛ rōne obiecti qđ est arduū possibile:arduū autē excitat attētionē ꝛ rōne effectus: q;.s. causat delectationē:delectatio aūt adiuuat opationē. Tho.ſ.ij.q.xl.

Experiētia est cā spei dupliciter.

Ebrietas causat spem.

De spe naturali.

§.I. Triplex aūt est spes:videlicet

naturalis:virtualis:ꝛ criminalis. Spes naturalis est quedā passio. Unde ꝛ philosophus dicit:q; iuuenes sunt magne spei. Hec est cōmunis nobis ꝛ brutis. Per experientiā enim videmus qđ canis mouetur ad insequēdū leporē:ꝛ accipiter auem ꝛ hmōi: qđ nō faceret nisi q; sperat assequi. Est aūt hec passio in vi irascibili:que est etiā in brutis ꝑm Tho.in.iij.sen.dist.xxvij. Cū enim omnis passio sit in cōcupiscibili vel irascibili: omnis illa passio de cuius intellectu est appetitus in bonū vel cōueniens simpliciter:est in cōcupiscibili:sicut amor:delectatio:ꝛ hmōi:ꝛ oppositā horū. Omnis aūt illa passio de cuius intellectu est motꝰ in bonum cū circūstantia difficultatis:est in irascibili. Et hmōi sunt omnia illa que importāt bonū vel malū:cū denominatione alicuius quantitatis:sicut ira que exurgit ex magna lesione quam quis potest vindicare:ſz nō in prōptu. Timor nō est de quolibet malo:sed de magno cui nō potest resisti vel difficulter. Spes importat motū appetitus ad aliquod bonū cōmensuratū appetēti. Non enim est de bono ꝛ tanto ad qđ nullo modo potest peruenire:nec tamē de tam paruo qđ pro nullo habeatur:sed de eo qđ est difficile haberi:ꝛ tamē pōt haberi propter qđ dicitur arduū. Et sic arduū addit quandā specialē rationē bonitatis ſ. pretiositatem quandā ex hoc ipso q; nō de facili potest haberi:sicut dicitur esse rarū charū. Differt autez in hoc ab audacia:q; audacia importat extensionē appetitus in aliquod arduū malū vt repellatur. Spes autē extensionē appetitus in arduū bonū vt acquiratur. Sed q; de spe vt est passio dictū est. ꝫ. ideo nō hic aliud de ea. Naturalia tantum non sunt nec vitia nec virtutes. Spes virtualis est virtus theologica. de qua Pſ.lxx. Tu es domine spes mea:ꝛ est ibi predicatio per causam.i.tu es causa spei mee. Ubi etiā sciendū ꝑm Tho.in.iij.sen.distinc.ij.q; spes vltra acceptionē predictā scilicet pro passione scōm q; sumitur in bonum:accipitur quadrupliciter. Uno modo prout nominat habitum inclinantez ad actum voluntatis similem actui spei que est passio partis sensitiue.vt ibi.ſ. Cor.xiij. Nunc manent fides:spes charitas. Secundo modo prout nominat actum procedentem a tali habitu: ꝛ sic est actus virtutis.vt ibi Pſ.lxx. Moab olla spei mee. Moab significat malos qui sunt olla facientes sua persecutione feruescere ꝛ coquere id est perficere spem nostrā. Tertio modo prout nominat rem speratam:ꝛ sic est obiectum virtutis:vt ad Titum. ij. Expectās beatam spem.i.visionem beatam speratā. Quarto modo prout nominat certitudinem que sequit spem.vt vbi ad Roma.v. Probatio vero spem id est spei certitudinem:et sic nominat statum perfectionis in virtute quantum ad certitudinis intentionem. Est etiam sciendum quod spes que est virtus non opponit timori que est donum:quāuis illa de bono futuro: ista de malo futuro. Et ratio est quia spes se extendit in deum ex cōsideratione diuine largitatis. Timor vero dicit resilitionem ex consideratione propie prauitatis:et ita non est secundum idē resilitio timoris ꝛ extensio spei vnde non sunt contraria:cū contraria sint secundum idem. Spes criminalis solo nomine ꝛ impropie dicitur spes propter aliquam apparentem similitudinem quam habet cum ipsa de qua dicitur in Pſ.lxj. Nolite sperare in iniquitate. Et in euangelio Luc.vj. Mutuū date nihil inde sperantes. Nam talis spes que impropie et large dicit spes in mutuo inducit vsuram. extra de vsur. consuluit. Quod intelligitur quando talis spes est causa principalis mutui. De ista tamen materia plene in.ij.par.ti.j.ca.vij. Et dicitur spes secūdum Etymol. quasi pes ꝓgredīēdi ad ardua:vt dicit in Catholicō. Secūdum istam largā acceptionē spi.ſ. in malū. Nota secundū Guil. in summa virtutū: q; ipsa est triplex. Prima est confidentia de seipso. Scda est cōfidentia de alio. Tertia est confidentia de aliquo vano. De prima dicitur Prouerb. xxviij. Qui confidit in corde suo stultus est. Vere autem stultus est cōfidens de se que proprius loquēdo presumptio est. Nam homo nō est sufficiens ex se:nec ad subsistendū:nec ad defendendum se:nec ad merēdum:eo q; homo nec aliqua alia creatura sit sufficiens ad subsistendum ex se vt ostendit Greg. dicens. Esse omnium que de nihilo facta sunt in nihilum retenderet:nisi ea omnium auctor manu reginimis retineret. Secundo non est sufficiens defendere se ab hostibus suis:imo a demonibus cito perimeretur:nisi a deo protegeretur. Thren.iij. Misericordie domini qđ non sumus consumpti. Tertio est insufficiens ad merendum: quia nec ex se sufficit bonam vitam inchoare.ꝫ. Loun.iij. Non quod sufficientes simus cogitare aliquid a nobis quasi ex nobis. Cogitatio autem primum opus videtur esse. Potest homo se perimere:sed non se resuscitare. Osee.xiij. Perditio tua ex te Israel:tantummodo in me auxilium tuum. Item est insufficiēs in bono inchoato pseuerare. Greg.. Cito bonum amittitur nisi a largiente custodiatur. Est etiam insufficiens in bono proficere. Pſ.lxxxiij. Beatus vir cuius est auxilium abs te ascensiones ꝛc. Confidentia seu spes in homine est fallax ꝛ confundens hominem. Esa.xx. Confundent ab Ethiopia spe sua et ab Egypto gloria sua. Et confidunt homines in altero: aliquando ratione potestatis. Sed dicitur his Esa.xxxj. Uel qui descendunt in Egyptum ad auxiliū in equis sperantes:sequitur ibidem. Et non sunt confisi in sanctū Israel ꝛc. Aliquando ratione consanguinitatis scōm q; dicit Hiere.xvij. Maledictus vir qui confidit in homine: ꝛ ponit carnem.i. parētelā brachiū suū id est robur suum. Aliquādo ratiōe malitie ꝛ iniquitatis. Pſ.lxj. Nolite sperare in iniquitate per astutias hominem putantes obtinere que volunt. Confidentia in re vana est confidere vel in vita temporali que breuis et momentanea est. Sap̄.v. Spes impij quasi lanugo que a vento tollitur:vel confidentia in diuitijs. j. ad Timo.vj. Diuitibus huius seculi precipe non sublime sapere neq; sperare in incerto diuitiarum:sed in deo viuo:vel confidere in fama ꝛ opinione hominum. Job.viij. Spes hypocrite peribit. Quid enim hypocrita in cunctis suis operibus sperat:nisi honoris reuerētiam:gloriam laudis a melioribus metut:sanctus ab hoibus vocari. Sed peribit ista spes:quia eternitatem non querens:fugit quod tenet:quia eius intentio in illa gloria non figitur:que sine fine possideretur. Job.viij. Sicut tele araneārū fiducia eius scilicet hypocrite. Omnis ergo ista mala impropie dicta spes abiicienda est.

Spes sumit quadrupliciter.

Confidētia seu spes est fallax.

Spes hypocrite.

De octaua passione que dicitur desperatio. Cap.viij.

Esperatio est passio:con

trarla spei. Sicut enim spes importat quendam accessum. Tendit enim sperans in obiectū.i.rē speratā que est bonū arduū:qđ habet rationem attracti ut ꝓut est cum possibilitate adipiscendi:sic desperatio importat quendam recessum. Nā desperans discedit a bono arduo:nō q; non desideret:sed quia cōsiderat illud cum impossibilitate obtinendi:ꝛ ideo habet rationem retractiui.

Triplex est vana confidētia.

De spe criminali.

§. I. De desperatione q̄uis ipsa

Desperatio non semp capit i malā partē.

sonet in vitiū:tñ aliquādo sine peccato est:cū.s.est solū fm motū passionis primū:vt cū quis videṡ se in periculis maximis maris vel inuasionis sibi facte:vel infirmitatis grauissime desperat euadere mortē:nihil tñ inconueniens agit ꝓpter hoc:passionibus eñ puris nec meremur nec demeremur. Aliq̄n est meritoria ratione adiuncte humilitatis:puta cum quis vocatus vel missus ad aliquod officium vel exercitium magne importātie desperans de aptitudine sua ꝛ idoneitate ad illud:humiliter recusat et refugit:nō tamē aio obstinato. Sic Moyses desperans se esse aptū ad loquendū ꝓ Pharaoni ꝛ educēdum ppm de Egypto ꝓpter impeditionem liguam recusauit tremisi cum socio.s. Exo. iiij. Aarō eloquēti. Et Saul audito q̄ deberet rex fieri super Israel se absconditin domo reputans se oīno indignum. Et Ereg. fugit desperans se apte papatum recturum. Aliquando est vitiosa et condēnatoria:vt cum quis desperat de remissione peccati ꝛ salute vel receptione auxilij a deo in suis indigētijs. j. Reg. x. Huius autem desperatiōis septē possunt esse cause fm Mauritiū de distinctionibus. Et prima est ex cōfusione quā habet quis de peccati sui publicatione. Confunditur quis ex hoc aliq̄n vt intret desperationē ꝛ effrenis peccet:ex quo videt se famā amisisse. Et propter hoc precipitur a christo:vt cū peccatū alicuius est occultum occulte corrigat:non palā ne amisso pudore ex ipsius manifestatione qui eū retinebat:frequenter sine freno recidiuet. Septem possunt esse cause desperationis. Hiere. ij. Desperaui:nequaq̄ faciam. dicebat populus Judeorū.s. vltra quod dñs iubet. Et quasi assignās causam huius desperatiōis subdit. Quō confunditur fur q̄n deprehenditur: sic confusa est domus Israel. Cōfusio furis deprehensi in furto desinat confusionem animi ex publicatione sui peccati. Sed vt dicitur Eccli. xx. Est qui pre confusione perdit animam. Et ideo non dz propter hoc q̄s desperare:sed considerare cōfusionem immensam quam habebit in finali iudicio q̄n publicabuntur omnia scelera sua coram toto mūdo. Hiere. xx. Cōfundent vehementer tunc scilicet q̄ nō intellexerūt opprobrium sempiternū q̄ nūq̄ delebitur. Et ex hac consideratiōe cessari a malis:ꝛ sperare dei adiutorium ꝛ fama recuperationem:que vtique recuperantur per penitentiam ꝛ bonam vitam:vt patet ex Magdalena ꝛ Paulo. Secunda causa desperationis est ex peccatorum cōmissa multiplicitate. De quibus potest intelligi illud Ephe. iiij. Desperantes semetipsos tradiderunt impudicitie in operationē immūditie oīs. Sed sicut incedēs per viā lutosam ꝛ frequētissime cadens in cenū:nō tñ ibi se firmat sed resurgit. Ita quantūcunq̄ quis deliquerit:semper debet resurgere per penitentiam ꝛ nūq̄ desperare. Ad q̄d animat peccatores ipse fons pietatis Jesus dicens Petro. Non dico tibi vsq̄ septies.s.si peccauerit frater Deus nū q̄ respuit penitētā hois. dimitte cū penitet sed vsq̄ septuagiessepties. Mat. xviij. etiam si cōmisisset oīa peccata q̄ cōmissa sunt ab initio mundi vsq̄ ad nunc que numerantur a Lu. iij. ca. ꝛ describuntur. lxxvij. esse ab Adā vsq̄ ad Christū. Ad q̄d etiā facit q̄d ait Chry. in li. de reparatione lapsi dicens. Talis est erga homines dei pietas vt nunq̄ respuat hois penitentiam: si et pure et simpliciter offeratur:etiam si ad summū quis peruenerit vitiorū:et inde tñ reuerti velit ad virtutis viam suscipit:ꝛ libēter amplectit:et oīa facit quatin⁹ ad priorē reuocet statū. de pe. dis. iij. talis. Exēplū patet in parabola de prodigo filio:q̄ abierat in regionē lōginquā et cōsumpserat oēm substantiā ꝛc. Ubi notat multiplicitas vitiorū:tñ reuersus cum magno gaudio recep⁹ fuit a patre. Luce. xv. Tertia causa prouenit ex flagitij enormitate. Mich. j. Desperata est plaga eius:sicut est peccatum cōtra naturā:pditio:homicidiū ꝛ huiusmodi. Sic Judas Scarioth attendens enormitatem sceleris cōmissi desperās se vnq̄ posse satisfacere:laqueo se suspēdit Matth. xxvij. Malus aūt fuit peccatū ipsa desperatio ꝛ occisio sui q̄. pditio:abstulit eñ sibi si tempus pnie:q̄d soluz est in vita p̄senti. sic eñ sibi fuisset indultum sicut Petro: si pniam egisset. Nam. j. q. vij. si quis. Item ep̄m dicit. Bonus est in oībus deus:ꝛ aperta sunt viscera eius.s. misericordie oi hoi penitēti. Uñ Leo papa in ser. Sceleratio:oībus o Juda ꝛ infelicio:exercitisti:quē nō pnia reuocauit ad dñm:sed desperatio traxit ad laqueū. Expectasses consummationem criminis tui:ꝛ donec sanguis christi ꝓ peccatoribus funderetur in formis leti suspendū distulisses. de pe. di. iij. sceleratio. Quarta causa desperationis est ex tēporis diuturnitate:puta cum quis pmanet in pctō per multa tpa:vel vsq̄ ad mortē. Prouerb. xviij. Si desperaueris laps⁹ in die angustie imminuetur fortitudo tua. Dies angustie est dies mortis. Neq̄ eñ lapsus in pctā vsq̄ in finē debet desperare q̄n is eñ periculosum sit permanere diu in pctis: q̄ vsus vertitur in naturam:ꝛ naturalia nisi ꝓ diuinā potentiam nō mutentur:tñ manet vsq̄ ad extremuz vite liberū arbitriū adaptandū ꝛ preparādum se ad gratiā:quā deus infundit semper facienti hoi quod in se est:fm Tho. in. iiij. Que gra subito tollit oēm habitū vitij inquātū cōtrariū virtutib⁹ infusis. vñ Leo pa. Nemo desperādus est dū in hoc corpore cōstitut⁹ est q̄ nōnūq̄ q̄d diffidētia etatis differt cōsilio maturiori perficit. de pe. dis. vij. c. j. idē. Misericordie dei nec mensuras possumus imponere:nec tē pora diffinire:apud quē nullas patitur moras venit conuersio. de pe. dis. j. multiplex misericordia. Exēplum de latrone in cruce de quo Jul⁹ pa. Latro vnius momēti pnia meruit esse in paradiso in hora vltime cōfessionis. xxvj. q. vj. si p̄sbyter penitētiā. Exēplū de Manasse impijssimo rege Juda qui diu pseuerauit in multis malis:regnauit eñ p. lv. annos:ꝛ in senectute ꝓpter peccata sua capt⁹ ab inimicis ꝛ incarceratus penitēs meruit in dulgētiā et restitutionē regni sui. iiij. Reg. xxj. ꝛ. ij. Paral. xxxiij. Desperatio nemo dz in hac vita q̄ misericordia dei est infinita. Quinta causa est ex pusillanimitate:dū scz videt peccatoꝝ nimis difficille ꝛ quasi impossibile posse facere penitentias sibi iniungēdas:cū ꝓ vnoquoq̄ mortali fm regulas antiquas eccl'ie deberet imponi septēnis pnia vt habetur. xxij. q. j. p̄dicandū:sed hodie cum sint arbitrarie pnie vt habet extra de pe. ꝛ remis. ois vtriusq̄ nō intūgit pnia alicui quā nō possit faciliter peragere: dūmō peccata velit dimittere ꝛ restituere ꝛ satisfacere proximis de his que tenet:et si hoc durum tñ necessarium. Et rōnabilius ꝛ vtili⁹ est hoi preponere salutē suā substātie tpali et familie que in breui hz dimittere:ꝛ nil secū pōt ferre:q̄ ꝓpter amorē filiorꝝ ꝛ diuitiarū aliena retinēdo in infernū demergi cū familia sua. Alius autē ex pusillanimitate desperat se posse vitare pctā expertus frequēter recidiuum. Sz cū gra potior sit q̄ natura:gra que datur in pnia credere debet q̄ faciet eum fortiorem cunctis hostib⁹. Nā fm bea. Tho. minim⁹ gradus gre est sufficiens ad resistēdū omni tētationi:vt.s. nō assentiat:et etiā suffragia ecclesie eū iuuāt. Debilis quoq̄ est hostis q̄ nō vincit nisi volētē. Uñ dicebat Job dño. Pone me iuxta te.s. per gratiam et cuius vis manus pugnet ctra me. q. d. null⁹ p̄ualebit. Sexta causa desperationis ꝓcedit ex falsa imaginatione dū scz quis videt se multum tepidū in dei seruitio:ꝛ oīa defectuose ꝛ pauca bona agere:vel multum vexari a tentationibus fidei vel luxurie ꝛ hmōi: dubitat ꝛ q̄si estimat se a deo reprobatū:ꝛ odio habitū ꝓpter q̄d desperat se posse saluari. In quorū ꝑsona dicebat ꝑs. xxx. Ego dixi in excessu mētis mee. i. rationis protectus sum a facie oculorū tuorū:vt scz non videas me ad approbationem ꝛ salutē. Sed iob. xvij. vt dicit. ij. Reg. ij. Periculosa est desperatio. Hāc per modum tētationis ingressi sunt sancti viri ad tempus:vt legimus de sancto Bern̄. et de quibusdā alijs. Sed falsa est ista imaginatio:q̄ vt dicit saluator Luc. xvij. non est volūtas patris:vt pareat vn⁹ ex his pusillis. Propterea toti mundo omnibus proponit documenta salutis ꝛ sacramenta gratie. Et dicit bea. Thom̄. j. sen. q̄d si reuelaretur alicui quod esset reprobatus et deberet damnari non debet credere: sed esse illusionem diaboli sub specie angeli lucis. Uel si sciret esse a deo talem reuelationem:debet credere hoc dictum fore sub conditione:videlicet si suam cōuersationem non mutet quam habet malam. Sed talis dicat cū effectu illud Job. xiij. Etiam si occiderit me. i. occidendum et damnandum reuelauerit sperabo in eum. Quoniā sperauit in me liberabo eum ait ipse per ꝑs. ꝛc. protegam eum. Et infra cū ipso sum in tribulatione:eripiā eū ꝛ glorificabo eum. Septima causa desperationis est multiplicatio temporalis afflictionis a qua cū quis non credit posse erui nec posse sufferre se: desperat procurans sibi mortem vt illa aduersa euadat. Hiere. xv. Quare fact⁹ est dolor meus perpetuus et plaga mea desperabilis. Multū eñ talis decipitur:q̄ dum credit euadere miserias illas quas patitur incurrit multo maiores:ꝛ ipsam.s. mortē que est vltimū terribilium et eternas penas inferni. Sicut fecit Saul rex Israel: qui in monte Gelboe prelū exercēs cum Philistijm:videns exercitum suum deuictū timēs capi ꝛ in vltionē illudi ab inimicis: ex desperatione:super hastā suā se proiecit ad se occidendū. Et q̄ per illum nodū nō plene mortuus est:rogauit adolescentem Amalechitā vt cōplete occideret eum:ne viuus caperet a Philisteis:quod ꝛ factū est ꝛ dānatus inde. vt habetur. j. Reg. vlti. et ij. Regū. j. Sed quantūcunq̄ quis aduersis circundetur ꝛ angustietur:nunq̄ debet diffidere de adiutorio dei:ꝛ precipue vt propter hoc agat aliquid iniquū. Mirabiliter enim deus adiuuat in

casibus vbi deficit virtus humana. Respicite filij nationes homi-
Adiuto- num ⁊ scitote: q⁹ nullus sperauit in domino ⁊ derelictus est. Ec-
rium dei clesi. ij. Et de Dauid legimus: q⁹ cū Saul persequēs eum in quo-
quando. dam monte seu loco cinxisset eū cum socijs: ita q⁹ Dauid desperabat euadere de manibus eius: subito delata fuerūt ipsi Saul noua q⁹ Philistijm inuaserant ⁊ discurrerāt per territoriū eius propter q̄d coact⁹ fuit redire: ⁊ sic Dauid euasit. Nūq̄ ergo debet quis in angustijs desperare: sed deo se recōmendare qui oīa potest. Señ. Fortuna tibi oīa abstulit: spē reliq̄t. Idē. tolle spem nemo victus tentabit arma. Cū tñ videas quotidie aliq̄s fortes viros et bñ mūitos vinci ⁊ capi: ⁊ ecōuerso: paucos ⁊ debiles peruenire ad magnas victorias p̄ter oēm spē ⁊ credulitatē hūanā.

¶ De nona passione que dicitur audacia. Cap. ix.

Contraria autez passio ad timorē dicitur audacia. Cum enim de ratione contrariorū sit q⁹ maxime a se distent: ⁊ audacia maxime distat a timore. Nam timor refugit nocumentū futurum propter eius victoriā super ipsum timentē. Sed audacia aggreditur periculū imminēs ꝓpter victoriā sui supra ipsuz periculum. Et sic patet q⁹ cōtrariatur audacia timori. Et nota q⁹ audacia ira: ⁊ nomina omniū passionū: fm q⁹ importāt absolute motū appetitus sensitiui in aliq̄d bonū vel malū: sic sunt nomina passionū: fm vero q⁹ simul cū motu tali important recessum ab ordine ratiōis: sic sunt noia vitiorū: ⁊ isto modo loquēdi vtūtur cōiter doc. s. de ira: audacia: ⁊ hmōi. put importāt vitiū. Cōsequitur aūt audacia ad spē: ex hoc q⁹ aliquis sperat superare terribile imminēs: ex hoc audacter insequitur ipsum. Sic ad timo-
Audacia sequit ad rem sequitur desperatio. Ideo enim quis desperat: q⁹ timet difi-
spē. De- cultatē que est circa bonū sperandū. Et sic prosecutio boni pertinet ad spem. Fuga vero boni ad desperationē. Fuga autez mali
patio ad timorez, ad timorem. Insecutio vero mali terribilis ad audaciā. Causatur etiam audacia ex parte quidē appetitiui motus qui sequitur apprehensionē per ea que faciūt estimare q⁹ possibile sit adipisci victoriā. Uel per propriā potentiā: sicut fortitudo corporis experientia in periculis: multitudo pecuniarū ⁊ talia huiusmodi. Sive per potentiā aliorū: sicut multitudo amicorū vel quorūcunq̄ auxiliantiū: ⁊ precipue si homo cōfidat ex auxilio diuino. Unde illi qui se bene habēt ad diuina audaciores sunt: vt etiā dicit philosophus. Ex predictis eñ omnibus prouocatur spes que causat audaciā. Causatur etiā per remotionē terribilium appropin-
quantum per quod tollitur timor: q⁹ non habet homo inimicos quādo nulli nocuit ⁊ huiusmodi. Ex parte vero trāsmutationis corporalis causatur audacia per prouocationē spei in exclusione timoris: ex his que faciunt caliditatem circa cor. Unde secundum philosophū habētia paruū cor animalia fm quātitatē sunt magis audacia: ⁊ habētia magnū cor sunt timida: q⁹ calor naturalis nō tantū potest calefacere magnū cor sicut paruū. Habentes etiā pulmonē sanguineū sunt audaciores propter caliditatē
Uinum cordis exinde sequentē. Uini etiam amatores sunt magis audaces ꝓpter caliditatem vini. Item audaces fm philosophū sunt
reddit homines audaces volantes ante pericula: sed in ipsis descendunt. Et ratio est: quia cum audacia sit motus appetitus sensitiui: sequitur apprehensionem sensitiue virtutis. Uirtus autē sensitiua nō est collatiua: nec inquisitiua singulorū que circūstant rem sed habet subitū iudicium. Unde quādo audaces qui ex subita apprehensione aggressi sunt aliquod difficile: non considerātes pericula: q̄n tā experiūtur ipsa pericula sentiūt maiorem difficultatē q̄ estimauerunt: ⁊ ideo deficiūt. Sed ratio est discursiua omniū que afferūt difficultatē negotij: ⁊ ideo forte qui ex iudicio rationis aggredi tur pericula: in principio videntur remissi: q⁹ nō passim: sed cum deliberatione debita ingrediūtur: quādo autē sunt in ipsis periculis non experiunt aliquid improuisum: sed quandoq̄ minora illis que precogitauerūt ⁊ ideo magis persistūt. Tho. j. ij. q. xlv.

¶ De decima passione que dicitur timor: ⁊ de effectu et vtilitate eius. Capitulum. x.

Causa ti-
moris. Et timor evidenda sunt q̄n q̄ scilicet ortus: obiectum: defectus: effectus: ⁊ profectus. Fm Ray. in sum. Quantū ad primū sciendū q⁹ causa timoris est duplex. s. amor ⁊ defectus virtutis. Quod amor sit causa timoris probatur tali ratione: ex hoc q⁹ aliquis amat aliquod bonū: sequitur q⁹ timeat priuatiuū illius boni quod amat: ergo amor boni est causa timoris mali priuatiui illius boni. Ad hoc etiam facit quod ait Augu. in libr. lxxxiij. q. videlz. Nulli dubium est nō esse aliam causam metuēdi: nisi ne illud q̄d amam⁹ aut adeptum amittamus: aut nō adipiscamur speratū. ergo ⁊c. Per accidens aūt est q⁹ ecōuerso timor sit causa amoris. Inquātū em̄ homo q⁹ timet puniri a deo seruat eius mandata: sic incipit sperare de deo ⁊ spes introducit amorem. Hec bea. Tho. j. ij. q. xliij. Scō defect⁹ virtutis est causa timoris: q̄d sic ꝓbat. Cōtrariorū effectuū sunt contrarie cause: sed diuirie: robur: multitudo amicorū: potestas: excludunt timorē secūdū ph̄m. ij. rheticorū. ergo p cōtrariū: defect⁹ horū bonoruz causat timorem. Probatur ⁊ alia ratiōe sic. Obiectū timoris est malū q̄d de facili vitari nō pōt: sed ex defectu virtutis contingit q⁹ aliquis vitare non pōt seu repellere malū imminens ergo ⁊c. Hec Tho. vbi. s. Ponit autē Damasce. sex species timoris qui est passio. s. segnicie: erubescentiam: verecondiam: admirationē: stupoꝛem: et agoniam. Quorum sufficientiam sic declarat bea. Thom̄. j. ij. Cum timor sit de futuro malo: quod excedit potestatem timentiz: vt scilicet resistere non possit. Sicut bonum hominis: ita ⁊ malum considerari potest vel in operatione ipsius vel in reb⁹ exterioꝛib⁹. In operatione ipsius hois pōt malū dupliciter timeri. Primo quidē laboꝛ grauans naturā: ⁊ sic causat segnicies: cū scz aliquis refugit operari ꝓpter timorē excedentis laboris. Scō turpitudo ledens opinionē et sic si turpitudo cōmittat in actu: sic est erubescentia: si sit de turpi tam facto est verecūdia. Malū vero q̄d in reb⁹ exterioꝛibus cōsistit triplici ratione pōt excedere hois facultatē ad resistēdū. Primo ratione sue magnitudinis: cū scz aliquis cōsideret aliq̄d malū magnum cuius exitū cōsiderare non sufficit: ⁊ sic est admiratio. Scō ratione cōsuetudinis: q⁹ scz aliquod malū incōsuetum nostre cōsiderationi offerꝛ: et sic est magnū nostra reputatione: ⁊ hoc modo est stupoꝛ qui causat ex insolita imaginatione. Tertio modo ratione improuisionis: q⁹ scilicet prouideri non potest: sicut futura infortunia timentur: ⁊ dicitur agonia. hec beatus Tho.

De speciebus timoris.

§. I. De obiecto timoris. Nota q⁹ primo ⁊ principaliter est ipm malum. secundario q̄d potest infligere illud malū. Et q⁹ deus est summa bonitas: inquantum timoꝛ respicit ipsum malū: sic deus timeri non potest: q⁹ nullum malum est in eo. Est autē sciendum q⁹ timoꝛ per se est de malo. Et ratio huius est: q⁹ timoꝛ est de eo q̄d est priuatiuum eius q̄d amamus. Cū ergo amoꝛ sit boni: ⁊ malum sit priuatiuum boni: sequitur q⁹ timoꝛ sit de malo. be. Tho. j. ij. q. xliij. Secundo notādum q̄d timoꝛ non est de malo culpe proprie. Huius ratio est: quia illud q̄d oīno subiacet potestati hominis: non habet rationem terribilis: sed malū culpe est hmōi: eo q⁹ propriam causam habet voluntatē humanam que vitare potest quod cūq̄ peccatum: ergo ⁊c. Tamē potest dici aliquo modo timoꝛē esse de malo culpe: etsi non ita ꝓprie. Ratio huius est: q⁹ timoꝛ est de malo futuro terribili q̄d vitari et vinci potest: sz cū magna difficultate. Cum ergo voluntas humana possit ab aliquo extrinseco inclinari ad peccandū: si illud inclinans habet magnam vim ad inclinandum scōm hoc pōt esse timoꝛ de malo culpe vt cū quis timet commiari in societate malorū ne inducaꝛ in malum: si nō cogatur. Separatio aūt a deo timetur: quia est cōsequēs peccatum: vt pena. Tho. vbi. s. Tertiū est q⁹ timoꝛ est de malo nature: q̄d patet ex hoc: quia moꝛs est malum nature: et moꝛs est inter omnia mala terribilissimum: vt dicit ph̄s in. ij. rheto. Tho. vbi. s. Et propterea christus singulariter admonuit discipulos mortem non esse timendā que infertur ꝓpter deū dicens Mat. x. Nolite timere eos qui occidunt corpus: q⁹ sciebat maxime timeri ab hoibus. Quartū notādum est q⁹ timoꝛ est de malo futuro. Et in hoc differt a tristitia seu dolore: quia tristitia est de malo presenti: timoꝛ de malo futuro: et hinc est quod illud malum quod non estimatur vel apprehenditur vt futurum: sed vt presens et necessarium non timetur. Unde dicit ph̄s in. ij. rheto. q⁹ illi qui iam decapitantur non timent moꝛtem videntes sibi imminere necessitatem moꝛtis. Tho. vbi. s. Quintum est q̄d timoꝛ est de malo futuro propinquo. Si enim malum apprehendatur vt multū remotū ⁊ multum distans non timetur. Unde dicit ph̄s q̄d homines etsi sciant q⁹ moꝛiemur: tñ q⁹ non apprehendūt nec estimant moꝛtem ꝓpe nil curant. Tho. vbi. s. Sextum est q̄d timoꝛ est de malo arduo cui de facili resisti nō potest: sed tristitia potest esse de quocūq̄ malo paruo vel magno: timoꝛ autē non est nisi de magno malo. Cuius ratio est: q⁹ est de illo malo q̄d non subiacet volūtati nr̄e ⁊ ptāti: sed tale est magnum ⁊ arduū. Et cum timoꝛ sit de malo principaliter quatuoꝛ sunt mala inter

Malum est obiectum timoris.

Timoꝛē de malo nature.

Timoꝛ ē de malo futuro ꝓpinquo.

alia

Quadruplex est malum quod magis timent. s. mala penalia: insolita: repentina: irremediabilia. Primo igit timent penalia mala. Cuius rō est: q vitare talia nō subiacet potestati nre z volūtati de facili vt dictū est. s. de morte. Scōo timent insolita. Cuius rō est: q experientia facit magis potentē ad opandū: z iō sicut auget spē: ita diminuit timorē. Per oppositū in experientia facit hoiem minus potētez ad opandū: z iō sicut inexperientia diminuit spē: ita auget timorez: insolita autē carēt experientia: ergo ꝛc. Itē vnū qđ magis apparet ꝺ̄ño iurta se posito. Uñ cū aliquis statim trāsit a pauptate ad diuitias: ꝓpter paupertatē preexistentē diuitias magis estimat: z ecōuerso diuites statim ad pauptatē veniētes eā magis horrēt. Tho. q. vbi. s. Tertio timentur repentina. Et rō huius est: q ofa corpalia bona z mala: quāto magis cōsiderant alias particulant tāto minora apparent. Et per oppositū quāto minus cōsiderant: tanto apparēt maiora. Et ideo sicut per diuturnitatē dolor presentis mali mitigat. vt ptz p Tulliū in lib. de Tusculanis ꝙstionibus: ita etiā ex premeditatione minuit timor futuri mali. qđ aūt repente venit ꝑmeditari nō pōt. Tho. vbi. s. Quarto timent irremediabilia. Cuius ratio est: q cū malū sit obiectū timoris: qđ auget malū auget timorē: sed diuturnitas vel ppetuitas mali auget malū: qđ ptz. q. si pati malū in tāto tpe est malū: ergo pati illud in duplicato tpe erit malū duplicatū: ergo pati idē malū ppetuo est quoddā malū infinitū. Sed irremediabilia quorū nō inuenitur auxiliū: accipiuntur vt perpetua. ergo ꝛc. Tho. vbi. s. Ex his ptz extremus iudicium multum esse timendū: tū q supra ofa afflictiuum: tū q repentinum vel improuisus tū q insolitū: q tū ois remedij exclusiuum: tunc enim nulla patebunt remedia. Secundario vt dictum est obiectum timoris est illud qđ potest infligere malum: z sic deus potest z debet timeri. Timet autē hō ſm hec tria. s. diuinā equitatem. Nam considerando diuinam iustitiam qua deus inflictor est pene vel subtractor sue gratie vel glorie z merito peccati nostri: tunc deus pōt z debet timeri a nobis. vñ Mal. j. Si dñs ego sum vbi est timor meus. Secundo timet hō humanam potestatem qñ est lesiua: vel qñ est iniusta: q sic in promptu hz nocumentum inferre: sicut legit de Holoferne q cecidit timor illius super omnes inhabitātes terrā. Judith. ij. Et hoc ꝓpter potentiam magnā vsurpatam: tum q nō receperant legatos Nabuchodonosor cū honore. Tertio timet homo crimen eius cognoscentem: sicut ille q est conscius criminis: q pōt nocumentū inferre: timet ne crimē reueler: sicut Moyses cū deprehenderet Hebreum socio suo iurgantem: z ille respondisset. quis te constituit iudicem sup nos: nū interficere me vis sicut interfeciſti heri Egyptium. Timuit Moyses eo qđ ille sciret illud. vnde z fugit a facie z curia Pharaonis: ne scilicet accusaretur. Exod. ij.

Timor extremi iudicij.

Triplex conditio hoīm respectu penalis.

§. II. De effectu timoris. Sciē

dum qđ triplex est conditio vel varietas hominū. Nā quidā superabundant in audendo: quidam in timendo: quidam in nō timendo. Primi sunt qui nimis audaces: sicut fuerunt illi tres viri de exercitu Dauid: qui iuerunt vsq ad portā Bethleem vbi morabantur castra Philistiim qui erant inimici Israel: et ex cisterna que ibi erat hauserunt aquam: quam desideratam a Dauid artulerunt et: sed nō voluit bibere: immo libauit domino ꝓpter maximū periculū ad qđ se sine causa vigente posuerant. ij. Reg. xxiij. Horum societatem admonet vitare sapiens dicens. Cum audace nō eas. i. nō conuerseris cum eo: qui non metuit vt recta ratio docet. Sunt aliqui qui superabūdant in timēdo: z hi dicunt timidi: qui. s. timēt quādo nō oportet z vbi nō oportet: z eo modo quo nō oportet. de quibus Psal. xiij. Illic trepidauerunt timore vbi nō erat timor. Et hoc est pctm̄ sicut Petrus ita timuit mortē q christum negauit. vt patet Lu. xxij. Uñ Aug. xj. q. iij. nō solū. Timendo mortē carnis tue dabis mortē anime tue. Tertij sunt qui superabūdant in nō timendo: z tales dicunt impauidi: qui scz nihil timēt. Tales sunt sīles cuidā iudici. de quo dr Luce. xviij. Erat quidā iudex in ciuitate qui deū nō timebat: et hoīes nō verebat ꝛc. Et licet timor dei magis debeat retrahere a pctō q̄ verecūdia mūdi: tū oppositū frequēter cōtingit. Uñ Theophilus sup illo ℣bo sic dicit. Uide q impudentē erga homines esse grauioris est mali indicū. Deum enim q̄ plures homines non timent: attamen humano cohibentur pudore. Cum enī aliquis sit impudens erga hoīes: tunc crescit tumultus vitiorum. Et de diabolo dr Job. xlj. Factus est vt nullum timeret. i. non per naturam: sed elationem ad hoc venit vt nullum timeret. vel sic. Factus est bonus sed per propriam presumptionem ad hoc venit: vt nec deū nec qđ passurus est timeret. Licet enim demones timore naturali tormēta timeant: q vt dr Jacob. ij. Demones credunt z cōtremiscunt: non tū habent timorē filialem. vel sic. Factus est vt nullū timeret. s. per hūc modum q vellet ei subijci. Quomodo autem timor z intimiditas sit peccatum. vide in. ij. par. ti. ix. ca. xvj.

Timor incidit.

§. III. De effectu timoris. Nota

rius papa. Omnes qui volunt in chriſto pie viuere perſecutionem patiuntur: z ideo non vos a pio mentis propoſito afflictionis amaritudo coerceat recedere: cōſiderantes quāta pro abſolutione noſtri z liberatione creatoꝛ dominuſq ac redēptoꝛ noſter pertulerit. vij. q. j. ſuggeſtum. Tertio modo tentat mūdus. i. homines mundi ſcelerate in manifeſto viuendo: z ſic ſuis exēplis ad malum inclinant alios: quia vt dicitur. xx. q. iij. c. ij. Procliuus autem eſt curſus ad voluptatem: z imitatrix natura vitiorum: ſcilicet eſt. Et. xxviij. q. j. ſepe dicitur. Sepe malorum cōſoꝛtia etiam bonos coꝛrumpunt: quanto magis eos qui ad vitia ꝓni ſunt. Propter quod dicitur in Prouer. Qui tetigerit picē inquinabitur ab ea. Poſſunt etiam dici mundus iſta bona ſenſibilia mundi: que alliciunt appetitum ad ſui affectum: z diabolus eis vtitur proponēdo ad tentandū tanq̄ magna bona. Unde cum bonum ſit illud quod trahit appetituz ad ſui amorē: eſi illud ſit verum bonum vel apparens: cū aliquid boni ſit in iſtis Eccli. xlij.
ſenſibilibus: licet minimum reſpectu ſpiritualium bonoꝛum: nō attendens homo ad vera bona ſpiritualia z celeſtia: ipſis poſtpoſitis: exterioꝛibus z ſenſibilibus ſe immergit: ea amās vel inMūdus alio mō accipit.
quantum delectabilia vt cibos z venerea: vel tanq̄ vtilia: vt diuitias: vel tanq̄ honeſta: vt honoꝛes z reuerentias: que exhibētur in teſtimonium virtutis: vel ſcientiam: vt inde honoꝛetur. Et de his omnibus quomodo ſcilicet rapiant appetitum oſtendit Adamantius dicens. Ubi irrationabilis impetus preuenit: z flamma celerrimi motus exurit animam: depaſcitur eius innocentiam: preponderant enim futuris preſentia: ſerijs iocunda: z leta triſtibus: et properata tardioꝛibus: veloꝛ enim iniquitas que ad nocendum occaſionem ſuggerit. de pe. diſti. iij. inter hec. Et ſic anima miſera deſerto ſummo bono inheret vt fini bono creato: eſtimans illud ſuper omnia alia appetendum in ipſo actu peccati: ſimilis illi qui propter delectationem eſus vnius ficus non curat amittere vnum regnum. Unde Auguſtinus dicit quod peccatum non eſt appetitus malarum rerum ſed deſertio meliorum. Ultimo z propꝛie eſt tentare diaboli. Unde. j. ad Theſal. iij. Ne forte tentauerit vos qui tentat ſcilicet diabo- Propꝛie diaboli ē tentare.
lus. Tentare enim propꝛie eſt experimentum ſumere ſecunduz Thomam prima parte queſtione cxv. De aliquo autem experimentum ſumitur aliquando vt ſciatur aliquid circa ipſum: puta vtrum intelligat vel ſciat reſpondere ad aliquid de quo interrogatur: vel vtrum velit facere quod petitur. Aliquando autem vltra ſcientiam talem queritur aliquis alius finis bonus vel malus. Et bonus quidem vt cum aliquis vult ſcire quid ſit vel qualis ſit vt eum promoueat z adiuuet: ſicut magiſter tentat

ſcholarem.

ſcholarez. Malus autē finis intenditur quādo hoc ſcire vult vt decipiat vel ſubuertat et noceat: z hoc ſecundo modo et fine ſem per diabolus tentat: vt ſcz noceat in peccatuz precipitando. Et ſm hoc dicitur proprium officium eius tentare. Et ſi aliquando homo ſic tentat: hoc agit inquantum eſt miniſter diaboli: ſicut tentauerunt Judei chriſtum z Phariſei: quando interrogauerunt de deprehenſa in adulterio: vt habetur Jo. viij. et de cenſu Ceſari dando. Quibus reſpondit. Quid me tentatis hypocrite Matth. xxij.

§. II. Triplici enim de cauſa mo-

netur diabolus ad tentandū hoies: ſcilicet ex malitia: ſuperbia z inuidia. Ex malitia quidē: q cū odio deū habeat inquantū pu-
Cauſa tri plex qua re diabo lus tētat homines.
nitor eſt eius: ex malitia ſua querit auertere a ſeruitio ipſius dei hoies inquantum poteſt. Sicut is qui inimicaſ alicui z odit: q̄-rit auertere ab eius obedientia z reuerētia z ſubditos eius: z no cere quātū pōt: z precipue ſanctos viros. Uñ dr Job. xl. Eſca ei⁹ electa: z hz fidutiā q̄ influat Jordanis in os ſuū. i. q̄ deuoret ba ptiſmo purgatos: qui baptiſmus habuit originē in Jordane: et ꝓpterea baptizati deſignanſ p Jordanē. Seda cauſa quare tē-tat eſt ſuperbia eius. Sicut em̄ boni angeli miniſtrant deo in determinatis officijs ad ſalutē hoim: ſic demones ꝓpter eoz ſuperbiā diuine ptātis ſimilitudinē vſurpantes: determināt ſibi certos z determinatos miniſtros ad impugnationē hoim. Uñ z de eo dr Job penul. Ipſe eſt rex ſup oēs filios ſuperbie. Exemplū in vitis patrum de ſathana qui fuit viſus a quodam exigere ratio-nē a ſatellitib⁹ ſuis demonijs inferiorꝭ gradus: de malis ad q̄ induxerant tentatos per ipſos: z illū qui quendā ſctm̄ virū in ere mo cōmorantē tētatū ab eo p plurimos annos: ad ruinā tandē adduxerat luxurie: multū cōmēdauit z honorauit. Tertia cauſa quare tentat eſt inuidia ſui. Nā demones ſaluti hoim inuiden-tes, pfectū eorū per tētationē impedire nitūtur. Unde dr Sap. ij. Inuidia diaboli mors introiuit in orbē terrarum. Et. xxj. q. ij. c. viſis. dr de eo q̄ dolet ſatis z erubeſcit charitatem quaz nequi-uit in celis habere. i. conſeruare: hoies conſtantes ex lutea ma-teria in terris terre. Sed hic occurrunt tres queſtiōes Et prima eſt: q: cum deus ſit amator iuſtitie: videtur q̄ nō debeat pmit-tere homines tentari a demonijs cum ipſi homines ſint infirmi z ignari: ac econtrario demones multum potentes z aſtuti: eo quod inter eos nō videtur eſſe equale bellum vel pugna Sed ad hoc rñdetur q̄ licet cōditio pugne vel belli inter eos non vi detur eſſe equalis: fit tamen recompenſatio per diuinā gratiā: z per angelorū cuſtodiā: nec pmittit tentare quantū volūt demo nes ſed quātū pñt reſiſtere hoies. Uñ. j. Cor. x. dr. Fidelis deus i. verax in pmiſſis eſt qui nō patietur vos tentari ſupra id quod poteſtis: ſed facit cū tentatione prouentū dando ſcilicet virtutis augmentum. Nam ſm glo. Qui dat diabolo tentandi licentiaz: dat tentatis miſericordiam z gratiam. Uel facit cum tentatione prouentum robur z conſtantiaz dando: vt poſſitis ſuſtinere: id-eſt vincere: vel patienter z perſeueranter ſuſtinere ne deficiatis in lucta. Secunda queſtio eſt: quia videtur quod cū natura hu-mana ſit infirma z debilis: ſufficiat ei impugnatio qui eſt a car-ne z a mundo. Unde non videtur quod ei conueniat etiam im-pugnatio que eſt a diabolo. Sed ad hoc reſpondetur q̄ infir-mitati humane quo ad exercitium ſufficeret ei impugnatio que eſt a carne z a mundo: ſed malitie demonū non ſufficeret: q: etiā vtraq; impugnatione vtitur ad malū. Sed deus illā impugna-tionē ordinat ad gloriam: z maiorem coronā electorū ſuorū z cō-fuſionē demonū cū vincuntur: vñ pſal. ciij. inquit. Draco iſte quē tu formaſti ad illudendū ei. Formauit ſi quidem deus draconē. i. diabolū ad participandū gloriam: ſed ex ſuperbia ſua eā amit-tens: z hoies per tentationes infeſtans: glorioſus deus malitiā draconis cōuertit in bonū electorum ſuorum. ſ. cum tentati ab eo vincentes coronas premiorum ſibi adaugent: et ſic in pugna ei illuditur dum electi nō acquieſcunt ſuggeſtionibus eius vt ip-ſe intendit z credit ſed reſiſtunt: ſicut patet in exemplo Job. j. c. Tertia queſtio eſt an oīa pctā a demonis tentatione procedūt. Ad q̄ dicendū q̄ aliud eſt eſſe occaſionē alicui⁹ effectus aliud eſt eſſe cām eius: ſicut verbi gratia. Deſiccans ligna eſt occaſio combuſtionis lignorū: importat enim occaſio virtutem ꝓducti uā alicuius effectus: ſed impfectā: cā autez perfectam. A ſimili diabolus inquantū inſtigauit primū hoiem ad peccandum: dicit occaſio oīm pctōr: inquātū ſcz ex illo pctō natura humana fuit ita vitiata: vt omnes hoies ſint proclines ad peccandum. Sed directe diabolus nō eſt cauſa omnū pctōr humanorum ita q̄ ipſe oīa ſuadeat: aut q̄ efficaciter ad peccādū ipſe inducat. Sz directa z per ſe z principalis cā peccati eſt libertas arbitrij z cor-ruptio carnis. Uñ Auge. dicit q̄ etiā ſi diabolus nō eſſet: habe-rent hoies appetitū cibi z venereorū: qui poſſet eſſe inordinat⁹: niſi ratione regularetur que ſubiacet libero arbitrio. Et Augu ſti. dicit etiam q̄ nō omnes cogitationes male a diabolo immit tuntur: ſed alique emergunt arbitrij motu. Tho. j. parte.

§. III. Circa tentationem autem

diaboli poſſunt notari tria: ſcilicet.

¶ Generalitas vitiorum de quibus tentat.

¶ Varietas modorum.

¶ Et qualitas tentatorum.

Et quantū ad primū ſcz generalitatē vitiorū diabolus tentat de oī crimine: ex omni latere: z in oī tpe. Uñ aūt tentet de omni crimine ptz per hoc q̄ dicit chriſtus. Mat. xij. de ſpū immūdo. i. diabolo q̄ vadit et aſſumit ſeptē ſpiritꝰ nequiores ſe: z ingreſſi in domun vacantē habitant ibi. Spūs iſte immūdus dicī pō dia-bolus qui tentat de accidia: q: accidia z otioſitas pmaxime eſt cā oīm malarū cogitationū z immūdarū affectionū. Septē ſpūs quos ſecū aſſumit ſunt ſeptē vitia capitalia ipo grauiora ſcz ſup-bia: vana gloria: auaritia: ira: inuidia: gula: luxuria. de quib⁹ tē-tant demones. Et ſicut angeli boni ſumūt ſibi nomina ab offi-cijs que circa nos gerunt: ita z demones ſumunt ſibi noia a vi-tijs: de quibus precipue impugnant. Nam z ſi omnes de ſingu-lis peccatis tentare poſſint: magis tamē de vno aliquo vnuſqſq; impugnat ſm magi. in. ij. ſenten. Et nomina ipſorum in ſacra pa gina reperiuntur. Unde qui de ſuperbia tentat Leuiathan dici tur: quod interpretatur additamentum eorum. Tentans enim primos parentes de ſuperbia: promiſit eis additamentum diui-nitatis: de quo nomine dicit dominus p Eſa. c. xxvij. Uiſitabo ſuper Leuiatham ſerpentem veterem z tortuoſum. Tentans em̄ de inani gloria dicit Lucifer quaſi lucem ferens: ſcz glorie tēpo-ralis de quo Eſa. xiiij. dr. Quo cecidiſti Lucifer qui mane orie-baris. Tētās de auaritia dr Mamona: q̄ interpretatur diuitie circa quas eſt auaritia. de hoc dicitur Mat. vj. Nō poteſtis deo ſeruire z Mammone. Tentās de ira dr Abededon quod inter-pretatur exterminator. Ira enim ponit hominē extra terminos rationis: et extra terminos humane cōuerſationis: q: iracūdus nō de facili reperit ſocietatem. Tentans de inuidia dicitur Sa-tham: q̄ interpretatur aduerſarius: quia inuidus aduerſatur ſeu contrariatur oī bono alterius cui inuidet. de quo Luc. xxij. dicit chriſtus. Ecce Sathā expetiuit vos. ſ. ad tentandū. Tētās de gula dr Behemoth: q̄ interpretatur aial: quia gula facit ho minē animalē z brutalem. de quo dr Job. xl. Behemoth prin-cipium viarum dñi. i. prima ipſarum operationum: nō ordine tpis ſed dignitate. Tentans de luxuria dr Aſmodeus: q̄ interpreta tur factura iudicij: q: propter huiuſmodi vitiū factum fuit terri-bile iudiciū ſuper Sodoma z quatuor alijs ciuitatibus. Et figu rantur his vitijs dediti per octo demoniacos. de quibus habe-tur in ſcriptura ſacra. Superbi enim figurantur per filios quoſ dam Judeorum: qui in noīe Pauli apli querebant demones ex-pellere ab obſeſſis: in hoc cōmittentes magnā ſuperbiam z pre-ſumptionē: facientes q̄ nō cōgruebat cōditiōi eor. Uñ z a de-monijs arrepti ſunt. vt habeť in actibus apl̄or. c. xix. Uane gloro ſi figuranť per filiā Chananee. Matt. xv. z Mar. vij. Nam cōiter iuuēcule ſunt dedite vitio inanis glorie in ornatib⁹ picturis fu-cis z hmōi. Auari figuranť p ventiloquā: q̄ habebat ſpm̄ phito-nicū vnde diuinabat: z ide magnū queſtū ſuis dñis ꝓcurabat: vt habeť in acti. apl̄or. c. xvj. Uel etiā p lunaticū illū quē diabo-lus ſepe ꝓsciebat in ignē vel aquā: vt habeť Matt. xvij. Mar. ix. z Lu. ix. Inducit em̄ diabolus auaros ad multa pericula frigo-rum z calorum ꝓpter tpalia. Iracundi figurantur per habentē ſpm̄ immundū qui clamabat in tēplo: q: tu es filius dei ꝛc. Luc. iiij. Iracūdus em̄ clamat pre ira noſcendo aliq̄n deū z ſanctos: ſz male ſcz blaſphemādo. Inuidi deſignanſ p Saulē quez inuaſit ſpiritus malus: vt habeť. j. Reg. xvj. Hic aūt p inuidiā ꝓſecutus eſt ſanctū Dauid. Guloſi figuranť p demoniacū habitantē i mo numētis z nudū incedentē. vt habeť Luce. viij. Nā vitiū gule z denudat hominem tpali ſubſtantia: z diſcooperit ad turpia: ſi-cut ptz in Noe poſt ebrietatem: z abbreuiat vitam: z ducit ad ſe-pulturam. Luxuriоſi figurantur per vtros Sare: qui obſeſſi a diabolo occiſi ſunt vitio libidinis: cui intendebant: etſi cum pro-pria coniuge. Acidioſi vero ſignificantur per demoniacum mu tum. Luce. xj. Surdum etiam ſcdm Mar. c. viij. quia acidia facit

Diabol⁹ tentat de oī crimie.

Nomina diaboloꝝ tentātiū.

Superbia

Vana gloria

Auaritia

Ira

Inuidia

Gula

Luxuria

Vitia figuranť.

hoiem taciturnū a laude dei ⁊ confessione pcū: ⁊ surdū ab auditione diuinoꝝ ⁊ correctionū. Scdo tentat diabolus homines ex oīm latere videlz ab ante et retro: a sursum ⁊ deorsum: a dextris ⁊ sinistris. Ab ante tentat: vt scilz a bonis inceptis quis resiliat. A retro: vt scz ad mala preterita redeat. Nō contra dicit de sanctis aīalibꝰ que significāt electos: q̄ cū recederent scilz in ante nō reuertebant. ſ. retro. Ezech. ſ. q̄ videlz proficiūt in actione virtutum: ⁊ nō redeūt ad cōmissa vitioꝝ: sicut apls de se dicit ad Phil. iij. Que retro sunt oblit⁹: scz pctā nō iterādo: in anteriora me extendēs ad brauiū sequor superne vocationis. Lu. xvij. Memores estote vxoris Loth que respiciēs retro cōuersa est in statuā salis. A sursum tentat diabolꝰ cū instigat vt de bonis operibus superbiant homines. A deorsum tentat cum ad desperationem ꝓuocat: ⁊ de his duobus modis dicit ps. Ascēdunt vsq; ad celos. ſ. hoies per superbiā dū sibi attribuūt quod dei ⁊ sctoꝝ est: qui habitāt in celis et descēdūt vsq; ad abyssos ſ. inferni per desp̄ationē cui sunt dediti dānati. Sed ecōtrario dicitur Eccli. xj. In die bonoꝝ: scz operū vel ꝓsperitatis ne immemor sis malorū. ſ. peccatoꝝ vel aduersoꝝ q̄ cōtigerunt vel possunt cōtingere vt humilieris nō inde supbias. Et in die malorū ne immemor sis bonoꝝ factoꝝ: vel que pōt tibi dꝰ facere vt fiduciā sumas nō desperationē: sicut colūbe q̄ insecute accipitre per aerem volitant in imis: et per terrā insecute ab eo volāt fugiēdo per altū aeris. A dextris tētat diabolus vt ꝓsperis abutatur. A sinistris vt aduersis per impatiētiā frangat. Et de his qui in tentatione vincuntur dicit ps. Cadēt a latere tuo scilz dei. i. a sinistris aduersitatis mille ⁊ decem milia a dextris tuis. ſ. per ꝓsperitatē: q; multo plures abutuntur ꝓsperitate q̄ ab aduersitate sicut ptz in Dauid ⁊ Salomone. Sed ecōtrario dicit apls. ij. ad Cor. vj. Exhibeam⁹ nos sicut dei ministros per arma iustitie a dextris ⁊ a sinistris ⁊c. Prospera rectitudine tēperātie moderādo: ⁊ aduersa virtute constātie sufferendo. Ex oīm quoq; latere tentat diabolus: q; ex oī elemento. Ex igne q̄ est supra nos in sphera sua: sicut tentauit Nabuchodonosor ad mittendum tres pueros Ananiā Azariam ⁊ Mizaelem in fornacem ignis. Dañ. iij. Ex aere qui est circā nos: sicut tētauit Simonē Magū ad volandū per aera ductū a demonijs: sed ofone apostoloꝝ dimissus ⁊ cōfractus est. Ex aqua que est iuxta nos: sicut tentauit Pharaonē ad faciēdū ꝓiscere in aquā parvulos Hebreoꝝ. Exo. j. Ex terra que est infra nos: sicut tentauit illos qui statuerūt oculos suos. i. intentionē declinare in terrā. i. in terrenis inter quos fuit. Saphat qui repertus est colligere ligna de terra in die sabbati. Tentat etiā ex oīm latere. i. ex oī sensu exteriori: vt de visu q̄ instigat ad videndū illicita vel vana. sicut tentauit Dinā filiā Jacob ad egrediendū domū vt videret mulieres regionis: que violata fuit. Gene. xxxiij. De auditu vero quādo noluerūt intelligere vt bene agerēt: sicut Nathanias cum reliquijs Judeoꝝ qui remanserant in Hierm de captiuitate qui noluerūt audire Hieremiā loquētem eis ex parte dei ne descenderent in Egyptum. Vel etiā quādo a veritate auditū auertunt: ad fabulas autem conuertuntur. ij. Tim. iiij. De odoratu: quādo facit odorari suauia ⁊ infirma vitari et fastidire. quibus dicitur per Esa. iij. Erit ꝓ suaui odore fetor: sicut dives epulo: qui fastidiuit Lazarū vlcerosum: nūc in fetore ignis et sulphuris torquetur in inferno. De gustu sicut tentauit Euā. Gene. iij. Et christū in deserto quādo dixit. Dic vt lapides isti ⁊c. Matth. iiij. De tactu: contrectando aliena inuito domino: quod pertinet ad furtum: sicut Acham qui abstulit virgā auream ⁊ chlamidem coccineam: ⁊ pecuniam de rebus Hiericho prohibitis. Josue. vij. Vel etiam tangendo impudica: sicut Onam et Tares. Gene. xxxviij. Tentauit quoq; in celo quādo scz draco traxit ad tertiā partē stellarum: vt dr in Apocal. q; scz exemplo primi angeli superbiētis: alij inferiores inclinati sunt ad idem: voluntarij tamen non coacti. In paradiso terrestri tentauit ⁊ vicit primos parentes serpens qui erat callidior cūctis animantibus. i. diabolus per serpentem. Gen. iij. In mūdo tentauit Cain de fratricidio: et filios dei descendentes ex generatione Seth: vt videntes filias hominum id est descendentes ex progenie. Cain qui malierant: quod essent pulchre: acceperunt in vxores: vñ et prauī facti sunt. Gen. vj. Tertio tentat diabolus in oīm tēpore a principio. ſ. mundi vsq; ad finem: ⁊ ab eo tēpore quo quis incipit habere vsum rationis vsq; ad decrepitā etatē. Vñ saluator Luc. xxj. Vigilate oīm tēpore orantes vt digni habeamini fugere oīa ista. ſ. tentamēta. Et Greg. xxiij. moral. tractans illud Job. xxxij. Hec operatur dꝰ trib⁹ vicibus per singulos. ſ. hoies: vbi loquitur Job de homine tentato: ⁊ post tentationem consolato ſm expositionem eius: dicit hominē tentari a diabolo tribus vicibus. i. in principio conuersionis: ⁊ in medio ꝓbationis ⁊ in termino migrationis. Et in principio quidē conuersionis q̄n scz efficaciter vult vitia deserere per penitentiā vel ad religionez transire. cogitanti ista occurrit sibi illa familiaris sua carnalis delectatio: que inueterata quāto diutius sustinuit: tanto acrius stringit. Et quis ibi meror: que anxietas quando huc spūs vocat: hinc caro reuocat: vñ de hoc amarescente homine dici pōt q̄ Job ait. Appropinquabit corruptioni anima eius ⁊c. Sed q; diuina gratia diu nos istis difficultatibus affici non permittit: ruptis petroꝝ nostrorum vinculis citius nos ad libertatem conuersionis noue cōsolando pducit: ⁊ p̄cedentē tristitiā subsequens letitia refouet: vt de ipso dici possit quod ait Job xxxiij. Liberauit aīam eius ne pergeret in interitum ⁊c. Figura de labore ⁊ anxietate quam habuerunt Israelite in exeundo de Egypto ⁊ de mari rubro: cū Pharao sequeretur eos. Sed quia conuersio seueritatē parit: mater autem negligentie solet esse securitas. ne securitas negligentiam gereret: scriptum est. Fili accedens ad seruitutem sta in iustitia ⁊ timore: ⁊ prepara aīam tuam ad tentationem. Eccli. ij. Quod in christo figuratuz fuit: quia post baptismuz in deserto tentatus fuit. Mat. iiij. Tres autem sunt modi conuersorum. ſ. inchoatio vbi sentiuntur blanditmenta dulcedinis: mediatio vbi experiuntur certamina tentationis ⁊ terminatio talis. ſ. status ꝓbationis vbi habetur perfectio plenitudinis. Prius ergo dulcia suscipiunt cōuersi q̄bus consolent: postea amara quibus exercitentur: ⁊ demum suauia quibus cōfirmentˉ. Nā ⁊ sponsam vir quisq; prius dulcibus blanditmētis fouet: quā tū cōiunctā asperis increpationibus probat probatam secure possidet. Unde in figuraz plebs Israelitica cū ad nuptias mentis ex Egypto reuocaretur a deo quasi arrhaz vice prius accepit blandimēta signoꝝ. Coniuncta autem. ſ. per legē acceptā ꝓbationibus exercetur in eremo: probata in terra ꝓmissionis virtutis plenitudine cōfirmatur. Sepe enim cōuersi in ipso adhuc principio sue conuersionis: vel tranquillitatez sue pacatissime carnis vel dona alia suscipiunt: ⁊ post hoc duris tentationibus fatigantur: quibus si in ipso principio tangerentur forte deficerent. Sepe enim tam diutina sunt tentationum certamina: q̄ longa fuerunt in inchoatione blandimenta. Sepe aūt magis datur in inchoatione dulcedinis: minus autē in labore probationis: ⁊ aliquando econuerso. Plerunq; etiam ex eo quod conuersus quisq; inchoatione magnam gratie dulcedinem ⁊ dona recepit confirmationem: accepisse perfectionis se arbitratur: vnde fit vt dum subita tentationis procella tangit despectū se a deo ⁊ perditū arbitret: ⁊ hoc q; suam conditionem et statū ignorat. Plerūq; etiā conuersus quisq; talibus tentationibus agitat: qualibus ante conuersionem nunq; pulsatum se reminiscitur: ⁊ hoc nō q; hec eadez tentationis radix deerat: sed quia non apparebat multis occupato. Juxta summam vero certaminis remuneratur quisq; plenitudine perfectionis ⁊ consolationis ſm illud psal. xciij. Scōm multitudinem dolorū meorum in corde ⁊c. vñ christo post tentationē accesserunt angeli ⁊ ministrabant ei. Restat demum dura in morte tentatio. Considerat eñ conuersus ⁊ probatus q; opz de omnibus iudicari: et seuere etiam de cogitationibus minimis. Quis enim considerare valeat quanta ꝑ momenta tēporum ipsis in constantibus cogitationum motibus perpetramus. Propter hoc Dauid timēs ait. Non intres in iudicium cum seruo tuo. Et quid facient tabule: si tremunt columne. Unde ⁊ christus solutioni carnis appropinquans ⁊ membrorum suorū speciem seruans factus in agonia certaminis prolixius orabat. Luc. xxij. Sz dcta diutorio cōuersus ⁊ probatus tentatorem vincens ad iubilum superne patrie peruenit. Et de tentationibus in morte habes. ē. in precedēti titu. Tentat etiam diabolus in omni tempore vnius ⁊ eiusdez opera: quia in principio bone operationis in medio ⁊ in fine vt declarat Grego. in. j. moral. Et in principio quidem bone actionis impugnat instigando mentem vt sinistram intentionem in ipsa habeat: vt scilicet illam faciat non propter deuz: sed propter sui laudem vel alium mundanum respectum. Intētio autē principium potest dici operis: quia finis ad quem respicit intentio: mouet agentem ad operandū: ⁊ ad hoc facit q̄ dicitur Thren. j. Facti sunt hostes in capite eius: scilicet demones insidias posuerunt tentatis in capite. i. in principio operationis: q̄ si ei resistitur intentionem firmando in deum: tūc ponit insidias in ꝓsecutione operis inducendo: vel ad vanam letitiam vel nimiam tristitiaz

Diabolꝰ tētat homines ex omni latere.

Gen. xix.

Tētatio quisq; sensuum.

Lu. xvj.

Apo. xij.

Diabolꝰ tentat oī tēpore.

Job. xxxiij.

tres modi cōuersoꝝ.

Mortis dura tentatio.

tristitiam ꝛ acidiam: vel iracūdiam vel omissionē alicuius debite circūstātie in ipso exercitio boni operis elemosyne scz ofonis: ie iunij: correctionis ꝛ hmōi. Ñ ps. In via hac qua ambulabā. s. bonox operū: absc̄derūt laqueū. s. tentationis mihi demones. Et ad hoc firmandū ponit ipse Greg. figurā que habetur Hiere. xlj. videlz q octoginta viri de Silo et de Samaria rasi barba ꝛ scissis vestibus habētes in manibus thus ꝛ munera ad offerēdū in tēplo ibāt quib⁹ obuiauit Hismael filius Nathanie incedens cū eis ꝛ lugēs dixit. Venite ad Godoliam dominū terre quē. s. Nabucho. prefecerat reliquijs Judeorū que remānerāt in Hierusalē: ꝛ cū venisset cū eis ad mediū ciuitatis: occidit oēs decē exceptis qui dixerūt ne occidas nos et ostēdemus tibi thesauros frumēti ꝛ mellis absc̄ditos in agro quo dicto nō occidit. Significāt hi exercētes se in actione decē preceptorū ꝛ octo btitudinū: cōponitur eñ octogenarius numer⁹ ex decem octies multiplicato. Barbā radere est sibi vtilitatē bonorum operū non asscribere: sed deo: vestes scindere est corpora abstinentijs macerare: thus ꝛ munera deferre est orationem et alia pietatis opera facere. Sed ista agenda in psecutione operū ipsorum. Hismael. i. diabolus occurrit instigans eos ad psequēdū talia opa: et cōpassione quasi volēs eos dirigere ad dām terre: scz deū p psecutionē ipsorum bonorū operū: ad quē solicitat vt decipiat: sed in medio ciuitatis occidit: dum ad aliquam indiscretionē vel vitiū mixtū aut defectum necessarie alicuius circunstantie inducit: per quod vita gre priuant. Decē vero euadūt habētes thesauros absconditos in agro: qz habētes thesaurū pnie in agro cordis cum proposito observationis decē preceptorū: mortē eternā euadūt: q si vincere et decipere nō potest in psecutione: in fine operis ponit insidias: vt. s. inde homo superbiat vel aliud malū faciat. Et ad hoc facit illud Gen. iij. Tu insidiaberis calcaneo eius: scz mulieris. i. anime. Calcaneus qui est finis corporis signat finem operis.

Mystica expositio.

§. III. Secundum principale qō

Septem sunt genera tentationū diaboli.

est videndū circa tentationes diaboli est varietas modorū. Ponit aūt Bern. septē genera tentationū: figurata per septem capita draconis insidiantis partui mulieris sole amicte: id est ecclesie seu anime virtuose: vt habetur Apoc. xij. Et prima tentatio ꝺr importuna: qua. s. diabolus cōtinue ꝛ frequēter ad malū instigat infra vires tamen tentati. Unde Greg. dicit q diabolus frequēter tentat vt hominē saltē tedio vincat: q tñ deus permittit ne hoīes ignauia torpeant. In cuius figurā ꝺr Judicum. iij. Has gentes nō deleuit deus vt erudiret Israel in eis. Et loq̄tur de finitimis nationibus Chananeorū Jebuseis et alijs. Ñ de quodā sancto legitur in vitis patrū q tētatus fuit per. lx. annos a spū fornicationis. Scōa tētatio ꝺr dubia qua animus vel mēs tentati dubitatione inuoluitur circa aliquid faciēdū. A tētatione hac videtur pulsatus ꝛ delectus Moyses ad aquas cōtradictionis qñ dixit populo. Audite rebelles ꝛ increduli. Nūquid de petra hac poterimus aquā ēicere: quasi dubitās de miraculo: scz exitus aquarū de petra. quod dās promiserat: attendēs ad malitiam illius populi: et minus ad dei clementiam: vt habetur Nume. x. Tertia ꝺr subita: qua mēs vel ratio deliberare nō pōt ꝓpter improuisionem tēporis. Hac tentatione videtur pulsatus Aaron: qñ petente populo Judeorum vt faceret eis deos quos adorarent: cum iam Hur sputis interfecissent: qr eis cōtradicebat: vt dicūt Hebrei: timēs ne cōtradicēdo non solum eū occiderent: sed etiā in Egypto reuerterētur in subito torques aureas et anulos quos mulieres portabāt in auribus postulauit. Forte credēs q ex auaritia ei dare nō vellent. Acceptis tamē protecit in ignē ex quibus cōflatus est vitulus aure⁹ forte opere diaboli quē populus adorauit. vt habet Exo. xxij. Exemplum etiā de Loth qui in subito voluit filias suas exponere libidini Sodomitarū: ne hospites sup hoc molestarent. Gen. xix. et de hoc. xxiij. distin. quod ait. Quarta ꝺr occulta qua ratio deliberare nō pōt propter absc̄sionē rei: qualis fuit tentatio discipulorum qñ cōtēdebāt quis eorum esset maior. Luc. xxij. Vel qñ Jacobus ꝛ Joānes petebāt a christo vt facere possent ignē descendere de celo ad conburendum Samaritanos qui christum cū discipulis hospitio nolebāt recipere. Lu. ix. zelo putātes moueri: qui tamē verus zelus non erat. Quinta dicit violenta: qua mens ꝓpter quandā violentiā conducitur ad cōsensum: ꝛ hac deuictus Petrus vt mortem vitaret christum negauit. Mat. xxvj. Hac etiam instigata. Susanna vt assentiret senibus in actum turpem: viriliter restitit. Danie. penul. Sexta dicitur perplexa: que varijs vitijs animū impedit: ꝛ cum alterū illorū malorū necesse videatur faciendū propter diuersas rationes nescitur quod minus sit malū. Hac tentatione permotus Jepte vt votū seruaret quod dño fecerat pro hostiū habēda victoria: vt primū scz occurrēs sibi de domo sua aial reuertenti de prelio dño immolaret: occurrentē filiā vnicā in sacrificiū obtulit. Judic. xj. Septima ꝺr fraudulēta: qua mens per quandam dolosam estimationē seducitur: ꝛ consentit sub specie alicuius boni. Et sic Sathanas trāsfigurat se in angelum lucis: vt dicit apl's. Hac fuit seductus vir dei: qui missus a Judea ad increpādum Hieroboā de idololatria: et prohibitus a deo ne ibi comederet: scz in Samaria inuitatus a quodā alio propheta ex parte dñi ad comedēdū: mendacioſe tū loquēs assensit ibi comedēdo: ꝓpter quā trāsgressionē in via strāgulatus est: vt habetur iij. Reg. xiij. Et q̄uis Gratianus dicat. xxix. q. j. §. q autem error persone. q non est periculosus error cū diabolus se trāsfigurat in angelum lucis: si creditur bon⁹ cū bonū se simulat. Unde si quis simpliciter interrogatus tūc ab eo si vellet in eius consortiū transire. Respōderet q sic: nō ex hoc intelligeretur consensisse in cōsortiū dānationis. Tamē q talis adorāret eū et assentiret locutioni sue falsē: non excusaretur a pctō mortali secūdū Alex. in summa. qr nō ꝺr quis esse facilis ad adorandū vel ad credendū hmōi: nisi bene certificatus. Et credendum est q in hmōi debite se habendo ꝛ humiliter: deus nō permitteret decipi: si apponeret omnē diligentiā quā deberet: quia deus reuelaret vel p se cognosceret: sicut legimus de beato Martino. Et p hunc etiā modū: scz per fraudulētiā: hoc est ostēsionē miraculorum sed falsorū: terribiliter tētabit tpe Antichristi: ita vt in errorem ducātur si fieri pōt etiā electi vt dicit christus. Mat. xxiij. Et apl's inquit q aduentus eius scz Antichristi est in oībus signis ꝛ prodigijs mendacibus. Et pro hutus declaratione sciēdum ſm Tho. in. j. parte. q. cxiij. art. iij. q si miraculū ꝓprie accipiatur: demones miracula facere nō pñt: nec aliqua creatura sed solus deus. qr miraculum ꝓprie ꝺr qđ fit preter ordinem totius nature create. Sed qñq miraculū ꝺr large qđ excedit humanā facultatē ꝛ cōsiderationē: ꝛ sic demones pñt facere miracula: que scz hoīes mirantur inquantū eorū facultatē ꝛ cōditionē excedūt. Ubi notādū est q oēs trāsmutatiōes corporalū rerū que fieri pñt per aliquas virtutes naturales seminū rerum ad quas pertinēs predicta semina pñt fieri per operationē demonū hmōi seminib⁹ adhibitis. Sicut cū aliqueres trāsmutātur in serpentes et ranas que per putrefactionē gñari pñt. Ille vero transmutationes que fieri nō pñt virtute nature nullo mō operatione demonū ſm rei veritatē perfici pñt: sicut q corpus humanū vertat in brutale aial: vel q mortu⁹ suscitet. Et si aliqñ aliqđ tale opatiōe demonū fieri videat hoc nō est ſm rei veritatē scz ſm apparētiā tñ: q qđē dupl'r pōt cōtingere. Uno mō ab interiori ſm q demō pōt immutare phātasiā hois ꝛ sensus corporeos vt aliquid videatur aliter q̄ sit: ꝛ hoc etiā interdū fieri ꝺr virtute aliquarū rerū naturalū. Alio mō ab exteriori. Cum enim diabolus possit formare corpus ex aere spissato cuiuscūq forme et figure vt illud assumēs in eo visibiliter appareat: pōt eadē ratione circūponere cuicūq rei corporee quācūq formā corpoream: vt in eius specie videatur. Et hoc est quod Augu. ait. in. xviij. de ci. dei. c. xviij. scz q phātasticū hois qđ etiā cogitando siue somniando per rerū innumerabilitū gña variatur: velut corporatū in alicuius aialis effigie sensib⁹ apparet alienis. Qđ ſm bea. Tho. non sic est intelligendū q vis ipsa phātastica hois aut spēs eius eadē numero incorporata alterius sensibus ostendatur. Sed quia demon qui in phantasia vnius formar aliquam speciem: ipse etiā pōt similem speciem alteri⁹ sensibus offerre. Exēpla habes de his de Samuele ficte suscitatio: seu demone apparēte Sauli in forma Samuelis ad inuoc....ō nē phitonisse: et socijs Ulixis in bestijs mutatis: vt habet. xxvj. q. v. nec mirū. Per hec aūt falsa miracula tentat diabol⁹ intendēdo hoīes ducere in errorē ꝛ credulitatem alicuius falsitatis.

Trāsmutatiōes rerū quō fiant.

j. Regū. xxviij.

§. V. Tertium principale notandum

De varietate eorū q̄ tentāt.

est scz qualitas et varietas eorum qui tentantur. Nā aliqui sunt infideles: aliqui fideles. Et inter fideles aliqui sunt mali: alij boni. Et inter bonos aliqui perfecti: alij imperfecti. Et infideles quidem multipliciter impugnantur id est plurib⁹ tentationibus: sed acrius fideles. Rō huj⁹ est qr ſm Greg. quanto crebrius quis diabolo se subijcit: tanto intolerabilem sibi facit vt ei reluctari non possit. Sed cum infideles crebrius se subij-

ciant diabolo: eis tẽtatio fit magis intolerabilis ꝛ frequentior: cum nõ habeãt scutũ fidei quo se tueant. De quo scuto apl's Ephe. vj. In oib⁹ sumẽtes scutũ fidei in quo possitis oĩa tela ne quissimi ignea extinguere. Sed ex alia parte acrius impugnat fideles q̃ infideles. Magis em̃ appetit deiicere fideles quasi magis sibi resistẽtes. Scõo sciẽdũ q⁹ intẽtio ꝛ appetitus diaboli maior est ad tẽtãdũ bonos q̃ malos. Sed ex parte tẽtati magis tentat malos q̃ bonos. Huius ratio est: qz cũ malos tam possideat: non aũt bonos: ideo magis conatur per tentationẽ ad trahendũ ad sui dñium iustos quos nõ hz q̃ possessos malos. Sicut etiã aliquis princeps terrenus magis insurgit contra illum qui plus aufert de iure suo vel qui plus nocet regno suo q̃ cõtra alios qui nõ sibi cõtrariant. Ita diabolus plus insurgit cõtra bonos q̃ plus nocent regno suo p̃ documẽta ꝛ exẽpla virtutũ q̃ cõtra malos q̃ in hmõi se nõ exercẽt. Sed ex parte tentatorũ amplior habilitas est in malis ad recipiendũ tẽtationẽ demonis q̃ sit in bonis: mali em̃ inclinãtur ad tentationẽ demonis: boni vero resistũt inquantũ tales. Propterea ipsi mali veniunt ad diabolũ vt tentẽtur ab eo preuenientes tẽtationes. Tertio fortioribus ꝛ occultioribus tẽtationib⁹ impugnat perfectos diabolus q̃ imperfectos. Unde Leo papa in sermone. Nemo de sui cordis puritate confidat: quia pugil ille hostis acrioribus pulsat insidijs: quos maxime nouit abstinere a peccatis. Minus tamẽ laborãt ꝛ facilius vincũt tentationes ipsi perfecti: q̃ imperfecti suas leuiores. Unde impfecti vt infirmi nullo modo debent appetere se velle tentari. Et hoc triplici ratione: scilz ꝛofonis: cõformationis: ꝛ perditionis. Et ratione quidẽ oãtionis ꝓbatur sic. Illud debemus desiderare quod debemus oãre. Sed dñs docet nos oãre ne inducamur in tentationẽ: ergo ꝛ illud debem⁹ desiderare. Est autẽ duci in tẽtationẽ: cõsentire delectationi: et delectari de quo quis tẽtatur. Nõ autem inducit deus in tentationẽ causaliter seu efficiendo: sed permissiue ꝛ deserendo. Ratione aũt cõformatiõis ꝓbatur sic. Sicut volũtas nostra volũtati diuine debet esse conformis: ita a voluntate hostis debet esse discordans: sed hostis noster diabolus vult et petit nos tentari. Unde ỽ Lu. xxij. Ecce Sathanas expetiuit vos: scz a deo pmittẽte vt cribraret sicut triticũ. i. vt per tentationẽ cõcuteret ꝛ cõturbaret sicut triticum: quod cribratũ ꝛ ventilatũ cõcutitur. Rõne demũ perditionis: infirmi et imperfecti nõ debẽt appetere tentari. quod sic ꝓbatur. Illud quod est ad malum finem ordinatum non debemus appetere sed odire: sed tentatio est ordinata ad malum finem id est ad perditionem: ergo debemus eã odire nõ appetere. Ad salutem autẽ hominũ nõ est ordinata: nisi per aliud scz per auxiliũ diuine gratie: ergo tentari nõ est simpliciter appetendum. Hec. b. Tho. super. ij. senten. Perfecti aũt ꝛ experti debẽt appetere tẽtari. Tum ꝓpter patientiã: tum ꝓpter coronã: tum ꝓpter victoriã In tribulatione ꝛ tentatione relucet virtus patientie sm illud Jaco. j. Tribulatio patiẽtiã operatur. Hanc aũt tẽtationẽ ideo permisit deus: scz Tobie euenire vt posteris daretur exemplũ patiẽtie eius: sicut et sancti Job. Tob. ij. Secundo debẽt appetere iusti et perfecti tẽtationẽ ꝓpter coronã. Jaco. j. Beatus vir qui suffert tentationem: qm̃ cum ꝓbatus fuerit accipiet coronã vite. Dicitur autem sufferre tentationẽ qui in sensualitate tentationem fert sub ratione: ne ratio succũbat. Uel ỽ sufferre qui deorsum fert tentationẽ: scz cõculcãdo et vilipẽdendo. Uel etiam suffert qui sub deo fert nõ murmurãdo: sed volũtati diuine se cõformãdo in tentationib⁹ ꝛ tribulationib⁹. Uel suffert tẽtationẽ: qui ꝑ his que sursum sunt. i. celestibus: fert tentatiões et tribulationes. Tertio ꝓpter victoriam. Qui em̃ certus est de victoria debet bellum appetere: sed sancti ex pfecto dei amore sunt quasi certi de victoria. Dicit em̃ in Cãticis. c. viij. Aque multe: scz tentationũ ꝛ tribulationum nõ potuerunt extinguere charitatẽ. Unde apl's ad Ro. viij. Quis nos separabit a charitate christi. Tribulatio an angustia: scilz mentis anxietas que contingit in tentationibus. q. d. nihil. Et ꝓpter hoc Dauid certus de patientia: inflammatus de corona: securus de victoria dicebat ad dominũ. Tenta me: vre renes meos ꝛ cor meum. Ubi tria petit. Primo appetit prelium dicens. Tenta me: id est permitte me tentari vt innotescat qualis sim in prosperis ꝛ aduersis: in bonis ꝛ malis. Sap̃. iij. Deus tẽtauit illos et inuenit eos dignos se. Secũdo petit gratie auxiliũ dicens. Ure igne scz gratie spiritussancti qui coronabat mentes sicut ignis materialis vasa testea: et perficit sicut ignis aurũ. sm illud Sap̃. iij. Tanq̃ aurum in fornace probauit electos dominus. Tante em̃ virtutis est ignis gratie: vt minimus sufficiat ad oĩa tentamenta et aduersa vincẽda sm beatũ Tho. Tertio mali incitamentũ ostẽdit dicens. Renes meos et cor meũ: id est delectationes cõcupiscibiles per renes designatas ꝛ perturbationes irascibiles p cor figuratas. Ira em̃ est accẽssio sanguinis circa cor. Sz ignis spiritussancti delectationes carnis ꝛ turbationes cordis aufert vel sedat. Nullus tamen debet se ingerere tẽtationibus: qz presumptuosum esset: sed vitare occasiões. iuxta illud pſ. xxxvj. Declina a malo ꝛc. Sed queritur vtrũ diabolus superatus in tentatione ab homine possit amplius tentare? Circa qõ est duplex opinio: vt ponit beatus Tho. in. j. parte. q. cxiij. Prima est q⁹ de mon superatus nullum de cetero tentare põt: nec de illo: nec de alio peccato. Huius opinionis videtur fuisse Origenes. vnde dicit. Puto sanctos viros Sathane reluctantes minuere exercitum demonũ: vt qui victus est nec illũ nec alium amplius possit tentare. Alii tamẽ dicunt solum de illo vitio de quo victꝰ est demon: tamen de alijs vitijs potest: vt inducit magr̃ in. ij. Scõa opinio est q⁹ potest alios tentare sed non eũdem: ꝛ hoc probabilius ꝛ melius ỽ: si tamen intelligatur vsq̃ ad tempus. Unde et Luce. iiij. ỽ de christo q⁹ consumpta omni tentatione scilz in deserto: diabolus discessit vsq̃ ad tempus. Et q⁹ diabolus non tentet victorem suũ saltem vsq̃ ad tempus ꝓbat bea. Tho. duplici ratione. Prima ex parte diuine clemẽtie: quia sicut Chrys. dicit super Matt. Non tandiu hoies dei diabolus tentat: q̃diu diabolus vult: sed q̃diu deus permittit: qui nõ permittit vltra vires. Scõa est ex parte diabolice astutie. Unde Amb. sup Lucã dicit: q⁹ diabolus instare formidat: quia refugit frequentius triumphari. i. vinci. Sicut qui victus est ab aliquo timet amplius preliari cum eo. Tertio potest ꝓbari hoc ex parte humane potentie. Nam dominus cognoscens infirmitatẽ humane nature non permittit hoiem semper tentari: sed vt dicitur Tob. iij. post tempestatem. s. tentationum trãquillum facit. Quod autẽ diabolus reuertatur ad eum quẽ amisit ptz per id quod ỽ Matt. xij. Reuertar in domum meam vnde exiui. Et veniens inuenit eam vacantẽ: scopis mũdatã ꝛ ornatã. Ubi tria notãtur que preparãt. i. disponunt conscientiam peccatoris ad hoc vt diabolus reuertatur ad eũ. Primũ est otium: vñ dicit vacantẽ. i. a bonis operibus cessantẽ. vnde Beda. Timendũ est ne culpa quã per penitẽtiam dimissam fuisse credebamus p̃ incuriã nos vacãtes oppũnat. Et Hiero. Non facile capitur a tentatione qui alicui bono vacat exercitio. Scõm vitiũ est inanis gloria vel la sciuia. vnde dicit scopis mundatã: qñ scz studet purgare sordes corporum ꝛ ornare varijs coloribus. Pſ. Dñs dissipat ossa eorum. i. virtutes qui hominibus placẽt eas auferendo: querũt autem placere mundo lasciui et vane gloriosi. Tertium est superbia vel hypocrisis. vnde subdit ornatam. Wat. xxiij. Ue vobis hypocrite qui similes estis sepulcris dealbatis que deforis apparent hominibus speciosa: intus vero plena sunt ossibus mortuorum et omni spurcitia.

Diabol⁹ magis tẽtat bonos q̃ malos.

Impfecti nõ debent appetere tẽtatiões.

Experti ꝛ pfecti debẽt appetere tẽtatiões.

Tria petit scius.

§. VI. Remedia ad vincendum

tẽtationes sunt plurima de quibus pauca dicemus. Et primum est sui humiliatio. Pſ. cxliij. Custodiens paruulos dñs humiliatus sum ꝛ liberauit me. Figura. j. Reg. xvij. in Dauid qui vicit Philisteũ fortissimũ diabolũ signãtẽ in funda. i. humilitate ꝛ lapide resistentie. Exẽplũ de bea. Antonio: qui videns totum mũdũ plenũ laqueis se innectẽtibus. i. tentationibus: cũ exclamasset. Oquis istos euadet audiuit sola humilitas. Scõm est deuota oratio. Watt. xxvj. Uigilate et orate ne intretis in tentationẽ dixit christus discipulis suis. Figura. Exo. xvij. Moyse tenente manus eleuatas ad celũ ꝛ orante ppl's suus vicit Amalechitas: qui designãt demones. Exemplũ orante beato Petro martyre cũ tentaretur de fide fuit sibi dictũ a virgine Maria. Ego pro te oraui vt non deficiat fides tua. Et oãte bea. Bernardo pro quodã tentato cessauit tentatio. Tertiũ est sacra lectio lecta vel audita. Ad Hebre. iiij. Uiuus est sermo dei et efficax ꝛ penetrabilior omni gladio ancipiti. s. ad vulnerandum et debilitandum inimicos. Figura. ij. Mach̃. vlti. in gladio quẽ dedit in visione Onias Jude Machabeo dicẽs. Jn hoc deijcies inimicos. Et ibidem de ipso Juda dicitur q⁹ munuit exercitũ suum: non lancea vel clypeo: sed sermonibus optimis: referendo gesta sanctorum de quibus in scriptura habetur: quibus cõfortati victoriam contra inimicos habuerunt. Hiero. ad Rusticum monachum. ꝛ allegatur de conse. di. v. nunq̃. Ama studia aſs sciẽtiã: scripturarum et vitia carnis nõ amabis. Et christus etiã

Dubitatio.

Diabol⁹ nõ tẽtat victorẽ.

Primus remedũ tentationis.

Secundũ remedium.

Tertiũ remediũ.

Quartū remediū

etiã in deserto tentatus verbis scripture tentatori restitit Matt. iiij. Quartū est passionis christi pia meditatio. Threñ. iij. Dabis eis scutum cordis laborem tuum. s. passionis ad defendendum sese cõtra tela inimici tentationũ. ad Heb. xij. Recogitate eũ qui talem sustinuit a pctõribus aduersus semetipsum cõtradictionẽ vt nõ fatigemini animis vris deficientes. Figura fuit qñ ad aspectũ serpentes enei in palo erecti hoies aspicientes sanabantur a morsibus serpentũ. i. demonũ. preseruantur ne occidantur hoies aspiciendo ad crucifixum mẽte figuratũ in serpente eneo. Num. xxj.

Quintũ remediũ

Quintum est cõsideratio eorũ que sunt fidei: vt premij celestis: supplicij eterni z hmõi. ad Eph. vj. In oĩbus sumẽtes scutũ fidei in quo possitis oĩa tela. i. tentamẽta inimici extinguere. j. Jo. v. Hec est victoria que vincit mũdum fides nostra. Considerando eñ gloriã animatur quis ad laborẽ certaminis. vñ Luc. xxij. Vos estis qui permansistis mecum in tentationibus meis: et ego dispono vobis sicut disposuit mihi pater meus regnũ vt edatis z bibatis super mensam meã in regno meo.

Exẽplũ.

Et quidã vt habetur in vitis patrũ cũ tẽtaret de luxuria propter mulierem receptam ex compassione in cella ne deuotaretur nocte a feris: considerans penas inferni: et vt efficacius intelligeret ponens digitos ad ignem lucerne accensę vsq; ad cõbustionem sic vicit tentationem.

Sextum remediũ

Sextum est concordia et fraterna charitas. Vñ dicitur de sancta ecclesia in Cant. c. vj. q est terribilis scilz demonibus vt castrorum acies ordinata: quia scilz fideles sunt vniti inuicem sicut exercitus ordinat⁹. Et in figuram huius dicitur Judith. xv. q filij Jsrael insimul vniti etsi pauci persequentes exercitum Holofernis pene innumerabilem fugarunt et vicerunt eum. Et Greg. super Ezech. dicit q non timet diabolus in nobis abstinentiam vel vigilias vel paupertatem et alia huiusmodi: sed concordiam z charitatem quam in celo seruare nesciuit.

§. VII. Dicto de causa peccati interiori: z exteriori: sequit de alia cã que est ipsum pctñ.

Unum pctñ est causa alterius.

Contingit autem vnũ pctñ esse cãm alterius ſm quatuor genera causarum: vt dicit Tho. j. ij. q. lxxv. Primo quidem ſm modũ cause efficientis vel mouentis: et per se et per accidens. Per accidens quidẽ sicut remouẽs prohibẽs vel mouens per accidẽs. Cum eñ per vnũ actũ peccati hõ amittat gfam vel charitatẽ vel verecundiã vel quodcunq; aliud retrahens a peccato: incidit ex hoc in aliud pctñ. z sic primũ peccatũ est cã secundi per accidẽs. Per se aũt sicut cũ ex vno actu peccati hõ disponitur ad hoc q aliũ actũ consimilẽ facilius cõmittat. Ex actibus eñ causant dispositiones z habitus inclinates ad cõsimiles actus. Scõm vero genus cause materialis vnum pctñ est cã alterius inqnãtũ preparat ei materiã: sicut auaritia preparat materiam litigioso: qõ plerũq; est de diuitijs cõgregatis. Scõm vero genus cause finalis vnũ pctñ est causa alterius: inquãtum ꝓpter finẽ vnius peccati aliqs cõmittit aliud pctñ: sicut cum quis cõmittit simoniam propter finem ambitionis: vel fornicationẽ propter furtũ. Et q finis dat formã in moralibus. vt. ſ. habitũ est: ex hoc etiã sequitur q vnũ peccatum sit formaliter causa alterius. In actu enim fornicationis que propter furtũ cõmittitur est quidem fornicatio sicut materiale: furtum vero sicut formale.

Titulus. VII. De peccato.

¶ De diffinitione peccati multiplici. Cap. j.

Diffinit peccatũ ꝑ Augu.

DE peccato primo videndum est de diffinitione eius quid sit. Ubi notandũ q multiplex diffinitio datur ſm doctores secũdũ diuersas causas. ſ. materialem vel fomalem: efficiẽtem vel finalem. Ex parte cause materialis seu materie exequẽtis seu exercentis peccatum: August. sic diffinit peccatum. Est dictum vel factum vel concupitũ cõtra legem dei: seu cõtra legem eternã. In hac descriptione tãgũtur duo. Primũ est actus in ordine ad instrumenta quibus actus ipse peccati exerceretur cum vr: dictum vel factum vel concupitum. Nam instrumenta quibus exercetur actus peccati: sunt vel cor vel lingua vel manus. Nam aut cogitatione: aut locutione: aut operatione perpetratur. Ubi notandum q nulla priuatio vel negatio est in genere per se: q; non habet aliquam quidditatem vel esse: sed reducitur ad genus affirmationis: secundum q in non esse intelligitur esse: et in negatione affirmatio: vt dicit pus: quia omnis priuatio per habitum cognoscitur: et remotio per positionẽ ſm beat. Tho. in. j. parte. Et ideo in dicta descriptione z in dicto includitur nõ dictũ vel omissio dicti. In facto omissio facti. In cõcupito omissio cõcupiti. Non eñ habet hoc dictũ inquãtum est affirmatiue dictũ q sit peccatũ: sed hoc habet a duobus. Primo quidẽ ex parte volũtatis: scz inquãtum dictum vel factũ vel cõcupitum est in potestate volũtatis. Secundo habet hoc ex parte finis: inquantũ est a rectitudine finis exiẽs. In his duobus conuenit cum dicto affirmatiuo facto vel concupito: etiam non dicere vel non facere vel nõ cõcupiscere: q; similiter est in potestate voluntatis z a recto ordine finis exiens. Unde sicut actus est in potestate volũtatis: et per hoc habet q sit pctñ vel meritũ: ita etiã negatio actus. Secundo tangitur defectus regule dirigentis: cum subditur contra legem dei vel legem eternam. Nam lex eterna seu dei primo z principaliter ordinat hominẽ ad finẽ: cõsequẽter hoiem bene se habere in his qne sunt ad finẽ. Et ideo in hoc q dicit cõtra legem eteruã tangit auersionẽ a fine: et oẽs alias inordinationes. Et si queratur cum peccatũ sit aliquid ex eo qõ est cõtra rationẽ: quare August. in diffinitione predicta non posuit peccatum esse dictum vel factũ vel cõcupitũ cõtra rationẽ: sicut dicit esse contra legem eternam. Ad hoc respondetur q peccatũ aliter consideratur a ꝓho: aliter a theologo. Nã phs cõsiderat peccatũ ſm q contrariatur rationi: sed theologus considerat ſm q est offensa dei et contra deũ. Et ideo August. vt theologus diffinit peccatum conueniens⁹ ex hoc q est cõtra legẽ eternã q; ex hoc q est contra rationem: precipue cum in multis regulemur per legem eternã que excedũt rationẽ humanã: vt in his que sunt fidei. Hec bea. Tho. super. ij. sentẽ. di. xxxv. Rayne. Et quia peccatũ ex dictis committitur quatuor modis. ſ. cogitatione: locutione: opere: et omissione: ideo prius deus exhortatur animã peccatricem ad pniam: quare inuitans ad reuersionem dicẽs in Cant. Reuertere reuertere Sunamitis: reuertere reuertere vt intueamur te: scz oculo pietatis z gratie. Sunamitis interpretatur captiua: z per peccatum hõ captiu⁹ tenetur a diabolo. q. d. pctã oĩa dimitte: et detestare que cogitatione: locutione: opere z omissione cõmisisti. Et cum tunc reuertitur ad pniam resuscitatur spiritualiter Lazarus quatriduanus. Joã. xj. Dicti quatuor dies sunt predicti quatuor gradus quibus moritur aĩa. Ex parte forme vel potentie deficiẽtis diffinit sic. Peccatũ est preuaricatio legis eterne: z celestiũ inobedientia mãdatorũ: z est Amb. in lib. de paradiso. In qua descriptione tanguñ duo. ſ. priuatio dirigẽtis in finem z deordinatio ab ipso fine. Et priuatio dirigẽtis in finẽ ibi notatur cũ dicitur q peccatũ est preuaricatio legis eterne: z hoc vel faciẽdo qõ lex phibet: vel omittẽdo qõ lex precepit: ex quo peccatũ habet rõnẽ mali. Nã siue in natura siue in moribus: de ratione peccati est preterire regulã rõnis. Regula aũt rõnis qua cõstituitur mediũ inter superfluũ z diminutũ: necesse est vt quedã resecet z quedã statuat. Unde etiã in rõne naturali z in lege diuina: vnde debẽt actus nostri regulari: cõtinentur quedã precepta negatiua: z quedã affirmatiua. Sicut autẽ negationi opponitur affirmatio: ita affirmationi negatio. Et ideo sicut malũ agere imputatur homini ad peccatũ: q; opponitur precepto legis negatiuo. ita tẽm bonum nec agere imputatur homini ad peccatum: q; opponitur precepto affirmatiuo. Secundo in diffinitione peccati tangitur deordinatio ab ipso fine in hoc qõd vr celestium inobedientia mandatorum. Ubi nota q inobediẽtia accipitur duobus modis. Uno modo specialiter: scilz quando quis non facit quod precipitur: vel facit quod prohibetur respiciendo ad contemptum precipientis vel prohibentis. Et talis inobedientia opponit obediẽtie q̃ est spãlis virt⁹ que respicit auctoritatẽ precipientis vel prohibẽtis. Secũdo modo accipitur inobedientia generaliter: scz qñ quis nõ facit qõd precipit vel facit quod prohibetur: et hoc modo inobediẽtia comitatur omne pctñ. Et opponitur hmõi inobediẽtia obediẽtie que cõcomitat oẽm virtutẽ: qõ patet: q; quicũq; facit aliquẽ actũ virtutis obedit: z de hac generali inobedientia intelligitur dictum Amb. in supradicta diffinitione ſm beatum Tho. in. ij. sen. dist. xxxv. Et sciendũ q illa duo que ponuntur in diffinitione Amb. nõ sunt eadẽ vt videtur: sed distinguntur dupliciter lex z mandatum. Primo q; cum faciẽdum vel cauendũ statuitur: tunc lex est. Cũ autẽ precipitur vel prohibetur ꝑceptũ est. Aliud est autẽ statui qõ fit per legẽ: aliud iuberi qõ fit per preceptũ. Scõo modo distinguuntur sic vt lex dicatur in declinãdo a malo: preceptum vel mandatum in faciendo bonũ. Hec Aler. de Hal. in. ij. parte sum. hinc. ps. Cõfitemini domino in cithara. i. in con

Differentia phi et theologi

Cañ. vj.

Diffinit peccatũ ꝑ Amb.

Inobedientia dupliciter accipitur.

Mãdatũ et lex distinguũtur.

certitudine scire hmõi causaz nisi a deo reueletur: ideo q̃libet in hac parte viã tenere dz humiliorẽ: vt.s. ppter pctã sua cũ infirmatur ertistimet se a deo flagellatũ: de alijs nõ iudicet cũ causam ne sciat. Insup z guerre z bella vbi vulnerant z occidũtur innumera multũ hominũ: ppter pctã cõtingũt. Jaco. iiij. Unde bella z lites in vobis? Nõne ex cõcupiscẽtijs que militãt in membris vestris? postq̃ Salomon peccatis se implicauit: suscitauit et dñs plures inimicos ad bellandũ cõtra eũ qui prius in maxima regnauerat pace: vt ptz. iij. Reg. xj. c. Et in libris Judicũ hoc plene ostenditur: q cũ ille ppls Jsrael a mãdatis dei declinabat: suscitabãtur cõtra eos bella finitimis nationibus cũ multis oppssionibus. Male ergo verat creatura a pctõ: z ideo in miserijs hmõi cõstituta clamat. Miserere ꝛc. Potẽtie animales cũ naturales sunt: sunt ꝑm Aug. bona media: quib9 z bñ z male vti possumus: sed in se valde bone sunt z necessarie ad operandum. Et he sunt tres principales. Primo potẽtia intellectiua. Scõo potẽtia volitiua. Tertio potẽtia sensitiua. Quelibet veratur suo modo per peccatũ. Unde pñs. penitens ait Conturbata sunt omnia ossa mea. i. potẽtie quibus anima vigoratur ad operandum. Et hoc figuratum extitit in vulnerato a latronibus qui descendit a Hierlin in Hiericho: vt habetur Lu. x. Uulnera eiñ sunt ipsa mala infira potẽtijs: vt declarat magister in. iiij. sen. in prin. Et quantum ad potentiã intellectiuã dicitur Sopho. j. de peccatoribus. Ambulabãt. i. operabãtur vt ceci: q dño peccauerũt. Et in huj9 figura legitur Judi. xvj. c. q Sãson captus a Philistetis excecatus est ab eis: ad insinuandum q viro quãtũcunq; sancto capto per tẽtationẽ a demonijs: eruunt sibi oculi intellectus: nõ quidẽ vt priuetur potentia intellectiua vel actu intellectus simpliciter sed in particulari opere eligibili: ita passione obtenebratur vt tũc nõ aduertat illud esse malũ: sed bonũ sibi videtur illud faciẽdũ: q̃uis in habitu z in generali cognoscat illud esse malum. Et hoc est q̃d dicit pñs in lib. Ethic. q omnis malus est ignorãs. Ignorat eiñ peccãs tũc illud esse malũ: vt fornicationẽ: etsi habitualiter sciat illud esse malũ z prohibitũ: sicut ebrius posit9 in ebrietate dicit veras sententias quas habitu tenet: sed cum profert in ebrietate nõ eas actu intelligit impeditus ab ebrietate. Ignorat etiã peccato quot z quanta bona per peccatũ perdat: quãta mala incurrat per peccatũ nõ cõsiderans ea. Et q̃uis non auferat ex toto peccatũ iudiciũ rationis: propter q̃d peccator nõ priuatur actu iudicandi z sententiãdi z reprehendẽdi alios peccatores z puniẽdo: dũmodo cũ humilitate fiat: tamẽ multũ hebetatur intellectus z obscurus remanet: non adiutus lumine gratie: qua talis priuatur in iudicando: corrigendo z puniendo: z indignus redditur. Qua enim frõte potest alios corrigere cũ tacit9 sibi ꝓpsi respõdet: eadẽ se admisisse que corrigit inquit Hiero. distin. xxv. primũ. Et si parũ gaudij esse valeat et qui lumẽ celi corporale videre nõ potest: vt ait Tob. c. v. imo multũ doloris: non minus veratur anima amisso lumine intellectus per peccatum: z ideo clamet. Miserere ꝛc. Uoluntas quoq; multuz est remissa ad bonũ per peccatum: adeo q bonũ quod intelligit z in generali ꝓponit agere nõ valeat: propter q̃d ait apostolus Rom. vij. Nõ enim q̃d volo bonũ hoc ago: sed quod odi malũ illud facio. Et loquitur scõm vnam expositionẽ in persona constituti in mortali. Unde z figuratur per claudũ qui videt quidẽ quo pergere debeat: sed recto gressu incedere nõ valet: quibus claudis dicitur per Hellam. iij. Reg. xviij. Usq; quo claudicatis in duas partes. Claudicat ex parte dextra qui precepta ad deũ nos ordinãtia nõ seruat. Claudicat ad sinistrã: qui mandata erga proximũ nos dirigentia non custodit. Et secundũ beatum Thom. in. j. ij. Nec talis diu in peccatis permanere potest: quin labatur in alias. In repentinis enim casibus qui quotidie occurrũt in quibus non potest haberi multũ temporis ad deliberanduz: operatur homo ꝑm finem sibi prestitum z habitum perceptum. Et cum peccator non sibi prestituat vt vltimum finem ad quem omnia dirigat gloriosum deum: sed creaturam cuius amorem deo z mandatis eius preponit: ideo non ꝑm deũ z mãdata eius agit: sed scõm passionẽ suam z malum habitũ alicuius vitij cui est deditus. Et hoc est quod dicit Grego. q peccatum quod per penitentiã non diluitur mox suo põdere ad aliud trahit. Sicut patet in Dauid qui lapsus in adulteriũ: q cito non penituit addidit et homicidium ordinando de morte Urie. ij. Regũ. xj. Uoluntas etiam peccatoris spiritualia non gustat: q superfluo huiusmodi terrenorũ: id est amore infectus est vt infirmus: sed ei vilescunt z fastidiunt spiritualia. Potentia sensitiua seu sensualitas multipliciter veratur passionibus propter peccatum. Gloriosus enim deus sic instituit hominẽ vt ratio subijceret sibi: z inde sensualitas omnino erat subdita rationi. Sed per peccatũ inobediẽtie rebellãs se ratio deo immediate: z caro recalcitrauit spiritui. In cuius signũ ꝑm Aug. de ciui. dei primi parentes senserũt stimulos carnis in mẽbris genitalibus: ppter q̃d erubescẽtes ad inuicẽ fecerũt sibi perizomata. i. succintoria seu coopimẽta. Gen. iij. Et potẽtia quidẽ cõcupiscibilis non appetit nisi delectabilia sensibus etsi cõtraria spiritui. Caro enim concupiscit aduersus spiritũ: vt dicitur ad Gal. v. In cuius figurã ancilla Agar cõcepisse se videns ex Abraã et iã proteruã despiciebat dominã suam. Sarai: z cũ verberibus angeretur ab ea: fugã arripuit. Gen. xvj. ad designandũ q̃ sensualitas que est ancilla rationis: postq̃ per cõcupiscentiã cõceperit peccatũ ex viro. i. appetitu rõnali: despicit postea rationẽ nec vult ei obedire. Sed z si aliquãdo cogat quibusdã penis: vt ieiunijs z disciplinis: ipsa sensualitas fugit a ratione: nec propter hoc ei obedit: sed vt libera vagatur. Et in tantũ excrescit ipsa cõcupiscentia: vt non deferat naturali federi seu propinquis: vt patet in Ammon primogenito Dauid: q amore concupiscentie insanies in Thamar sororem suã: violẽter cõstuprauit eam. ij. Re. xiij. Et de Rubẽ qui ascendit cubile patris sui Jacob cognoscendo. s. vxorẽ patris. Gene. xxxv. z pe. Et de Semiramide bellicosissima regina Ninive: que duxit in maritũ filium suũ: sed ab ipso interfecta est. Jracibilis potẽtia plena est perturbatiõibus z vindictis illicitis. Unde Saul qui prius erat pacatissimus: adeo q despicientes dominiũ eius sibi a domino traditũ patienter tolerauit: nec in aliquo molestari eos voluit. Post victoriam magnam habitã cõtra Ammonitas: cum tamẽ populus hoc quereret: postq̃ a domino recessit per peccatũ ita turbulenter z furiosus effect9 est: vt frequẽter per se z per alios mortem quesierit generi sui Dauid et fidelissimi. z. lxxxv. sacerdotes occidi fecit: quia Achimelech princeps eorum fauorẽ dederat ipsi Dauid concedendo et panes z gladium Golie z consulendo pro eo dominũ. j. Regũ. xxj. z. c. seq. Alexander magnus vitijs immersus ita tracundus aliquando erat vt fidelissimum z amicissimum sibi propria manu interficeret. Sensitiua quoq; apprehensiua: vt visus auditus gustus z huiusmodi: ita efficiuntur inordinati per curiositatem q̃ nec satiatur oculus visu: nec auris auditu impletur. vt dicitur Ecclesia. j. c.

Intellect9 p peccatũ obfuscatur.

Figura exponit.

Uolũtas per pctm̃ inficitur.

Sensualitas per peccatũ veratur.

§. III. Veratur autẽ peccator et

detrimentum patitur in tertio genere bonorum que sunt precipua scilicet in bonis spiritualibus que sunt sub triplici differẽtia.

¶ Munimenta suffragiorum.

¶ Fulcimenta meritorum.

¶ Ornamenta virtutum z donorum.

Triplex est gen9 suffragiorũ ecclie.

Ille qui est in gratia recipit suffragium z munimẽ a sacramentis: ab indulgẽtijs z a fidelium actionibus bonis. Et a sacramẽtis quidẽ: quia sumendo aliquod eorũ cum deuotione: inde augetur sibi gratia: z fructus multiplex spiritualium: vt illuminatio mentis: consolatio spiritualis fortificatiõis z huiusmodi. Sz ille qui est in mortali non potest accedere ad ipsa: nisi cum sui detrimento. Dicit Augu. j. q. j. qui episcopi. q̃ sacramenta talia fiũt vnicuiq; cum quali cõscientia quis accedit. Idẽ habetur eo. Dominus declarauit § item nos dicimus. Qui cum cõscientia mortalis accedit mortem nouam anime incurrit per speciale mortale quod addit. sicut dicit apostolus. j. Corin. xj. de eucharistia. Qui manducat z bibit indigne: iudicium sibi manducat z bibit. Etsi in confessione accedens cum mortali z non contritus: totum tamen dicens: forte nouum non committat mortale: tamen fructum magnum confessionis non recipit. Si vero sacramenta non percipit: z vtilitate ipsorum se priuat: z mandatum ecclesie transgreditur: z sic omnimodo veratur. Secundario verus fidelis scilicet qui est in gratia habet suffragium ab ecclesia in indulgentijs. Ualent enim indulgentie date a prelatis ecclesie ad tollendum seu diminuendum penam temporalẽ debitam pro peccatis commissis. Nam culpa et debitum pene infernalis contractum pro mortali solus deus remittit. Cum autem culpa commissa sit causa debiti pene remanente culpa in anima nunq̃ potest fieri remissio pene. Ratio est: quia remanente causa remãet effectus. Exẽpli gratia. Sol existẽs superhemisphertũ nostrum est causa illuminationis aeris: dum ergo sol est super nostrum orizontem: semper aer inuenitur illuminatus: sic remanente culpa in anima remanet z obligatio pene. Et cum peccata mortalia sint cõnexa quo ad auersionẽ: quia omnia auertũt ab vltimo fine: ideo qui remanet in vno mortali nullo modo potest habere

Ualor: indulgẽtiarum.

remissionem

remissionē de aliquo alio mortali quo ad culpā: nec veniali: z p ꝫ̄s nec quo ad penā remanēte inordinatiōe culpe. Et sic indulgentie date a quocūq; siue a papa siue ab epīs alijs nihil valent his qui sunt in mortali. Indulgētie eñ tantū valent quātū sonāt Sonāt aūt ſm formā cōem q̄ habēt eas qui fuerint cōtriti z cōfessi. Añ existens in mortali nullius indulgētie est capax: etsi cēties iret ad sepulcrū dñi z limina apostolorū z haberet indulgentiā in articulo mortis: nil ei valēt permanenti in mortali: cū recepturus nō est effectū eius: q̄uis alias faceret q̄ cōtinet indulgentia: puta q̄ dat eleemosynā ecclesie statutā: vadit ad illā ecclesiā z hmōi. Clamare igitur hz. Miserere ꝛc. Tertiū genꝰ suffragij ecclesie est participatio omniū bonorū que fiūt in ecclesia oratiōnū: ieiuniorū: eleemosynarū: z hmōi. Assimilāt eñ theologi. vt. b. Tho. z Pe. de Tharā. z alij ecclesiā corpori humano: q̄ ſ similitudinē notauit apostolus ad Rom̄. xij. dicēs. Omnes scilz fideles sumus vnū corpus in christo. Eidemꝰ eñ in corpore humano q̄ ex cibo assumpto omnia mēbra recipiūt nutrimētum z robur: nisi sint precisa vel stupida: vt manus arida vel pes. A ſ simili ex omnibus operibus bonis que fiūt a bonis q̄libet verꝰ fidelis recipit participationē z fortificationē: nisi sit mēbrum precisum: scz per sententiā excōmunicatiōis: vel aridū q̄ euenit per priuationē viuacitatis gratie. i. per mortale. Hoc intelligens ꝑs. orabat dicēs. Participē me fac deꝰ omniū timētiū te ꝛc. quasi. d. Da mihi gratiā tuā qua sim liber a mortali: z extūc habebo partem omniū bonorū que fiūt in ecclesia. His ergo suffragijs priuatur peccator nō mirū si diabolus hz maiorē potestatē super eum ad nocendū spiritualiter z tēporaliter q̄ ſ super alios. Unde z ſ per septē viros. Sare habuit potestatē demoniū ſffocādi eos: q̄ mali erant: nō aūt ſ super Sarā vel Tobiā qui timebāt deum. Potestatē habuit ad ligandū z immobilē reddendū Philetum discipulū Jacobi apostoli ante cōuersionē eius: nō aūt post baptismū eius. Scōm genus bonorū spiritualiū est fructus meritorū: z hec sunt tripartita videlicet merita agendorū merita gestorū: merita seu subsidia aliorū. Et quantū ad primū. Unusquisq; (ait apostolus. ſ. Cor. iij.) propriā mercedē accipiet ſm suū laborem. Q̄d verum est de his que fiunt in gratia quantū ad mercedem gloie. Et q̄ charitas est radix merendi ſm Tho. in. iij. quodlibet autē mortale contrariatur charitati ſm ipsum: ideo existens in mortali nullo modo potest mereri: nec pro se nec pro alijs aliquod bonū glie seu gradū premij eterni. Que ergo facit de genere bonorū qui est in mortali: etsi ad multa bona sibi valeāt z tēporalia z spiritualia: q̄ disponūtur per illa ad gratiam z huiusmodi: nō tamen de his mercedē accipit: vt congreget fructum in vitā eternā. Nec etiā reuerso tali ad verā penitentiā illa bona reuiuiscunt ad premiū gloie. Unde apostolus. ſ. ad Cor. xij. Si distribuero omnes facultates meas in cibos pauperū: z tradidero corpus meū ita vt ardeā: charitatē autē non habeam nihil mihi prodest: scilicet ad vitā eternā: vt exponit Aug. de pe. dist. iij. si quis. Et sicut q̄ viuū non fuit vnq̄ resuscitari non potest: sic viuere nō possunt: scz opera mortua que nunq̄ viua fuerunt ſm Hosti. Quātū ad scōm scz merita acquisita: verū est q̄ dicitur Aggei. ſ. Congregauerunt mercedes. i. merita ex bonis factis in gratia: z miserunt eas in sacculū pertusum: id est peforatum vnde egreditur quicquid immittitur. Ault dicere q̄ qui acquirit aliqua merita per opera virtuosa: ea amittit per peccatū q̄ postea cōmittit: si est tale q̄ perforet. i. tollat vnitatez anime eius: vt est mortale. Nam perseuerās in eo si moriatur premium nō percipit illorū meritorū propter defectū suum z obstaculum peccati: quo se indignum fecit premio superno. Ad quod innuēdum dixit nobilis homo de illo seruo qui propter suā pigritiam nō multiplicauerat mnā sibi traditam familiaribus suis. Auferte ab illo mnam z date ei qui habet. x. mnas: vt parabolice habetur Luc. xix. Erogatur ergo illud meritū inter electos. Uerū est tamen q̄ si ille reuertitur ad penitentiā merita illa que acquisiuit in statu gratie sibi restituuntur: non autē que fecit bona extra gratiam: vt dictum est. Unde Aug. Pium est credere z fides nostra hoc exposulat: vt cū gratia christi destruxit mala priora: in homine etiam remuneret bona. ſ. mortificata. ſ. per peccatum. de pe. dist. iij. piū est. Quantū ad tertiū scilz subsidia particularia. Sciendum. q̄ sicut corpus mortuū non potest aliquem iuuare: nec ab aliquo iuuari: ita mortuus per peccatum in anima nō est capax operis boni: quod fit. p eo inquantū est opus ipsum satisfactiuum: nec per se satisfacere potest per opera quantūcunq; penalia: vt ieiunia: peregrinationes: eleemosynas: z hmōi. Peccator eñ inimicus dei constituitur propter offensam cōmissam.

Participatio bonorū ecclesie.

Lob. iij. cvij.

Triplex est fructꝰ meritorū

Dedi cōgratur. mortuo.

Durante ergo inimicitia non acceptat deus aliquā emendā vel satisfactionē cū deficiat amicitia que acceptat. Unde ꝑs. ſ. Edificentur muri Hierl'm. i. virtutes cōgregate in aīa destructe p peccatū: q̄ reedificātur per priam: z tūc tu deꝰ acceptabis sacrificia iustitie. i. religionis z ofonis: oblatiōes eleemosynarū: holocausta ieiuniorū. Insuper in mortali existēs. p alio satisfacere nō potest viuo vel defuncto ex operibus mere propriis z directe. Nam indirecte hoc pōt facere: puta dādo eleemosynas pro missis dicendis vel alijs ofonibus faciēdis a clericis pro viuis z defunctis. Quāuis eñ eleemosyne tales nō valeāt illis ad expiationem pro quib⁹ fiunt: tñ misse z ofones dicte a clericis etiaz si sint mali valēt: nō inquantū priuate persone: sz inquātū ministri ecclesie cuius preces deo nō pūt nō esse grate. Valent tamē talia ad alia bona cū fiunt precise a malis: z iō non est cessandū ab eis: vt deus mentē illustret. Tertiū genꝰ principale spiritualiū bonorū sunt virtutes z dona. ꝑs. Dereliquit me virtus mea. ſ. quā habebam. Et q̄ ſm magistrū in. iij. sentē. virtutes oēs sunt cōnexe: ita q̄ vna sine altera haberi non pōt. Cū quis cōmittit aliq̄d mortale: illud directe oportet q̄ contrarietur alicui virtuti: z per ꝰ̄s vt suū contrariū eā expellit: z cū illa oēs alie ab anima recedūt. Et hoc figuratum extitit in illo qui incidit in latrones. Luc. x. qui eum expoliauerūt. Latrones sunt demones: qui cū capiunt animā per pctm in deserto mundi expoliant virtutibus. Fides igitur amittitur quātuz ad meritū: etsi nō quātū ad informē habitū. Sic Hieroboā filius Nabath rex primus Israel victus a peccato ambitionis: ne populus Israel accederet ad tēplum in Hierl'm ad offerendū sacrificia vt mandabat in lege: timens in de amittere regnū: fieri fecit duos vitulos aureos: quos ipse cū populo adoraret z sacrificia offerret: vt habet. iij. Reg. xij. Spē oēm amisit Judas patrato facinore. p̄ditionis: vnde et laqueo se suspendit. Mat. xxvij. Charitatem oēm a se eliminauerat dies epulo non subueniēdo necessitatibus Lazari vlcerati. Lu. xvj. Dona spiritus in peccatore reperi non possunt. Nam sapientia per insipientiā deijcitur vt diuina non gustet. Intellectus p hebetudinem obscuratur: vt scripture sunt in eis in parabolas non intra medullā penetrantes. Consilium per precipitationē perūt vt sine examinatione cuncta faciat. Fortitudo per pusillanimitatem z impatientiā prosternitur. Sciētia per ignorātiā conculcatur circa cōuersationē cū personis nō prudenter se habens: nec sufficienter discernens verū a falso circa mores z fidē. Pietas que est dei cultus vel proximus subueniens ab impietate deijcitur: z timor p superbiā absorbetur. Hoc aūt totū figuratū fuit per oppressionem triū filiarū z. vij. filiorum Job. vt exponit Greg. in li. moral. significant tres filie tres virtutes theologicas. septem filij sunt septem dona spiritussancti: qui cōuiuiū faciunt quilibet in die suo: q̄ quodlibet reficit mentem spirituali refectione: hec per ventū tētationū cōcutientem domum conscientie oīa mortificantur. Cū ergo per pctm factum sit miser et miserrim⁹ expoliatus priuatus omnibus bonis spiritualib⁹: et multipliciter veratus clamare cogitur. Miserere mei ꝛc. vel miserere nostri: quia filia mea male a demonio vexatur.

Amissio virtutum quō fit.

§. IIII. Uexatur quoq; in ipsius

In morte triplex erit vexatio.

animę separatione. Mors eñ ſm ꝑm est vltimū terribiliū. Sed vt dicitur Eccli. j. Timenti dñm bene erit in extremis. Spe eñ premij z ex fiducia bonorum laborū preteritorū confortatur. Sz miser peccator refrigerium hinc habere non potest: sed magis angustias. Et hoc ex triplici causa seu ratione.

¶ Ex amore concupiscentie.

¶ Ex remorsione conscientie.

¶ Ex terrore diabolice nequitie.

Quātum ad primum certū est q̄ dolor ex amore procedit. Dolet enim quis cum priuat eo q̄ amat: z quāto pl⁹ amat rem tāto ex eius carētia z priuatione magis dolet. Hinc videmus matres grauissime dolere z lugere super mortē filiorū propter magnum amorē ad eos. Sic z Jacob delata sibi veste filij Joseph sanguine cruentata existimans ipsum mortuum valde doluit: adeo q̄ congregatis cunctis liberis vt delinirent dolorem patris: noluit eos audire. Gene⁹. xxxvij. Miser peccator diligit varias creaturas plus q̄ deum z animā suā ibi cōstituēs finem vt diuitias: honores: possessiones: venereas delectationes: filios z alios vel alia: z quando aliquid de huiusmodi perdit multū dolet. Sed veniens ad mortē cū videt se omnibus priuari vbi suus amorē posuerat nimis dolet: sciens se illis omnib⁹ in perpetuū priuari. Unde dicitur Eccles. xl. O mors q̄ amara est memoria

tua homini iniusto habētti pacē in substātijs suis. Justus aūt qz inordinate nō diligit ista terrena: sed reputat se hic aduenam et peregrinū. iuxta illud Pſ. aduena ego sum apud te z peregrinus. Et futurā inquirit ciuitatē vt ppriā z permanētē: ideo nō dolet ſm rationē: sed cupit dissolui z esse cū christo. Scōm quod cruciat peccatorē in extremis est remorsus consciētie. Cōsiderat eñ ifidelis q opz eū cōparere coram supno iudice: cui nil occultū nil inultū remāebit. Cōsideratvitā suā totā fuisse deditā mūdo z pōpis eius quasi nil boni fecisse. Cōsiderat quō tēpus transiuit plenū iniquitatibus: quot z quāta bona facere potuisset que nō fecit: vñ cōscientia acerrime torquet eū: z ex hoc aliqñ in desperationē inducitur. Et q̄uis quātūcūq; malus fuisset reuerti ad huc potuisset ad penitētiā z ad gratiā. Justo tamē iudicio dei se pe cōtingit: vt nec de penitētia nec de deo aliquid curet: sed desperatus vel secus ad inferna descendat. Aū. Aug. Hac animad uersione percutiāt pctōres: vt moriēs obliuiscat sui: qui diu z viueret oblitus est dei: z ideo clamādū est ei. Miserere mei ꝛc. Tertium cruciās est turba demonū. sciēs enim diabolus sibi nō superesse plus tēporis ad decipiendū hominē vltra terminū vite: totū vir⁹ malitie sue in cauda reseruat. i. in fine. Unde in figurā Geñ. iij. dictum fuit serpēti. Tu insidiaberis calcaneo eius. i. aie vel creature rationali: cuius calcaneus est terminus vite. Et frequenter peccatores obduratos quos cognoscit secū mācipandos in inferno anteq̄ anima exeat de corpore torquere incipit. Sicut legitur in vitis patrū de quodā diuite: cuius animā sanctus quidā vidit vncinis ferreis violēter trahi ex corpore: z cū multa caterua demonū eū percutientiū ad infernū deduci. De hac materia plenius vide. S. ti. vj. c. viij. de desperatione anime. Post separationē a corpore veratur anima permaxime ex tribus: licet z alijs modis crucietur. Ex priuatione diuine visionis. Esa. vlti. sed ſm aliā literā. Tollatur impius ne videat gloriā dei. z Pſ. vj. Discedite a me omnes qui operamini iniquitatē. Ex duratiōe ignee cruciationis. Unde in Apoca. xxj. Pars illorū erit in stagno ardenti igne z sulpure. Matthe. xiij. Exibunt angeli z separabunt malos de medio iustorū: z mittent eos in caminum ignis. Nunc mittūtur in anima: sed in fine etiaz cū corpore. Ex malignatione diabolice associationis. Matth. xxv. Ite maledicti in ignem eternum qui paratus est diabolo z angelis eius. Hiere. xxj. ca. Seruietis dijs alienis id est demonijs alients ab omni misericordia qui non dabunt vobis requiem die ac nocte ꝛc. De hac materia scilicet inferni vide infra titu. ix. de peccato actuali mortali. c. iij.

Consideratio pulchra.

Exēplū.

Titu. VIII. De peccato originali.

De causa peccati originalis z eius pena. Capitulū. j.

POst tractatū de causis peccatorū z de diffinitionibus z diuisionib⁹ z nocumētis eorū. Nūc videndū est de ipsis peccatis ſm illaz diuisionē qua primo diuiditur: q. scilicet peccatoz aliud originale: aliud actuale. Et hoc diuiditur in mortale z veniale: z de singulis horū dicendū est: z primo de originali. Est autē originale peccatū cū quo nascuntur homines de quo Augu. de conse. dist. iiij. c. ij. sic ait. Firmissime tene et nullatenus dubites omnē hominē qui cōcipitur per concubitū viri z mulieris nasci cū peccato originali. Et propter hoc puer i mox nati deferuntur ad baptismū tanq̄ ab aliqua infectione culpe abluēdi. Sic fatet fides catholica: z cōtrarij tenere esset heresis Pelagiana: vt dicit Tho. j. ij. q. lxxxij. Est autē peccatū originale ſm Tho. qō. vbi S. quidā habitus innatus per vitiatam originē: seu quedā inordinata dispositio nature que hz rationē culpe inquantū procedit a primo parēte. Et hz talis habitus aliquid priuationis z aliquid positionis sicut egritudo. Formaliter enim est defect⁹ seu priuatio originalis iustitie. Dicitur autē originalis iustitia illa rectitudo in qua fuit creatus primus homo: ex qua mens et ratio deo subdita erat: z vires inferiores rationi z corpus spiritui. Hō donū originalis iustitie erat vt accidēs speciei humane nō ex principijs nature causatū: sed diuino munere collatū primo parenti: vt transfundendū in posteros: cum natura humana que postea in multis cōmunicata: tota erat in ipso. Unde per suū peccatum actuale vitiata z ablata ipsa originali iustitia: eius opposituz vt accidens specie humane. s. peccatū originale per propagationez transmisit in posteros cum natura. Generat enim homo sibi similem in specie: etiā quātum ad accidentia propria speciei: non quātum ad accidentia indiuidualia: que pertinent ad actiones personales: nō enim musicus generat musicū. Et hinc est q̄ solum illud peccatū primoꝝ parentū traducitur z nō alia: nec etiā aliorū hominū: q. solū per primū peccatū sublatū est bonū nature qd erat per originē nature traductum. Per alia vero peccata subtrahitur bonū gratie personalis quod nō trāsit ad posteros. Similiter nec penitētia primi parētis: nec eius scientia: nec aliorū hominū traducūtur: q. pertinent ad actiōes personales: seu sunt accidētia indiuidualia. Materialiter autē est peccatū originale concupiscentia: quia vt dicit Augu. paruulos facit habiles ad cōcupiscendū: z adultos actu concupiscētes. Et dicitur hic concupiscentia inordinatio potentiarū anime: que in hoc attenditur q̄ inordinate feruntur in bonū cōmutabile. Peccatuz autē istud originale traducitur a primo parēte per generatiōis actiuā virtutem in homines: de quo apostolus ad Rom. v. Per vnū hominem peccatū in hunc mundū intrauit: z per peccatū mors. j. qō. iiij. tam itaq̄. Pro cuius declaratione est sciendum ſm Tho. j. ij. q. lxxxij. z super epistolā ad Rom. Cum omnes homines conueniant in natura humana quā traxerūt ex Adā: z sic dici possint vnus homo: sicut vna ciuitas dicitur vnum corpus. Unde scōm Porphyriū participatiōe speciei plures homines sunt vnus homo. hinc est q̄ sicut diuersa corporis mēbra sunt partes vni⁹ persone particularis: ita omnes homines sunt partes z quasi membra nature humane. Sicut actus peccati exercitus per aliquod membrū: puta per manū vel pedē: non est voluntarius volūtate manus: sed voluntate totius hominis. Uñ homicidiū vel aliud commissum per manū: non imputaretur ei ad culpā: si cōsideretur manus vt separata a corpore: sed prout est aliquid hominis motum a voluntate ipsius. Ita inordinatio ista nature que dicitur peccatū originale nō voluntaria voluntate huius: vel illius deriuati ex Adā: sed voluntate ipsius Ade q̄ mouet omnes homines descendētes ab eo per propagationē motionis generationis. Sicut voluntas vnius persone mouet omnia membra ad peccatū: z sic talis inordinatio nature habet rationē culpe in omnibus ad quos peruenit inquātum sunt susceptiui nature infecte culpa per Adam. Et sicut peccatū actuale: quod est peccatum persone: trahitur ad singula membra per aliquē actum personalem: ita peccatum originale trahitur ad singulos homines per actum nature qui est generatio: z sic in processu peccati originalis persona id est Adam infecit naturaz scilicet humanam. Sed postmodum in alijs natura vitiata infecit personam: dum scilicet genugo imputatur in culpam nature vitium propter voluntatem primi parentis. q̄uis enim anima huius vel illius hominis non fuerit scōm seminalem rationem in Adam peccante: sicut in principio effectiuo: eo q̄ semen corporale quod ex Adaz traducitur sua virtute: non potest causare animam rationalem. Fuit tamen in ipso sicut in principio dispositiuo: quia semen ex ipso traductum disponit ad anime susceptionem: z sic ipsa anima cum infunditur corpori: tunc maculatur culpa originali.

Peccatū originale quid sit.

Donum originalis iustitie q̄le fuit.

Deordinatio nature q̄si.

§. I. Est aūt ipsum peccatū originale vnum in essentia. sed multiplex in effectu. propter quod pſ. l. Ecce in iniq̄tatib⁹ conceptus sum in plurali. ex eo videlicet qd inficit plures potentias anime: vt voluntatem: concupiscibilem. irascibilem. Cum etiam quia in ipso virtualiter preexistunt omnia peccata actualia: sicut in quodā principio. Participatur autem equaliter ab omnib⁹. Et q̄uis vnus sit promptior q̄s alter ad concupiscendum vel irascendum z huiusmodi: hoc nō procedit ex ratione peccati originalis: cum equaliter in omnibus soluatur z tollatur originalis iustitia: z equaliter in omnibus partib⁹ inferioribus anime sibi relinquantur. Sed accidit hoc ex diuersa dispositione potentiarum. Nam aliqne vires anime sunt fortiores in vno q̄s in alio propter diuersas corporis complexiones: soluto autem vinculo originalis iustitie vnaqueq̄ vis tendit in suum proprium motum: z tanto vehementius quanto fuerit fortior. Et quia omnes homines: excepto Christo solum: descendunt ab Adam per virtutem actiuam in generationem originaliter ab Adam deriuatam: quod est ſm rationem seminalem ab eo descendere: ideo firmiter est tenendum: vt dicit beatus Tho. j. ij. questio lxxxj. q̄ scōm fidem catholicam omnes homines preter solum Christum ex Adam deriuati peccatum originale ex eo contrahunt: alioquin non omnes indigerent redemptione que est per Christum: quod est erroneum.

Peccatū originale quomō est vnum.

§. II. Pena autem huius peccati quantum quidem ad animam est pena damni id est priuatio diuine visionis: q. nisi purgatus fuerit quis ab eo non potest introire

Pēa peccati originalisque est.

troire regnū dei. Nō autem sustinent penam sensus pro solo originali: id est penā ignis infernalis: vt tenet z probat bea. Tho. in. ū. sen. z in quadā questione de qōlibetis. Et habetur de cōse. dist. iiij. c. nulla preter baptismū salus. Qō aūt Aug. dicit di. ea. c firmissime tene. tales paruulos sine baptismo transeuntes: sempiterno igne puniendos. exponit glos. z bene igne. i. pena: qz sempe erunt in tenebris. i. priuati dei visione: que tamē priuatio diuine visionis est: etsi adultis sit in maximā penā: eis tamē nō est ad afflictionē: quia sciunt se nō fuisse capaces: z sine ppria culpa esse priuatos: sicut nec etiā rusticus penā habet q nō eligatur in papā vel in imperatorē: qz non proportionatur ei talis dignitas. Quātū vero ad corpus pena ipsius peccati est mors. de cōse. di. iij. placuit. ij. ac etiā alias penalitates quibus sunt subditi homines: vt fames: sitis z huiusmodi: etiam inclinationes ad malum.

Nō oī tollet tollitur.

§. III. Tollitur autem ipsum peccatum nūc. s. in nouo testamento per baptismū actu vel proposito sumptū: z nō per aliū modū: nisi per martyriū quo ad paruulos. In veteri aūt testamēto per fidē parentū: quantū ad nō habentes vsum rationis. i. per actū fidei relatū ad salutē pueri per modū orationis: quā fidei protestabantur orituri ex Abraā in circumcisione mariū: que omnino erat necessaria. Alij vero aliarum nationū z omnes vniuersaliter ante circūcisionem datam Abrae eam protestabantur in virtute sacrificiorum. Adulti vero purgabantur ac originali per fidem propriā. Femine Judeorum ante vsum rationis nō per circūcisionē: sed per fidem parentum purgabantur. Et sic debet intelligi q virtute sacrificiorū dicebātur purgari ab originali ante circūcisionē datā: sicut z mares Judeorū in virtute circūcisionis: vt dicit Greg. in moral. z habetur de conse. dist. iiij. qō apud nos. Non q in illis sacrificijs vel circūcisione esset aliqua virtus gratie ad purgādū: vt est in baptismo: sed per fidē tollebatur peccatū: quā protestabatur illud sacrificiū vel circūcisio. Unde z beatus Tho. qui hoc dixit in. iiij. de circuncisione: postea retractauit in. iij. par. sum. Quāuis autē tranleat ipsum peccatū originale z tollatur per baptismū reat⁹: qz euadit obligationē pene eterne: remanet tamē actus. i. remanet in ipso baptizato ipsa habitualis cōcupiscentia. i. inclinatio ad malū z inordinatio vtriū inferiorū. Et qz homo non generat fm mentē sed fm vires inferiores: z cū ipsa habituali cōcupiscētia: ideo transmittit peccatū in prolē: etiā si in ipso actu generationis daretur alicui per gratiaz q non sentiret actualē concupiscentiā seu ardorē libidinis: nihilominus vt dicit beat⁹ Tho. ij. q. lxxxj. sic genit⁹ p̄traheret pctū originale. Aug. dat exēplū de frumento: qō cūis purgatū seminetur tū nascitur cum lollio.

De puer decedēti bus cum originali

§. IIII. Pro aliqua maiori declaratione de statu paruulorū decedentiū sine baptismo est sciēdū q anima quelibet rationalis migrans a corpore proprio vadit ad locū glorie: que scz est perfecte purgata ab omni culpa z reatu. Et locus iste glorie dicitur esse celū empyreū supremū remotum a motu: virtute tamen sua influēs in inferiora fm Tho. in. j. parte. Aut anima vadit ad locum miserie: qui locus largo vocabulo dicitur infernus: z creditur esse in cētro terre seu sub terra. Qō probat Greg. in. iiij. dial. pro eo q dicit Jo. in Apoc. v. q nō reperiebatur qui posset aperire librū clausum signatū septem sigillis: neq; in celo neq; in terra: neq; subtus terram: nisi agn⁹ &c. De istis autē diuersis locis seu receptaculis animaruz: sic dicit Aug. Tēpus qō inter hominis mortē z vltimā resurrectionē interpositum est: animas variis receptaculis continet: prout vnaquaeq; digna est requie vel erunna secūdū ea que gessit in carne dū viueret. xiij. q. ij. tēpus. Infernus autē distinguitur inter locū vbi est pena dāni. i. priuatio visionis dei qui dicitur limbus: z locū vbi est pena sensus. i. ignis cruciatio vltra penā damni: z dicitur strictius infernus. Qui etiā locus diuiditur in locū damnatorum eternaliter: qui dicitur infernus strictissima acceptione: et locū purgandorū qui dicitur purgatorū: que loca scilicet infernus z purgatorū diuersificantur: sicut inferius z superius: ac si imaginaremur vnam domum plenam ignis vsq; ad summū: z in pauimento starent anime dānate: z in superiori parte iuxta tectū anime que purgantur. Unde Grego. dicit: q sicut sub eodē igne aurum rutilat z palea fumat: sic idem ignis z reprobos cruciat: z electos purgat. Sic etiā limbus est duplex: scilicet limbus paruulorum: z limbus patrum: qui etiam quantū ad situm differūt sēm superius z inferius: vt dictum est de purgatorio z inferno: z in parte quidem superiori est limbus patrum qui etiam dicitur sinus Abrae. Sinus quidē: quia quies ibi erat Abrae: aut quia non nisi per fidē charitate informatam ibant ad illum locum animae: cuius fidei: scilicet de vno deo: primus publicus predicator z protestator fuit Abraā: declinantibus alijs ad idololatriā. Limbus iste fuit locus sanctorum patrum: a creatione mundi vsq; ad mortē christi: vel resurrectionē: ad quē locū de purgatorio ascendebant tunc tēporis ille anime: que post hanc vitaz indiguissent purgatione. Et ad istum locū descēdit anima christi diuinitate sociata quādo in cruce expirauit: z sic in symbolo dicitur descendisse ad infernum: z tunc eos beatificauit educens inde in sua resurrectione. Non autem alia loca inferni visitauit: nec ab eis visus fuit: nec eos eduxit. Erat autem ibi in limbo illo: etsi nō pena ignis: tamen pena dāni scilicet de retardatione glorie quam expectabant que aliqualiter affligebat eos: cūis enim purgati essent a peccato originali: inquantum ipsum peccatū inficiebat personas eorum: tum quia nondum erat natura humana purgata ab ipso originali: que purgata fuit in genere: z vt in causa per passionem christi soluentis ade debitū: z ideo detinebātur illi parentes in tali loco z pena. Unde ecclesia in hymno. Soluit a pena miseros &c. scilz christus. Jn limbo autē paruulorum cūis non videatur deus: tamen de priuatione talis visiōis penam non habent: z cum tales paruuli migrant a corpore imprimuntur seu concreantur in intellectibus eorum species rerū naturalium: sicut ex omnibus alijs aiabus de corpore egredientibus: que dicitur scientia indita: ad quas species seu similitudines rerum intellectus se conuertens melius intelligit que naturali cognitione cognosci pōt: cū aliqs pōs mundi: z sic in speculatione rerum possunt aīe talium paruulorum valde delectari qō facere non possunt damnati cūis habeant talem scientiā q absorbentur a pena. Resurgent autem z ipsi paruuli in vltima resurrectione: sicut z alij cum corporibus suis propriis illius status quam habuissent in. xxxij. anno si vixissent: non habituri nec penam nec gloriam. Sed in quo loco habitaturi nouit deus. Anime autem ipsorum paruulorum iuuari non possunt vel liberari a tali statu suffragijs nostris. quod trahi pōt ex verbis Augu. qui loquens de suffragijs que fiunt pro defunctis sic dicit. Eis solis hec prosunt quibus cum viuerent hec sibi vt postea possent prodesse meruerunt. xiij. q. ij. c. tempus. Sed clarum est q tales in vita nihil meruerunt.

Nota de pēa paruulorū.

De questione vtrum virgo Maria fuit concepta in peccato originali. Capitulum. ij.

ET quia de peccato originali facta est mentio: hic incidenter ponatur materia seu questio: de qua quotidie a curiosis disputatur z infructuose scilicet de conceptu virginis gloriose: ponendo ea que senserunt doctores tam antiqui cūis moderni ad hoc dimittendo determinationez sancte ecclesie: cūis enī non sit determinatum per ecclesiam virginem esse conceptam in peccato originali vel non: propter quod absq; preiudicio salutis licet vnicuiq; tenere alteram opinionem que sibi placeat. Tamē si bene considerentur scripture z dicta doctorum antiquorum et modernorum qui fuerunt deuotissimi virgini gloriose: manifeste patet ex verbis eorum ipsam in peccato originali conceptam fuisse. Sed tenentes contrariam opinionem extorquent dicta eorum contra intentionem dicentiū. Et primo ostendit hoc Apostolus ad Roma. iij. vbi dicit: q omnes in Adam peccauerūt: et egent gloria dei: z nullū excipit nisi christū: vt patet ex eo qō sequitur. z in glo. ibidē. Dicitur etiā Job. iij. Expectet lucem z non videat: nec ortū surgentis aurore. Ubi loquitur propheta de nocte que designat originalē culpaz: que nullo modo vidit lucē. i. christum: q solus ipse sine originali peccato cōceptus. Aurora vero virgo Maria cuius ortum ipsa nox culpe originalis nō vidit: qz ante fuit sanctificata: z a peccato originali mundata: cūis nata in mundo. Sic exposuit beatus Tho. in. iij. parte. q. xxiij. Ecclesia. etiam. vij. c. dicit. Virum de mille vnum reperi: mulierem autem nullam inueni. Uir ille fuit christus. numerus autem millenaris ponitur iuxta morem scripture determinatus pro inderminato id est pro omni cetu sanctorum: inter quod solus christus repertus est sine peccato aliquo: non aliqua mulier. Jta exponit dominus Joan. dominici super Eccl. vbi etiam per multa originalia sanctoz antiquorū z rationes probat propositū. pō. xlv. etiā ait. Sanctificauit tabernaculū suum altissimus. Doctores etiam sancti z quorum doctrina approbata est ab ecclesia hoc clare dicunt. Dicit enim Augu. in lib. de perfectione iustitie. Quisquis

Probat ōginē in originali fuisse cōceptam.

Duplex limbus.

fuisse vel esse in hac vita aliquē hominē vel aliquos homines putat: excepto vno mediatore dei ⁊ hominū quib⁹ nō fuerit necessaria remissio peccatorū cōtrarius est diuine scripture. Ubi apls ait Roñ. v. Per vnū hominē peccatū intrauit in mundum: ⁊ per peccatū mors: ⁊ ita in omnes homines pertrāsijt: in quo oēs peccauerūt: ⁊ necesse est vt in pia cōtentione asserat posse esse homines: qui sine mediatore christo liberāte ⁊ saluāte sint liberi: salui q̄s a pctō. Idē in lib. de nuptijs ⁊ cōcupiscentia sic ait. Sine carnis cōcupiscētia que accidit ex pctō: concipi voluit qui futurus erat sine peccato: vt hinc etiam doceret omnē que de concubitu nascitur carnē esse peccati quādoquidem sola que nō inde nata est nō fuit caro peccati. Itē Greg. xj. moral. c. vlti. sic dicit. Sol⁹ redēptor in carne sua vere mundus extitit: q; nec per carnalem delectationē venit. Idē in glo. super Exod. ait. Omnes in peccatis nati sumus: ⁊ ex carnis delectatione cōcepti culpā originalem nobiscū traximus. Itē Leo papa in serm. de natiui. Sicut a reatu nullū dñs liberū reperit: ita pro liberandis omnibus venit. Itē Amb. super Lucā. Solus ex natis de femina sanct⁹ dñs Jesus: qui terrene cōtagia corruptele immaculati partus nouitatē non sensit: ⁊ celesti maiestate depulit. Itē Hilarius cuius testimonium inducit Augu. cōtra Julianū. Ex peccato est omnis caro preter illā que venit in similitudinē carnis peccati sine peccato. Itē Aug. in. ij. lib. cōtra Julianū. Propter catholicā veritatem ⁊ diuinorū eloquiorū pertractionē: clarissimi sacerdotes Hireneus: Cyprianus: Olimpius: Hilarius: Ambrosius: Gregorius scz Nazianzenus: imo ⁊ Basilius: quibus addi velis nolis Hiero. vt cos omittā: qui nondū dormierūt aduersum nos: perferunt omnū hominū peccato originali obnoxiā sententiā. Item Ansel. in lib. Cur deus homo. dicit ita expresse q; glossari nō potest. dicit enim. Licet ipsa hominis christi conceptio sit munda ⁊ absq; carnalis delectationis peccato: virgo tamē ipsa in iniquitatibus cōcepta est: ⁊ in peccatis cōcepit eam mater eius. Ber. quoq; qui deuotius ⁊ copiosius ceteris de virgine scripsit: exp̄sse hoc dicit in quadā epistola. ⁊ in serm. de assump. sic ait. Beatā virginē omnimodis cōstat ab originali cōtagio sola dei gratia anteq̄ nasceretur fuisse mundatā ⁊c. Sanctus Tho. cuius etiaz doctrina est approbata ab ecclesia in. iij. parte. q. xxvij. ⁊ in. iij. sen. ten. idē sentit ⁊ probat di. q; si nūq̄ anima beate Marie fuisset cōtagio peccati maculata: hoc derogaret dignitati christi: p̄m quā est vniuersalis saluator omniū ⁊ redēptor. Tunc enim esset aliqua persona quā non redemisset. s. ipsa virgo: nec debet tantū honorari mater q; dehonoretur filius derogando sue dignitati: q; nec virgini placet talis honor. Alber. magnus super. iij. sen. ait: q; dicere q; beata virgo nō fuerat concepta in peccato originali fuit cōdēnatum tanq̄ erroneū a magistris Parisien. Magister quoq; sen. in. ij. lib. dist. xxx. per totū. nullū excludit a peccato originali preter christū. Et idē in. iij. di. ij. In decretis quoq; de cōse. distinc. iij. c. ij. dicitur. Firmissime tene ⁊ nullatenus dubites omnē hominē qui per cōcubitū maris ⁊ femine cōcipitur: nasci cū peccato originali. Et loquitur de natiuitate in vtero. i. conceptione. Et Hug. ⁊ Ray. ⁊ Guil. canoniste dicūt eam cōceptaz in peccato originali. Potissimi etiā doctores idē dicūt declarātes particularius materiā. Unde ⁊ Pe. de Tharan. ordin. predic. qui fuit papa scz Innocētius. v. super. iij. sen. dist. iij. sic dicit. Quāto quis magis accedit ad sanctū sanctorū: tanto debet habere maiorem sanctificationis gradū. Nō est enim accessus ad deū nisi per sanctificationē. Mater vero plus omnibus accedit ad filiuz qui est sanctus sanctorū: ergo debuit gradū sanctificationis habere maiorē post filiū. Gradus aūt sanctificationis quadruplicit er potest intelligi: aut q; sanctitatē quis habeat ante cōceptuz ⁊ ortū: aut post cōceptū ⁊ ortū: aut in ipso conceptu ⁊ ortu aut in ortu non conceptu. Nam q; in conceptu ⁊ nō in ortu est impossibile. Primus gradus non est possibilis: quia personalis perfectio: vt sciētia ⁊ virtus non transfunduntur a parētibus: tum q; in filios nō potest fieri esse gratie ante actuale esse nature super quo fundatur. Secundus gradus cōmunis est omnibus p̄m cōmunez legē sctificatiōis per sacra. Tertius gradus est singularis sanctisanctorū: de quo solo fuit simul ortus: sanctificatio: conceptio: aiatio: ⁊ assumptio. Restat igitur q̄rtus grad⁹: ⁊ hic hz q̄tuor grad⁹ q; potest intelligi factus in vtero sanctificatus: aut ante animationem: aut in ipsa animatione: aut cito post animationē: aut diu post animationē. Primus gradus impossibilis est: q; p̄m Dionys. de diui. no. sanctitas est ab omni immunditia libera ⁊ perfecta ⁊ immaculata. Immūditia vero culpe nō expellitur nisi per gratiam gratum facientem: sicut tenebra per lucē: cuius subiectuz nō est nisi creatura rationalis. Secūdus gradus nō fuit cōueniēs beate virgini: q; aut nō contraxisset originale: ⁊ sic nō indiguisset vniuersali sanctificatione christi ⁊ redēptione: aut si contraxisset simul culpa ⁊ gratia in ea nō posset esse. Tertius etiam gradus nō fuit conuenies beate virgini: q; fuit talis vt Joānis ⁊ Hiere. ⁊ q; nō cōuenit tante sanctitati vt diu mozata sit in peccato. Quartus vero videtur cōuenies ⁊ pie credibilis: ⁊ scz ptura nō habeatur vt cito post animationē: vel in ipso die vel hora: cuius nō ipso momēto sanctificata fuerit. hec ille. Quam opinionem sequitur Herueus: Henricus de Gandauo: Durādus: Durandellus: Joannes Neapolitanus: ⁊ alij solēnes doctores ordi. predi. Multi etiam excellentissimi ordi. mino. idem dicūt: et p̄cipue deuotissimus super omnes Bonauē. qui postea fuit cardinalis: sicut dicit super. iij. sen. dist. iij. q. ij. Sāctificatio virginis subsecuta est peccati originalis cōtractionē: q; nullus immunis fuit a culpa originalis peccati: nisi solus filius virginis: sicut dicit apostolus ad Roma. iij. Omnes peccauerunt ⁊ egent gloria dei. Hic aūt tē dicendi modus est cōmunior: rationabilior ⁊ securior. Cōmunior: q; omnes fere id tenēt q; beata virgo habuerit originale: cū id appareat ex multiplici eius penalitate: quā non est dicere ipsam esse passam propter aliorū redēptionē: quā etiam nō est dicere per assumptionē habuisse: sed per cōtractionē. Rationabilior est etiā: q; esse nature precedit esse gratie vel tempore: vel natura. Et propter hoc dicit Augu. q; prius est nasci q̄s renasci: sicut est esse q̄s bene esse. Igitur prius est animā vniri carni q̄s gratia dei sibi infundi. Sic igitur caro illa infecta fuit: ex sua infectione nata erat animam culpa originali inficere. Necessarium igitur est q; ante fuit culpe originalis infectio q̄s sanctificatio. Securior est: quia magis consonū fidei ⁊ pietati ⁊ sanctorum auctoritatibus magis concordat: pro eo q; sancti cōmuniter cum de ista materia loquuntur solum christū excipiūt ab illa generalitate qua dicitur omnes peccauerunt in Adam. Nullus autem inuenitur dixisse de his que audiuimus auribus nostris virginem Mariam ab originali fuisse immunem. Pietati etiam fidei magis concordat: pro eo quod si mater habenda sit in reuerentia ⁊ deuotione: multo maior est habenda erga filiuz: ex quo est omnis honor: ⁊ gloria. Et ideo q; hoc spectat ad excellentē christi dignitatē: q; ipse est omniū redēptor ⁊ saluator: q; ipse vnus p omnibus est mortuus: nullaten⁹ ab hac generalitate virgo Maria excludēda: est ne dum matris excellentia amplitatur: filij gloria minuatur: ⁊ sic mater prouocetur que filium vult magis honorari q̄s seipsam. Huic igitur opinioni adherentes propter honorem Jesu christi: quia in nullo preiudicat matris honori: teneamus scōm q; cōmunis opinio tenet. s. virginis sanctificationem fuisse post peccati originalis contractionē. Hec ille. Quam opinionem sequuntur Richar. de media villa super. iij. senten. Alexam. de Hal. Rigal. ⁊ Bertrā. in sermōnibus de prophetis: in ser. Egredietur virga ⁊c. Omnes hi ordinis minoruz solennes doctores idē dicūt. Egidius ordinis eremitarū doctor excellentissimus in suo quodlibeto sexto. Idem Guido ordinis carmelitarum in suo iij. quodlibeto. Idem magister Joānes de Policratis: qui omnes inducat auctoritatem apostoli ad Roma. iij. Omnes peccauerunt ⁊c. Et assignant rationes suas. Quidam alij dicunt non fuisse conceptā in peccato originali virginē ipsaz: ⁊ precipue Joann. Sco. ordinis minorum doctor subtilissimus: ⁊ pro sua opinione allegant auctoritates ⁊ assignant rationes. Et primo illud Cāti. iij. Tota pulchra es amica mea: ⁊ macula non est in te. Et exponunt de virgine dicentes ex hoc q; non fuit macula peccati in ea: ergo nec originalis. Secundo inducunt illud Augu. Cū de peccatis agitur propter honorem domini nullā prorsus de ea. s. virgine volo habere mentionē. Tertio illud Ansel. Decuit vt ea puritate niteret scilz virgo Maria: qua maior sub deo nequeat inueniri. Quarto id ostenditur per hāc rationē: quia ordinans vas ad seruitium altaris conseruat ipsum a maculis: hoc enim est valde decēs: scz virgo fuit vas deitatis: ergo decuit vt preseruaretur etiā a macula originalis. Quinto sic. Decuit q; christus eam singulari et nobiliori modo redimeret ⁊ liberaret quā alios: sed hoc fuit si sine peccato concepta fuit. Decuit enim magis honorare eam: quia mater eius q̄s ceteros. Sz nobilius ⁊ melius liberatur ⁊ redimitur cui prouidetur ne cadat ⁊ in seruitutem incurrat: q̄s vt lapsus erigatur: et factus seruus redimatur: ergo ⁊c. Sexto sic ecclesia errare non potest: sed ipsa celebrat festum conceptionis octauo die Decembris: ergo ⁊c. Ad rationes in contrarium inductas sic respondent. Primo ad illud q; omnes in Adam peccauerunt: ⁊ q; omnes genitiex Adā originale

Antiquorum doctorū sententia.

Quadruplex est gradus sanctitatis.

Hūc contrarie refert opinio.

Q̄ virgo in originali nō fuerit cōcepta.

c.pe. Debet homo diligere primū suum sicut seipm: vt oēm hominem quē potest informatione doctrine: beneficentie consolatione coertione discipline: inducat ad collēdum deū. Et in prin. decre. dicitur. Rex pacificus pia miseratione disposuit sibi subditos fore pacificos pios pariter et modestos. Pios quoad dilectionē z deuotionē erga deū. Pacificos quoad dilectionem et iustitiam erga primos. Modestos quoad dilectionem z temperantiam sui. Et propter hoc ecclesia statuit multas leges pertinentes ad cultum diuinum z dilectionem dei augendam: vt de confitendo: cōmunione sumenda: festis celebrādis: diuinis exequendi z huiusmodi. Remouit multas altercationes z litigia: que possunt fieri in iudicijs contra charitatem proximorum per suas determinationes: ideo z ista multiplex lex dei. De septima lege. s. seculari intelligitur illud Hester. j. Septem sapiētes erāt consiliarij regis Asueri: quorum consilijs cuncta agebat: scientes leges z iura maiorum. Non habebant illi neq; legem Moysaicam: quia non erant de populo Judeorum: nec euāgelicam: nec canonicam que adhuc non erant: sed leges ciuiles. Et he vtiq; cum non sint iniuste: siue sint imperiales: siue municipales vt statuta ciuitatum: a quibuscūq; facte sint fidelibus vel infidelibus: leges domini sunt: z seruari debent ab omnibus. Sed qd in hac lege scriptum est. Certe. Diliges dñm deum tuum z. Ñi z priuilegiant ecclesias z ministros ecclie z punīūt hereticos et blasphematores: z alia que sunt cōtra dei cultum z honorē. Et sic' puniunt inferentes nocumenta primis: vt sic inter primos conseruetur dilectio. Unde dicit Isid. q facte sunt leges vt eaq; metu humana coerceatur audacia: tutaq; sit inter improbos innocētia. dist. iij. c. j. Et loquitur de legibus secularibus: q ponūt penas varias etiam mortis ptra trāsgressores. Et qd ait apls. j. ad Tim. j. q iusto non est posita lex: sed iniustis: maleficis: venificis: homicidis z adulteris z. Non intelligitur vt quidā heretici falso exponebāt: q iusti nō sint obligati ad leges humanas seruandas: sed quia cum lex habeat duplicem actum. s. dirigere hominem in operibus suis: z cogere metu pene ad obseruātiā eius: iustis' etsi sit posita lex: vt est directiua nō tñ vt est coactiua: quia videlicet nō metu pene eam obseruāt vt pctōres: sed libere amore iustitie z obedientie. Hec etiā lex multiplex: q multe sunt leges hoīm: qui ergo ambulāt. i. operanf̄ sm has leges que dñi sunt: z per quarū obseruantiā exerceī immaculata charitas hi erūt sine dubio beati in pñti in spe: z in futuro in re. Est tamē vna alia lex que nō est ppria dñi: sed q sequiī eā trāsgredif oēm dñi legē. Et de hac ait apls Ro. vij. Uideo aliā legem in mēbris meis repugnātem legi mētis mee. s. rationis z captiuum me ducentem in lege peccati. Ista lex dr fomes z lex mēbrox. i. cōcupiscentia nobis innata: inclinatio vcz ad malū z ad delectabilia sensuum: etiam que sunt cōtra rōnē. Pro cui⁹ declaratione dicit Tho. j. ij. q. xcij. ar. vlt. q lex essentialiter inuenitur in regulante z mēsurāte: participatiue aūt in eo qd regulatur z mēsuratur: ita q omnis inclinatio q inuenitur in his q subiecta sunt legi participatiue dr lex. Sub deo igitur legislatore diuerse creature diuersas habēt inclinationes naturales: ita qd vni est quodāmodo lex: alteri sit cōtra legez. Ut si dicamus: q esse furibūdum est lex canis: est aūt cōtra legē ouis vel alterius aialis māsueti. Est igitur hoi lex quā sortitur ex ordinatione diuina fm ppriam cōditionē vt fm rōnē operef̄: que quidē lex fuit tam valida in primo statu vt nihil vel preter rōnem: vel cōtra rōnē posset surripere hoi. Sed dū hō a deo recessit incurrit in hoc qd feratur fm impetū sensualitatis: z vnicuiq; etiā particulariter hoc cōtingit quāto magis a rōne recesserit: vt sic quodāmodo bestijs assimiletur que sensualitatis impetu feruntur. Fm illud Ps. Homo cū in honore esset nō intel. cōpara. est iumē. z. Sic igitur ipsa sensualitatis inclinatio que fomes dicitur in alijs aialibus simplr habet rōnē legis: illo tamē mō quo in talib⁹ pōt lex dici fm directā inclinationē. In hoibus tñ fm hoc hz nō rōnem legis: sed magis est deuiatio a lege rōnis. Sed inquātum q diuinā iustitiam hō destituitur originali iustitia z vigore rōnis: impetus sensualitatis qui eū ducit hz rōnē legis inquātum est penalis: z ex lege diuina cōsequens hoiem destitutū ppria dignitate. Sicut si aliquis dñs ponēs subditos suos in diuersis statibus seu officijs ciuilibus statuens legem quam debeāt seruare: z ordinans q si aliquis ab illa deficiat: transeat ad alium statum viliorem: puta de statu militū vel mercatorū ad rusticorū statum vel seruorum. Miles ergo recedens a lege ppria: q transeat ad statū seruorum ex lege est ordinationis illius dominī.

De lege politicali seculari.

Ps. xlviij.

Fomitis natio exponitur.

¶ De actibus z proprietatibus z vtilitatibus legis. Cap. ij.

ATtendite populе meus legem meā: inclinate aurē vestram in verba oris mei. Ps. lxxvij. Congruēter dñs inuitans ad obseruationē legis populū vocat. Non em̄ ppie datur lex nisi populo: quē Tul. in lib. de rep. z Aug. lib. ij. de ciui. dei. c. xxj. z lib. xix. c. xxj. diffinit esse cetum multitudinis iuris cōsensu z vtilitatis cōione sociatum. Unde Abrahe non fuit data lex a dño nec Isaac vel Jacob: sed aliqua precepta domestica: vt de circūcisione: quia nō adhuc creuerat in populum. Sed multiplicatis eorum filijs z descendentibus ingentem copiosam: et liberatis a seruitute Pharaonis: quia seruis non congruit lex: data fuit a deo per Moysen populo Judeorum: q erat pplс dei: sed nūc populus dei est populus Christianus: cui cōgruit oīs lex iusta que dei est bene intellecta. Et ideo attendite. Ubi tria possunt notari in ipsis verbis de lege dei quacunq;.

¶ Qđ est diligenter intuenda. ibi. Attēdite populе meus.

¶ Qđ est reuerenter suscipienda. ibi. Legem meam.

¶ Qđ est cōgruenter adimplenda. ibi. Inclinate aurem z.

§. I. Quantum ad primum dicit.

Attendite. i. diligenter considerate. Clerus debet attendere vt possit sine erroe alios docere. Dicit enim Mala. ij. Labia sacerdotis custodiunt scientiam: z legem requirunt ex ore eius scilicet populi. Ñi Hiero. ad Paulinum. Sacerdotis officium est interrogatum de lege rīdere. Non inquit de Poesi vel Philosophia vel Rhetorica: sed de lege: z ideo attendite. Populi aūt seu laici debent attendere cum docentur vt intelligant et mente retineant: sicut de populo antiquo legitur Neemie. viij. quod Esdras sacerdos legit in libro legis domini aperte: de mane vsq; ad vesperam in conspectu virorum z mulierum et sapiētum et aures omnis populi erant erecte ad librum: z Leuite silētiū faciebant in populo ad audiendam legem: et legerūt in libro legis dei distincte z aperte. Ergo et vos ipsi.

¶ Attendite ad legis quidditatem.

¶ Attendite ad eius actualitatem.

¶ Attendite ad eius effectualitatem.

Quantū ad primū. s. quid sit lex in cōmuni. Beat⁹ Tho. j. ij. q. xc. sic diffinit. Lex est quedā ordinatio rationis ad bonum commune ab eo qui curā habet communitatis promulgata. Ubi ponuntur quatuor conditiones legis.

¶ Quod lex est rationis practice ordinatio.

¶ Quod est boni cōmunis procuratio.

¶ Quod est populi vel principis constitutio.

¶ Quod de eius ratione est promulgatio.

Qđ lex est rationis practice ad actiones ordinatio probaī nois interpretatiōe: diffinitione: z auctoritate. Dicit enim Isid. quod lex dicitur a legendo: quia scripta est: vel dicitur a ligando: q ligat id est obligat preceptis affirmatiuis ad agendū: negatiuis ad cauendū. Uel dicit lex ab eligēdo scđm Aug. q debet q̄libet eligere viuere scđm legē. Isti aūt actus. s. eligere: legere: et ligare: sunt actus rōnis. Probatur hoc idem ratione vel diffinitione sic. Lex est quedam mensura directiua humanorum actuum: secūdū quā inducit homo ad aliquid agēdū: vel retrahit ab agēdo. s. mala. Regula aūt prima humanorū actuum est ratio: que est primum principium humanorū actuū. Rationis est ordinare ad finē qui est primum principium in agendis. In vnoquoq; autem genere id qđ est principium seu primum est regula z mēsura aliorū illius generis. Et sic ptz q lex pertinet ad rationē. Tertio probatur auctoritate legis canonice z ciuilis. Nam Isid. dicit in lib. Ety. dist. iij. ois. z. c. precedēn. qđ lex habet precipere z prohibere. Hi autem actus sunt actus rōnis. Juris etiā peritus dicit in lege qđ placuit principi habet legis vigorē: qđ intelligendum est cū voluntas eius rōne regula. Nam voluntas principis non regulata ratione: magis est iniquitas quam lex. Secundo de rōne legis est boni cōmunis intentio vel ordinatio. Nam lex ad bonum cōmune oīm tanquā ad finē ordinaī semper. vñ Isid. dicit q lex nullo priuato commodo: sed p cōmuni vtilitate ciuū debet esse conser ipta. dist. iij. erit autez. Ratio huius est scđm Tho. vbi. s. q primum principium in operatiuis est vltimus finis. Finis autē vltimus humane vite est felicitas seu beatitudo. Unde oportet q maxime respiciat ordinē qui est in beatitudine: cum sit lex regula directiua humanarum actionum. Rursus cum oīs pars ordinetur ad totum sicut imperfectum ad perfectum: vnus aūt homo sit pars cōmunitatis per-

Diffinitio legis.

Prima cōditio legis.

Secūda conditio legis.

fecte: necesse est q̄ lex respiciat ꝑprie ordinē ad cōmunem felicitatem. Quodcūq; aūt preceptum fiat ad aliquē de aliquo particulari opere intantū hz rationē legis inquātū ordinatur ad bonum cōe. Nā particularia opera nō ꝓnt referri ad bonum cōe cōitatē causę finalis: fm q̄ bonū cōmune dicit cōis finis. Et oīs quidē lex iusta dei est: z ad felicitatē ordinat: sed si fiat aliqua lex humana ob vtilitatē priuatā aliquorū sine ratione: nō erit ꝑprie lex. Tertio lex est populi vel principis cōstitutio. Unde dicit Isi do. v. Ety. q̄ lex est constitutio populi qua maiores natā simul cū plebibus aliquid sanxerūt. dist. ij c. j. Ratio huj⁹ est fm Tho. q: lex principaliter z ꝑprie ordinatur ad bonū cōmune. Ordinare autē ad bonū cōmune aliq̄d est principis vel toti⁹ multitudinis: z ideo cōdere legē pertinet ad totā multitudinē vel ad principem qui curā hz multitudinis. Nā intētio legislatoris est vt homines ad virtutes inducat z a vitijs retrahat. Sed persona priuata pōt quidē inducere monitiōe aut suasiōe bene dispositos: sed efficaciter inducere. s. per vim coactiuā metu penarū proteruos z male dispositos non pōt: nisi persona publica ad quā pertineat infligere. Et q: laici nullā iurisdictionē habēt super personas ecclesiasticas: ideo nullā legē condere possunt propria auctoritate de personis vel rebus earū. Unde dicit Nico. papa. Lege imperiali nō possunt ecclesiastica tura dissolui. distinc. x. lege. Quarto de ratione legis est promulgatio. Unde dicit Gratia. in decre. dist. iiij. in istis. q̄ leges instituūtur cum promulgātur. Cū huius est: q: ad hoc q̄ lex obliget: opz q̄ in notitiā deducat aliorum: hoc aūt fit per promulgationē. Et lex quidē naturalis promulgata est a deo: fm q̄ deus eam mētibus hominū inseruit naturaliter cognoscendā. Lex aūt exterior hūana promulgat quoad presens: verbo: sz in futurū: scripto. Unde legis promulgatio q̄ fit vero in futurū extēditur p scripture firmitatē: q̄ quodāmodo semper legē promulgat. Illi aūt cōrā quibus lex nō ꝓmulgatur: obligātur ad legē seruandā inquantū ad eorū notitiā deuenit vel deuenire potuit per alios promulgatiōe facta. Unde dicitur dist. xv. j. qđ dicitis: q̄ nō oportet q̄ singulorū auribus inculcet. s. lex. Attendite ergo populo meus legē meam: que habet omnes has cōditiones: z sic omnis lex illas debet habere vt vere sit lex.

Tertia conditio legis.

Quarta conditio legis.

§. II. Quātū ad secūdū scz actualitatē legis

sciendū scōm Isido. v. Ety. q̄ quadruplex est act⁹ legis. dicit enim. Omnis lex aut permittit aliquid: vt q̄ vir fortis petat premiū: aut petat vt sacrarū virginum nuptias nulli liceat appetere: aut punit vt qui cedē fecerit capite plectatur: eius eñ premio vel pena vita moderatur huma: diuina autē precepit vt diliges dominū deum tuū. dist. iij in decre. c. fi. Pro quorū declaratione dicit Tho. j. ij. qō. xciij. ar. ij. q̄ cū lex sit directiua humanorū actuū tres sunt differentie humanorū actuū. Quidam eñ sunt actus boni ex genere: vt sunt actus virtutū: z respectu horū ponitur actus legis precipere. Precipit enim lex omnes actus virtutū: vt dicit philosophus in. v. Ethi. Quidā alij actus sunt mali ex genere sicut sunt actus vitiorū: z respectu horuz ponitur act⁹ legis ꝓhibere. Quidā alij sunt indifferētes ex genere z respectu horū dicitur lex permittere. Possunt etiā dici indifferentes qui parū habent boni vel mali vt venialia. Oportet autē q̄ aliquid sit per q̄ inducat lex subditos vt ei obediatur. Hoc autem est timor pene: z respectu huius dicitur actus legis punitio. Non autē ponitur consiliū actus legis: q: cōsulere etiam spectat ad priuatā personā: cuius nō est cōdere legē. Quilibet enim pōt alteri cōsulere. Similiter premiare nō ponitur actus legis sicut punire: q: premiare potest quilibet: sed punire non pertinet nisi ad personā publicā que est minister legis cuius auctoritate pena infertur. Unde z Isi⁹. dicit in. v. Ety. Facte sunt leges vt earū metu humana coerceatur audacia: tutaq; sit inter improbos innocētia: vt in ipsis improbis formidato supplicio refrenetur audacia: z nocendi facultas. dist. iij. ca. j. Nota etiam q̄ permissio est triplex: vt dicit glos. super. c. omnis. dist. iij. Prima est qua permittitur quod nullo iure ꝓhibētur hz tamē aliquā apparētiā mali: vt cōtrahere scōm matrimoniū qō videtur signū libidinis: vt xxxj. q. j. hac ratione. Secūda est qua permittitur qō cōtra cōstitutiones humanas indulgetur: vt cōtrahere in gradu matrimonio prohibito: sed cū dispēsatione: vt. xxxv. q. iij. quedā. Et hec est vera z absoluta permissio. Tertia est qua pmittitur minus malum vt vitetur maius: permittitur. i. non punitur. Et sic permisit deus dari libellū repudij vt vitaretur vxoricidium. dist. vj §. officiū. z dicitur hec cōparatiua permissio. Attēdite ergo ad actus legis. Ad precepta vt obseruetis. Leui. xx. Custodite precepta mea z facite ea. Mat. xix. Si vis ad vitā ingredi serua mādata. Attendite ad prohibita vt euitetis. Prouerb. j. Prohibe pedem tuū. i. affectū a semitis eius. s. pcti. Qō se ostēdit ꝑ. s. facisse di. Ab oī via mala. i. ope ꝓhibui pedes meos. i. affectus. Attēdite ad pmissa mala ne erretis: putātes esse licita: q: pmissa. vñ saluator Mat. xix. z Mar. x. ait Judeis: Moyses ob duritiam cordis vr pmisit vobis dare libellū repudij: qō tñ erat illicitū. s. cōtrahere cū alia postea. Et decretalis dicit. Multa p patiētiā toleramus: que si in iudiciū ducerent: exigēte iustitia dānarentur. extra de ꝑbē. cū tā dudū. Attēdite ad penalia vt euitent: nō trāsgrediendo legē vt tolerent faciēdo cōtra legē. Pene eñ sunt medicine ait ꝑ. Medicina aūt etsi displiceat patiēter sumit ꝓpter sanitatē que sequit. Nō tñ tenetur quis ad penas legū luendas nisi postq̄ ad eas fuerit adiudicatus fm Tho. z Ray.

Lex ē directiua hūanorū actuum.

Triplex est pmissio.

§. III. Quātū ad tertiū scz de effectu legis

Sciēdū fm Tho. j. ij. q. xcij. art. j. q̄ effect⁹ finalis legis est hoies facere bonos. Dicit eñ ꝑ. ij. Eth. q̄ intentio cuiuslibet legislatoris est hoies facere bonos z virtuosos. Et hoc vel simplr vel fm qđ: qō sic declarat. Lex nihil est aliud q̄z dictamen rōnis in ꝓsidēte quo subditi gubernant. Sicut videm⁹ q̄ virtus cōcupiscibilis z irascibilis in hoc cōsistūt q̄ sint bene obediētes rōni. Et p hūc modū virt⁹ cuiuslibet subditi est vt bene subijciat principanti: vt dicit ꝑ. in. j. Politi. Et apls ad Rom. xiij. ait. Omis aīa potestatib⁹ sublimioribus subdita sit. Non est eñ potestas nisi a deo ꝛc. Ad hoc aūt ordinat vnaquęq; lex vt obediat ei a subditis. Ufi manifestū est qō hoc sit ꝓpriū legis inducere subiectos ad ꝓpriā virtutē eorū. Cum aūt virtus sit q̄ bonū facit habētē: z opus eius bonū reddit: sequit q̄ eius effectus est facere bonos eos quib⁹ dat vel simplr vel fm quid. Nā si intētio ferentis legē tēdat in verū bonū: qō est bōnū cōe regulatū fm diuinā iustitiā: sequitur q̄ p talē legē fiūt hoies boni simplr sicut per legem diuinā vel canonicā. Si aūt intētio legislatoris ferat ad id qō nō est bonū simplr: sed vtile sibi vel delectabile: faciet hoies bonos fm quid. i. in ordine ad tale regnū: sicut leges seculares antiquorū infidelium mortales: faciebāt obseruātes bonos bonitate z felicitate terrena. s. cuiusdam pacifici victus. Et si quis arguat q̄ hoies sunt boni p virtutē: q: virt⁹ est que bonū facit habentē vt dictū est. Virtutē aūt facit de⁹ in hoie infundēdo: ergo nō p legē: sed p deū fit hō bonus. Rñdet fm Tho. q̄ cū sit duplex virt⁹ acquisita z infusa: ad vtrāq; aliq̄d operatur bonorum operū assuetudo: sed diuersimode. Nā virtutē acquisitā causat operū bonorū assuefactio: q: ex actib⁹ generant habit⁹ virtutis: sz acqsite. Ad virtutē aūt infusam disponit operum bonorū frequētatio: z eā ītā habitā cōseruat z promouet: nō aūt causat sed deus gra sua. Differt eñ virtus infusa q̄ est bona qualitas mētis qua recte viuit quā de⁹ in nobis sine nobis operat. s. principaliter: sed non sine nobis cooperātibus seu cōsentiētib⁹. Et q: lex dat ad hoc vt dirigat actus humanos. inquātū actus humani operant ad virtutē: intantum facit hoies bonos. Ufi ꝑ. ij. Politic. dicit q̄ legislatores assuefacientes faciunt bonos. Nec semp aliquis obedit legi ex perfecta bonitate virtutis: sed qñq; ex timore pene: qñq; ex quodā dictamine rōnis q̄ est quoddā principiū virtutis. Est etiā impossibile fm Tho. q̄ bonū cōe ciuitatis bñ se habeat: nisi ciues sint virtuosi: ad min⁹ illi quibus cōuenit principari. Ufi z Isidorus dist. ix. c. ij. dicit. Justū est principē obtēperare legib⁹ suis Tūc aūt iura sua ab alijs custodiēda existimet: quādo z ipse prim⁹ eis reuerentiā ꝓhebet. Ufi pp̄s dei antiquus: dū habuit bonos iudices z reges et principes sacerdotū pp̄s se bene habuit in moribus et in felicitate terrena. Quando habuit malos reges: qō ꝑ maiorē partē fuit: pp̄s ad idololatriā et in multa mala lapsus est: z propter hoc in diuersas captiuitates ductus: z demū per orbē dispersus. Sufficit autē ad bonū cōmunitatis q̄ alij. s. subditi intantum sint subditi q̄ principum mandatis obediāt quantum ad ciuitatem terrenā. Sed ad ciuitatem supernam consequendam ad quam ordinat lex dei: oportet qō ex amore legem obseruēt. Qui enim ex timore facit preceptum scz legis: etsi bonū est quod facit: non tamen bene facit id est virtuose. extra de reg. iur. qui ex timore.

Virt⁹ duplex notatur.

Notāda sentēta.

§. IIII. Secūdū principale notā

dum est: q̄ lex est reuerenter suscipiēda cum dicit: legem meam. Esa. xxxiij. Dominus iudex noster. Dominus legifer noster. Dominus rex noster. Et q: vt dicit Job. xxxvj. Nullus similis ei in legislatoribus. Tanto eius lex cū maiori reuerentia est suscipiēda:

Psal. ccxiij.

da: quãto maior est in potentia z sapientia z bonitate ferẽs eã. Cũ nullus sit deo appropinquans: nedum similis: ideo reuerẽter lex eius suscipiẽda est. Unde dicitur Esa. j. Auribus percipite legem dei vestri populus Gomorre. Et Job. xxij. Suscipe legem ex ore eius. s. dei. Jdeo autem reuerenter.

¶ Propter eius eximiam auctoritatem.

Lex dei suscipienda est propter tria

¶ Propter eius miram veritatem.

¶ Propter eius nimiam vtilitatem.

Quãtũ ad primũ. Attẽdite populeme⁹ legẽ meã: propter meã auctoritatẽ: que tãta est vt oĩa mea potẽtia creata sint: mea sapientia gubernẽtur: mea iustitia oĩa defectuosa corrigant. vnde Leui. xviij. dicit. Ego dñs deus vester custodite leges meas. q. d. ideo debitis z suscipere z seruare leges meas: qz dñs sum absolute: et vniuersalis dñs oĩm et potestatem habeo super oĩa. Dñs enim nomẽ est potestatis: ait Amb. Et dicit dñs quasi dominas. s. penarũ trãsgressoribꝰ legũ mearuz. Cũ dicit. ij. Mach. iiij. In leges diuinas impie agere nõ impune cedit. Propterea cũ primo dedit legem scriptã in mõte Sina: apparuit mons fumigãs: et tonitrua emittẽs z coruscationes: ita q ppls exterritus diceret. Non loquat nobis dñs: ne forte moriamur. Exo. xx. vt visa auctoritate z potestate datoris legis. s. dei attẽderet z ob seruaret eã. Quãtũ ad scõm est suscipienda ipsa lex reuerenter ppter eius mirã veritatẽ. Dicit ꝓpterea lex veritatis ẽm illud Wala. ij. Lex veritatis fuit in ore eius. Sicut in doctrinis hoim reperiũtur plures falsitates: vt ptz in doctrinis phorũ: qz vt ait Pẽ. cxv. Omis hõ mẽdax. Nulla aũt falsitas reperiri põt in doctrina dei. s. sacre scripture: sed ois ẽ vitas. Jo. xvij. Sermo tuus veritas est. Jta in legibus hoim reperiunt aliqñ falsitates et iniustitie: propter qõ dicit Hiere. x. Leges populorum vane sunt id est falsę z inutiles. Nam si vere z iuste sunt: leges dei sunt. Cũ ipsa dei sapientia ait Prouer. viij. Per me legũ conditores iusta decernunt. Sz lex dei ois veritissima et iustissima est: z ideo dz cũ omni reuerentia suscipi z audiri. Nam vt dicit Lactantius in li. Instit. Nullus suauior anime cibus qz veritas. Et si quis obij ceret qõ lex dei videtur continere falsitatẽ: qz promittebat multa bona temporalia seruantibus eã: et tamẽ multi obseruatores eius vt Tobias: Esaias: Hieremias z alij habuerũt multa aduersa z indigentias. Rñ. Tho. j. ij. q. xcix. ar. vlt. q illa temporalia promissa sunt obseruatoribus legis: nõ vt principalis remuneratio: in quibus affectu inhererent: sed tãquã imperfectis vt per ea manuducerentur ad obseruationem legis. Sicut pueri ad obseruationem eorũ que imponuntur eis: inducuntur quibusdam munusculis. Et secũdum hist oriã veteris testamenti: communis status populi cum sub lege fuit: qz diu legem seruauit in ꝓsperitate fuit. Declinans autem ab obseruatione legis multa aduersa incurrit. Alique tñ persone particulares legẽ obseruãtes in aliquas aduersitates incidebãt: vel qz iã erant spũales effectu: vt per hoc magis ab effectu tẽporalium abstraherentur: et earũ virtus probata redderetur: vel quia opera legis exterius explentes aliq̃ cor in tẽporalibus defectũ habebãt. Quãtum ad tertiũ. Lex est suscipienda z implenda ppter eius vtilitatẽ. Ex nulla eñ lege homo cõsequit tantum fructũ sicut ex lege dei si obseruet. Qõ intelligẽs Pẽ. cxviij. ait. Portio mea domine: dixi custodire legẽ tuam. q. d. Jsta est pars quam elegit ex omnibus bonis que ponuntur ante me de bonis mundi tãquã meliorem seruare legẽ dñi. Nã vitia primo habet manifestare: vt sic possint caueri. apls ad Ro. vij. Nã cõcupiscentiam nesciebam. s. esse peccatũ: nisi lex diceret: non concupisces. Ubi Aug. Bona est ergo lex que dũ cõcupiscẽtiam phibet oĩe malũ prohibet. extra de cõsti. nã cõcupiscentiam. Quãuis eñ lex humana nõ phibeat oĩa peccata etiã exteriora: sed ea que magis habẽt tollere pacificũ conuictũ hominũ ad inuicem: vt furta: adulteria: homicidia et hmõi. Lex tñ naturalis z diuina oĩa vitia phibet. Secundo lex iuuat virtuosa exercitare. Unde Eccli. xlv. Dedit illi cor ad precepta: z legem vite z discipline. Lex dicitur vite. s. spũalis que constituit in virtutibꝰ. Dicit etiã lex discipline que importat morũ compositionẽ. Ad legez siquidẽ nature ptinet omne illud ad qd hõ inclinat scõm suam naturã. Inclinatur autẽ vnũqq̃z ad operationẽ sibi cõuenientẽ ẽm suã formã sicut ignis ad calefactiẽdũ. Cũ cuza nima rationalis sit ppria forma hominis: naturalis inclinatio cuiuslibet hois est operari scõm rõnem z hoc est agere ẽm ꝟtutẽ. Cũ oẽs actus virtutũ sunt de lege naturali. Et propterea Damas. dicit in. iij. li. quod virtutes sunt naturales id est scõm inclinationẽ seu legem naturalẽ. Lex diuina certũ est qd de actibus virtuosis imperat: z omnis lex humana intantũ hz rõnẽ legis inquantũ est deriuata a lege naturali. Tertio lex facit pacẽ inter hoies cõseruare qõ multũ desiderat. Cũ dicit. ñ. Macha. j. Adaperiat dñs cor vestrũ in lege sua z in ꝓceptis suis z faciat pacẽ. q. d. Habẽdo voluntatẽ efficacẽ ad implendũ legẽ dei: inde sequitur pax. Finis omnis legis est dilectio: z pax est effectus dilectiõis. Qui eñ se diligũt pacẽ inter se habẽt. Unde apls ad Rom. xiij. Plenitudo legis est dilectio. Et qñ etiã seruãtur leges humane que prohibẽt iniurias proximorum: habetur pax inter eos. Quarto lex hz iustificare: z hoc ꝓcipue facit lex euãgelica. vnde ad Ro. viij. dicitur. Lex spũs vite in christo Jesu liberauit me a lege peccati z mortis. s. eterne. Et dicit Aug. in li. de spũ z litera: qd sicut lex factorũ. i. mosaica fuit scripta in tabulis lapideis ita lex fidei. i. euãgelica est scripta in cordibus fidelium. Et ipse idẽ dicit qd nõ est aliud lex dei scripta in cordibus fidelũ: nisi presentia spũssancti. i. gratia q̃ vtiqz hz iustificare. i. a pctõ emendare: z deo gratũ reddere: z ñter opera meritoria reddere. Sũt tamẽ in lege euãgelica verba scripta q̃ sunt dispositiua ad gratiã spũssancti z ad vsum gre eius pertinẽtia: vt q̃ pertinẽt ad diuinitatẽ vel humanitatẽ christi q̃ disponũt intellectũ ad fidẽ. Et q̃ pertinẽt ad cõtẽptũ mũdi vt vsus sacramentorũ: q̃ habẽt disponere ad gr̃am: z ista sunt vt secũdaria huius legis. Sz principalia in ea est gr̃a spũssancti in mẽte fidelũ infusa. Quinto lex hz in tentationibus vigorare. Pẽ. xxxvj. Lex dei eius in corde ipsi⁹. s. iusti: vt nõ supplãtabũtur gressus eius. Gressus hominis sunt opera eius: q̃ dicũtur supplãtari qñ decipitur in eis faciẽdo id qd hz speciẽ boni: sed est vere malũ. Sicut auaro apparet bonũ esse decipere proximũ: vt cõsequãt bonum vtile. s. lucri. Sed dũ quis attẽdit ad legẽ que ostẽdit hmõi esse mala: z lex doctrina est dei qui errare non potest: abstinet se ab his z tentationes vincit. Unde z christus cũ fuit tentatus a diabolo in deserto: cũ auctoritatibus legis pugnauit: respondẽs tẽtatori. Scriptũ est. s. in lege Deut. viij. Nõ in solo pane viuit homo: sed in omni verbo ꝛc. cõtra vitiũ gule. Et Deut. vj. Non tẽtabis dominũ deũ tuum: cõtra superbiã seu inanẽ gloriã. Et iterũ. Dominũ deum tuũ adorabis ꝛc. cõtra auaritiã. Hec omnia scripta sunt in lege dei. Et sic nõ fuit supplãtatus: sed diabolum ipse supplantauit z vicit. Sexto lex terrena multiplicare facit. Unde dicit Moyses Deut. xxviij. Si audieris vocẽ domini dei tui sz in lege sua loquentis: vt facias atqz custodias omnia mandata eius: que ego precipio tibi hodie: faciet te dominus deus tuus excelsiorẽ cunctis gentibus que versantur in terra. Uenientqz super te vniuerse benedictiones iste: z apprehendent te: que pertinent ad temporalia. Benedictus eris in ciuitate: benedictus in agro ꝛc. ibi vide. Et per cõtrariũ immediate superius dicit. Maledictus omnis qui nõ permãserit in sermonibus legis hui⁹. Et ponũtur ibi determinate multe maledictiões cõtra transgressores legis. Jnfirmi enim z imperfecti per tẽporalia manuducunt ad spiritualia opera. Septimo legis obseruatio facit celestia penetrare ad possidendũ. Jaco. j. Qui autem perspexerit in lege perfecte libertatis scilicet euangelica z permãserit in ea non auditor obliuiosus factus: sed factor operis: hic beatus in facto suo erit. Attendite ergo populemeus legem meam.

Lex dei suscipienda est propter eꝰ ꝟitatẽ lex est reuerenter suscipienda.

Propter eꝰ vtilitatẽ.

Lex est implẽda ppter eꝰ vtilitatẽ.

Lex iuuat exercere ꝟtuosa.

Wat. iiij.

Lex ad celestia pducit.

§. V. Quantũ ad tertium princi

pale lex est congruenter adimplenda. Unde subdit. Inclinate aurẽ vestrã in verba oris mei. Jnclinate aurẽ in verba legis: non est aliud qz implere z seruare legem. De aure enim cordis loquitur id est voluntas. Uolũtas enim cum est: efficax est: que mouet ad operandũ z seruandũ legẽ. Et ad istũ intellectũ dicitur Prouer. xxviij. Qui declinat aurẽ suam ne audiat legem: oratio eius erit execrabilis. Declinare aurem: nõ audire: est non obedire: et talis non meretur audiri in orationibus suis. Jnclinate ergo aurẽ vestrã in verba oris mei: nõ expectate tẽpus ad faciendum vt ait pẽ. Tẽpus faciẽdi dñe dissipauerunt legẽ tuã. i. propter tẽpus qõ expectant homines ad faciendũ se habere: dissipant legem contrafaciendo: sed nunc inclinate aurem vestraz. Et vt cõgrue seruetis inclinate aurem vestram tripliciter.

Inclinare aurem quid est.

Psalm. cxviij.

¶ Ut impleatis integraliter.

¶ Ut obediatis intentionaliter.

¶ Ut agatis constantionaliter.

Quantũ ad primum dicit Jac. in cano. sua. c. ij. Qui totã legem seruauerit: offendat aũt in vno. s. ꝓcepto legis: factus est omnũ reus. i. ita dãnabitur sicut si omnia precepta legis fuisset trãgressus. Non qz tantam penam patiatur: cũ quelibet transgressio habeat debitum sue grauitatis pene: sed ita vnius trãsgressio pre-

Lex implẽda est integraliter.

cepti legis est sufficiēs ad incurrēdū penā infernalē: sicut transgressio totī legis: z hoc nisi quis priam agat qđ diligēter ꝑs. ostēdebat se facere dicēs. Exit⁹ aquarū dederunt oculi mei. i. abūdātia lachrymarū ex cōtritione ꝓcedētē: q nō custodierūt legē tuā: sensus mei vel etiā primi mei. Uñ z Christ⁹ ait. Mat. v. Iota vnū aut vn⁹ apex nō ꝓteribit a lege donec oīa fiant. Sicut eñ de cerimonialib⁹ que erāt in figurā Christi z ecclesie: nihil ꝓterijt qđ nō sit impletū ita z de moralib⁹: nec quoad maiora ꝓcepta quoz quodlibet tota dici pōt. nec minora que apices dicunt vnū ꝓtermittere dz: qđ nō soluet qui voluerit esse. Unde sequitur. Qui soluerit vnū de mādatis istis minimis. i. cōtrafecerit z docuerit sic hoies. i. ꝑdicauerit als bona: z ipse in vno ꝓcepto deficiat nō seruādo: minim⁹ vocabitur in regno celoz̄. i. nullus: q nō intrabit illuc. Inclinate ergo aurē vestrā ꝛc. in verba. s. singula legis nō aliquo vt oīa seruetis ad plenū. Secundo debet legi obediri intētionaliter. i. ſm intētionē legislatoris nō ſm verba tm̄. vnde dicit regu. iur. Certū est qđ is cōmittit in legem qui verba legis amplectēs cōtra legis nititur volūtatem. de reg. iur. lib. vj. Ad qđ etiā facit qđ Greg. in moral. ait. s. q non intētio verbis: sed verba debēt deseruire intentioni. xxij. q. v. humane. Qđ etiā not. pōs in lib. Ethi. q magis attendendum est ad intentionem instituentis aliquam legem q̄ ad verba legis. Modo ad propositū. Precepit dñs in aliqua lege aliqua ad tempus seruāda: ſm literam que erant in figurā futuroz̄: vt omnia cerimonialia quouscz ipsa figurata exhiberent in veritate. vnde Apls ad Hebr. x. ait. Umbrā habens lex futuroz̄ bonoz̄. Cum ergo implete sunt ille figure: nō debēt illa seruari ſm literā: cum sit contra intentionē legislatoris: sed ſm spūm. Et propterea dicit Apls. ij. ad Cor. iij. Litera occidit: spūs autem viuificat. i. legem intelligendo z seruādo ſm literā occidit animā: sed seruata ſm spūalem intellectū dat vitā anime. verbi gratia. Mandauit dñs in lege circūcisionē puis tñ patribus datā: que figurabat baptismū habētē virtutē ex Christi passione. Jam christus aduenit: passionē sustinuit: z baptismū instituit. Unde non debet illud ꝓceptum seruari nūc ad literā: et quo impleta est figura illa. Hoc enim mortale esset: quia. s. contra intētionē legislatoris. vnde z cōtra legē: sed debet seruari spūaliter a supfluis z vitijs se abstinēdo. Precepit dñs in lege populo ne comederet porcinas carnes ad figurandum qđ populus suus futurus. s. populus christianus debebat se permaxime abstinere a moribus porcinis. i. luxuriosis. Jam est in actu populus christianus: qui quo ad bonos se abstinet a luxurijs. Unde nō debet illud ꝓceptum modo ſm literam seruari: quia esset mortale: sed ſm spm̄ semper: qm̄ hoc intendit legislator. s. abstinere se a vitio luxurie. Sic etiā ꝓceptum est legis nature: quecūcz vultis vt faciant vobis homines z vos facite illis. Hoc enim est lex z prophete. i. in hoc cōsistit. Si quis ergo velit sibi dari centum florenos sine aliquo debito iustitie vel causa rationabili cum non egeret: nunquid et ipse debet hoc facere proximo: quia vult ipse sibi hoc fieri. Certe non intelligit hoc legislator scz deus: sed de voluntate rationabili: quod quis rationabiliter vult sibi fieri: debet alteri facere si potest. Item in lege euangelica Christus dicit. Si quis te percusserit in dexteram maxillam: prebe ei z alteram. Matth. v. Qui hoc indifferenter faceret cuicūcz non bene faceret: quia daret illi occasionem augendi peccatum iterum percutiendo. Non ergo hoc intellexit Christus lator legis huius: quia nec ipse hoc fecit cum minister Anne pontificis ei alapam dedit: sed eum redarguit. Jo. xviij. Sed vult dicere q percussus quilibet ita patienter ferat iniuriam sibi factam: q etiam si maiorem sibi vellet facere iniuriam paratus sit equanimiter tolerare. Ita exponit Augu. xxiij. q. j. paratus. Item lex diuina z canonica prohibet recipi pro pecunia mutuata aliquid vltra sortem. Si igit quis non det pecuniam sed operam sue persone pro mutuo contra intētionē legis facit z cōmittit vsuram: quia opera illa pretio estimari possunt. xiiij. q. iij. plerīq. Item lex ciuilis mandat furem z alios malefactores capi z puniri. Nunquid ergo capiet iudex laicus clericum furem: vel als malefactorem? Certe nō: quia esset excommunicatus. extra de senten. excō. vt fame. Intēdit enim legislator de subditis foro ciuili: non de clericis. Sic ergo in lege quācūcz inclinate aurem vestram in verba: id est non ad verba prout sonant exterius: sed in verba: id est intellectum verborum legis: quid scilicet intendit legislator. Tertio lex est implenda constanter: vt scz propter timorē penarum non declinet quis ab ea. Unde de sanctis canit ecclesia. Iste sanctus pro lege dei sui certauit vsqz ad mortem: et a verbis impiorum non timuit. Sic legimus de castissima Susanna q cū inuitaret ad opus nefariū sub cōminatione accusationis de adulterio: z per consequēs mortis: subdito respōdit. Mel⁹ est mihi incidere in manus hominū absqz opere q̄ delinquere legez dei mei. Si eñ hoc egero mors mihi est ꝛc. Dan. xiij. Similiter Eleazarus antiquus voluit potius durā mortē sustinere q̄ trāsgredi vnum mandatum legis dei: scilicet comedere carnes porcinas: dicens. Adolescentibus exemplū forte relinquā si ꝓpto animo ac fortiter pro grauissimis ac sanctissimis legibus honesta morte perfungar. ij. Machab. vj. Sed et septē fratres Machabei cum matre sua sustinuerunt cōstantissime multa grauia supplicioz̄ genera: z demum mortem potius vellent quā legem dei transgredi. Unde z primus eorum ad tormenta ductus dixit. Parati sumus magis mori q̄ patrias dei leges preuaricari. Et mater eorum eos exhortando ad constantiam martyrij dicebat. Mundi creator qui formauit hominis natiuitatem quicqz omnium inuenit originē et spiritum vobis iterum reddet z vitam cum misericordia: sicut nunc vosmet ipsos despicitis propter dei leges. q̄. Mach. vij. Sic in nouissimo testamento innumeri martyres pro obseruatione legis euangelice mortem sustinuerunt.

Ps. xxiij. — Tob. iij. Mat. vij. — Legi obediēdū est intentionaliter. — Lex implēda est cōstāter.

Titulus. XII. De lege eterna.

¶ Qō legi eterne omnia subijciuntur: et quomodo debemus conformari volūtati diuine. Capitulū. vnicum.

Lex eterna scōm Tho. j. ij. q xciij. arti. j. non est aliud q̄ ratio diuine sapientie ſm q̄ est directiua omnium actuum z motionum. Et quia diuina ratio nil concipit ex tempore: sed habet eternum conceptum: ideo dicitur lex eterna. Deus enim sicut per sapientiam suam est cōditor vniuersarū naturarum ad quas comparatur: sicut artifex ad artificiata: ita est gubernator omnium actuum z motionum que inueniuntur in singulis creaturis. Unde sicut ratio diuine sapiētie inquātum per eam cūcta sunt creata hz rōnē artis vel exēplaris vel idee: ita rō diuine sapientie mouētis oīa ad debitū finē: seu ipsa rō gubernatiōis rerum in deo sicut in principe vniuersitatis existens cū mundus diuina ꝓuidentia regatur: obtinet vim legis: cum nihil aliud sit lex q̄ quoddam dictamen practice rationis in principe qui gubernat aliquā cōitatē pfecte. Est aūt ipsa lex eterna in trinitate deo que mūdū regit. Uñ de ipsa trinitate canit eccl'sia. Qui scilz deus trinitas totū subdit suis oībē legibus. In ipso deo vna est lex: vt dictū est. in creaturis tot sunt quot sunt species creaturarū: quibus singulis indidit diuersas inclinationes in suos debitos fines: que inclinationes leges in ipsis creaturis dicūtur. Et quāuis ipsa lex eterna attribuatur per appropriationē filio ſm Tho. vbi. s. tamē ſm Alexā. in. iij. parte. q. xij. pōt attribui scōm cōditiones legis varias z alijs pſonis. Tria eñ cōcurrūt ad legem: scilz auctoritas: veritas: z bonitas: z scōm hoc oportet q̄ lex habeat principiū: formā z finē. Rōne principij debet legi auctoritas: q nō pōt esse principiū legis: nisi habens auctoritatē. Rōne forme debet legi veritas: q nūq̄ ferē sine rōne recta: scz si sit propie lex. nā iniusta nō est lex. Rōne finis debetur legi bonitas: q lex nō ordinat nisi ad bonū. Si ergo respiciamus in lege eterna auctoritatem: sic appropriat persone patris rōne potestatis. Si respiciamus in ipsa lege eterna veritatem: sic appropriatur filio scōm rōnem formalē sapientie. Si attēdamus bonitatem legis: sic appropriatur spiritui sancto. Hec Alex. de Hal.

Lex eterna est rō diuine sapientie.

Tria cō currūt ad legē.

§. I. De lege eterna potest intelligi illud ps. j. quod dicit de iusto. In lege dñi fuit vol. eius: z in lege eius medit. die ac nocte. Dicit Aug. qđ peccatum non est aliud nisi dictum vel factū vel cōcupitū contra legem eternam. Et sub his cōprehendit scōm Tho. oīs excessus siue locutiōis actionis z desiderij cōtra rōnē. Quia ergo iustus summam diligentiā habet vt caueat a peccatis: ideo affectus eius est ad legem eternam id est voluntatem dei vt impleat: intellectus vt intelligat. Uñ in lege dñi fuit volūtas ꝛc. Ubi tria possunt notari.

¶ Qō est vniuersalis: et ideo mundus totus ea regulatur: ibi. In lege domini.

¶ Qō est perfectionalis: z ideo affectus bonus ei conformatur: ibi. Fuit voluntas eius

¶ Qō est rationalis: z ideo intellectus rectus eam speculatur: ibi. Et in lege eius meditabitur die ac nocte.

§. II. Quantum ad primū. Sciē

Lex eterna est vniuersalis.

dū q̄ nullus homo quātūcūq̄ habuit dominiū latū ⁊ lōgū potuit vel pōt dici absolute dñs: sed fm q̄d. Nā etsi Octauianus primꝰ Imperator post Cesar fecit describi vniuersum orbē terrarū tāq̄ dñs terre. nūq̄d dñium habuit aquarū ⁊ aliorū elemētorū: aut celorū aut angelorū: aut etiā oīm brutorū? Certe non. Fuit ergo dñs nō simpliciter oīm: sed hoīm qui versabātur tūc in mūdo. Unde ⁊ illis legē dare valebat: nec tñ quo ad oīa: non aūt aliis rebꝰ sibi nō subditis. Absolute et simplr dñs est deus: oībus dominās creaturis. Unde sctūs Mardocheus in oratione sua dicebat. Dñe rex oīpotēs in dictione tua cūcta sunt posita: ⁊ nō est qui resistat voluntati tue ⁊c. Dñs vniuersorū tu es. Hester. xiij. Sicut ergo dominiū est vniuersale: ita ⁊ lex eius debet esse vniuersalis: ⁊ ipsa totus orbis regulatur: q; lex domini. Et q̄d legi eterne que nō differt a dei voluntate: realiter subiciantur ⁊ regulentur oīa: declaratur et ostenditur fm Tho. I. ij. q. xciij. Nam creature irrationales eterne legi subiciunt: inquantum sequūtur sine iudicio rōnis vel sensus: id q̄d eis impressum est a deo quasi mote ab alio scilicet deo ad suos fines ⁊ actus. Secundo creature rationales legi eterne subiciunt per notitiam diuini precepti: eo quod eis datū est intelligere quid debeāt agere vel cauere. Ipsa enim lex naturalis que est in hoīe: est quedam participatio legis eterne. Mali etiam subiciuntur legi eterne etsi imperfecte. s. necessitate coactionis: inquantum subiciuntur nō eius preceptioni: sed punitioni. s. inquantum mali puniuntur a deo: quod lex eterna dictat ⁊ imperat. Quarto boni subiciūtur perfecte: inquantum scilicet non coactione punitionis: sed voluntate obsecuttionis. s. voluntate obediendi deo: amore non timore se subiciant. Beati etiam ⁊ dānati subiciuntur legi eterne. Cuius rō est: quia sicut corpus graue mouet grauiter de loco ita eadē grauitate quiescit in loco. A simili sicut boni per legē eternam merentur beatitudinē ⁊ mali miseriā: ita per eādem legem beati in beatitudinem ⁊ mali in miseriam cōseruantur. Subiciuntur etiam legi eterne oīa creata siue necessaria siue contingentia: nō autem eterna. Et ratio huius est scōm Tho. vbi. s. Lex eterna est rō gubernationis: quecūq̄ ergo subiciuntur diuine gubernationi subduntur ⁊ legi eterne. Cū ergo oīa q̄ sunt in rebꝰ a deo creatis subdātur diuine gubernationi siue necessaria siue cōtingentia: nō aūt ea que pertinent ad diuinā essentiā vel naturā: vt persone diuine: vel voluntas dei vel bonitas dei ⁊ hmōi: ideo creata subduntur legi eterne: nō autē increata: sicut patet p exēplum in hoībus. Nā gubernationi hoīm subduntur que fiūt per hoīes: nō autē que pertinent ad naturā hoīm: vt q̄d habeat manus vel pedes. Unde ⁊ Aug. dicit. xix. de ci. dei. quod nullo modo aliq̄d legibꝰ summi creatoris ordinatoriq̄. s. creatum subtrahit a quo pax vniuersitatis administrat. Nec obstat q̄d ait apls di. ad Ro. viij. Prudentia carnis inimica est deo: neque enī legi eius subiecta est. Nā scōm Thom. vbi. s. etsi subiici nō possit prudentia carnis legi eterne ex parte actionis: q; inclinat ad actiones cōtrarias legi dei: tñ subiicitur legi dei ex parte passionis: q; meretur penā scōm legē diuine iustitie. Sciēdum etiā q; aliter est dicēdū de lege hoīm: aliter de lege dei. Nā homo rebus irrationabilibꝰ quātūcūq̄ ei subiciant nō pōt imponere legem: sed solū hoībus sibi subiectis: qbus hoibꝰ intātō potuit legē inquātū suo precepto vel denuntiatione imprimit mentibus eorū quādā regulā que est principiū agendi. Sicut autem homo denūtiādo imprimit hoī subiecto sibi quoddā principiū interꝰ actuū ita deꝰ imprimit toti nature principia actuū ,pprioꝝ. Et ideo p hūc modū dicit deus pcipere toti nature. fm illud Pſ. Preceptū posuit ⁊ nō pteribit. s. in rōnabilibꝰ creaturis. Et per hanc etiā rōnē oēs motꝰ ⁊ actiones totius nature legi eterne subdūtur. Alio mō ergo subdūtur legi eterne creature irrationales q̄ rōnales: inquātū. s. irrationales mouent a diuina ꝓuidentia nō aūt per intellectū diuini ꝓcepti vt rōnales. Et ipsa impressio principij actiui intrinseci quātū ad res naturales est promulgatio legis eterne in eis. Defectus etiā qui accidūt in rebus naturalibꝰ: q̄buis sint pter rōnē causarū particularū: non tñ sunt pter ordinē causarū vniuersaliū: ⁊ ꝓcipue cāe prime. i. dei cuiꝰ ꝓuidētia nihil pōt subterfugere: vñ ⁊ ipsa sudunt legi eterne. Oēs etiam leges inquantū participāt de ratiōe recta intātū deriuantur a lege eterna. Unde Aug. In tēporali lege nihil est iustum atq; legitimū q̄d nō ex eterna homines sibi deriuauerint. Et idem Aug. Lex eterna ita medio quodā loco posuit aliqua vt in eis vsurpandis merito reprehendat audacia: in exequendis iure laudet obedientia. Exponit exemplum Abrae: qui ex se volendo occidere filium pessime fecisset: sed ex voluntate dei iubentis hoc volendo optime fecisset. xxiij. q. v. lex.

Omnia legi eterne subiciuntur.

Quid sit lex eterna.

Lex dei differt a lege hominum.

Pſal. cxlviij.

§. III. Secundū q̄d notatur est q

affectus seu volūtas iusti cōformat se ad legem eternā. i. voluntatem diuinam q̄d quilibet facere debet. Dicit enī Aug. q; lex eterna est ratio summa in deo. i. voluntas rōnabilis cui semper obtēperādum est. s. cōformādo volūtatē nostrā sue. Dicit enim Arist. in sua Meta. q; primū in vnoquoq; gñe est regula et causa secundorū seu oīm illius gñis. Sicut primū in gñe caliditatis est ignis: ⁊ ipe est causa scōa oīm calidorū inquātū calida. Intā tū enim vnūquodq; est calidū inquātū participat naturā ignis. Prima igitur cā oīs rectitudinis est diuina voluntas: in qua est summa rectitudo: ⁊ intātum voluntas humana est recta inquantū participat rectitudinem diuine volūtatis: q̄d fit cōformādo se ei: tūc enī recta est. Tenemur autē esse recti: q; vt dicit Cañ. I. Recti diligūt te. s. deū. Ad dilectionē aūt obligamus que sine rectitudine esse nō pōt. Unī ⁊ glo. Dicit. Rectus est qui vult q̄d deus vult. Sciendū tñ q; cū dicit volūtas nra debet esse cōformis volūtati diuine: vt dicit Burā. in. I. sen. dis. vlt. non intelligitur hoc de conformitate voluntatis in quātū ad essentiam eiꝰ: vel esse. i. velle: sed quantū ad tēdentiā eius in obiectū. i. in volitū. Nā cū cōformitas importet quādā assimilationē vniꝰ rei ad alterā: vñ dicit cōformis quasi cōueniētia in vnā formā: nō pōt hoc intelligi de oīmoda assimilatione voluntatis nre vel nostri velle. q̄d actus ipsius volūtatis est cū volūtate dei: hoc enī impossibile est cū in infinitū distet: q; volūtas dei ⁊ velle eius est essentia eius: sed in nobis volūtas est quedā potētia: nō essentia aie: sed accidēs cōsequēs ipsam: ⁊ velle est actꝰ ipsius potētie: nō potentia nec essentia eius. Est aūt cōformitas proportionis inter voluntatē nostrā ⁊ dei in hoc. s. q; sicut deus vult libere q̄d vult: ita et volūtas nra: ⁊ sicut vult bonū: ita ⁊ volūtas nra naturaliter: sed hoc pertinet ad imaginē dei que naturaliter est in nobis. Conformitas ergo ista attēdit fm tēdētiā in obiectū. i. in volitū: put scz velle pertinet ad genꝰ motus. i. bene vel male. Et tūc ista conformitas volūtatis pōt attēdi fm quadruplex genꝰ causarū. s. efficiētis: finalis: formalis: ⁊ materialis. Et fm genus cause efficientis tenemur cōformare volūtatē nostrā volūtati dei q̄. s. tūc facimus q̄n volumꝰ id q̄d deus vult nos velle. Hoc enī ipse efficit in nobis. Unī apls ad Phil. ij. Ipse est qui operatur in nobis velle et perficere p bona voluntate. Et sic vno modo exponitur illud. I. ad Timo. ij. Deus vult oēs hoīes saluos fieri. i. istā volūtatē qua velimus oēs hoīes saluos fieri considerata solū naturaliter ipsorū ipe facit in nobis: ⁊ hoc vult nos velle. Scōm causam finalē debemꝰ etiā conformare voluntatē nostrā volūtati diuine. Et sic in lege dñi voluntas iusti vt. s. velit oīa propter bonū finem: q; est cōformare se in rōne volēdi. Quicq̄d enī vult deus vult ,pptер hunc finem scz propter bonū vniuersi: p q̄d manifestatur bonitas sua infinita: que est finis oīm. Et quilibet etiam quodcūq̄ vult dz velle sub rōne boni: nō tantū apparentis. i. ,pptер aliquē bonum finē. Illud aūt q̄d de se est malū nō potest ordinari ad finem qui propie dicatur bonꝰ: sicut furari ,pptер hūc finem vt quis inde faciat eleemosynā nō pōt ,ppie dici q; fiat ,pptер bonum finem. Debet ergo q̄s cōformare volūtatē suā diuine fm causam finalē: vt oīa faciat ,pptер aliquē bonū finem. fm illud. Oīa in gloriā dei facite. Unī Judei volentes passionē christi quam deus volebat: nō cōformabāt se volūtati dei: isz contrariebantur q; deus illam volebat ⁊ sancti hoc cupiebant propter hunc finem. s. ,pptер redemptionem nostram inquantum erat satisfactiua nostri debiti: nō aūt volebāt inquātū erat afflictiua innocētis christi. Sed Judei volebant eā propter hūc finē inquātū erat afflictiua innocentis christi: ⁊ satisfactiua passionis eorū ire ⁊ inuidie non inquantum erat nostri saluatiua vnde grauissime peccauerunt. Secundum causam formalem conformare voluntatem suam diuine est operari ex charitate seu habere charitatem. Sed rectus hō in lege dñi volūtas eius: vt. s. velit oīa ex charitate dei. Sed ad habēdū charitatē directe nō tenemur: q; hoc non est in potestate nra eā hre: dei enī est eā infundere sine meritis nris. fm illud ad Ro. v. Charitas dei diffusa est in cordibus nostris p spm̄. s. qui datus est nobis: sed indirecte tenemur adeā. Tenemur enim facere q̄d ex nobis est: vt charitatem: habeamus: puta orādo: ieiunādo: a petis cessando ⁊ huiusmodi ꝓque quis disponitur ad recipiendū. Exemplum de sole qui illuminat quātū de se nō ponētem obstaculum: sed se ponētem an-

Volūtas cuiusli- bet debet se confor- mare diuine vo- luntati.

Hic nota distinctio nem.

Confor- mitas vo luntatis attendit fm qua- drupler genus cause.

§. Cor. r.

Resolu- tio pul- cherria.

te eñ. Hec Tho. in. j. sen. dist. vlti. Et vt dicit Roman⁹ dist. ead. q; istud est preceptū affirmatiū. s. de ꝓparando ad habēdū charitatez obligat nō ad semp: sz ꝓ loco z tēpore: vtpote qñ cogitat ꝓcepta dei: beneficia: z hmōi. Determinare aūt tēpus hmōi obligationis. s. qñ teneamur vel qñ nō teneamur nō potest bene determinari. Ad faciendū aūt ex charitate que facimus tenemur cōditionaliter. s. si volumus mereri vitā eternā: q; sine charitate opus nostrū nō est meritoriū. Absolute nō tenemur ad hoc: q; si teneremur semp ex charitate agere semper peccarem⁹ faciēdo aliquid nō ex charitate. Et sic filius honorās patrē naturali pietate peccaret si nō haberet charitatē. Verū est q; ꝓ loco z tēpore tenetur q̄libet facere aliquid ex charitate: qđ tēpus non pōt facile determinari a nobis. Hec Rom. in. j. sen. di. vl. Scōm causam materialē cōformare voluntatē suā volūtati diuine est velle qđ deus vult. Sz vtrū teneamur cōformare volūtatē nostrā diuine in volito. Rñ. frater. Ro. super. j. sen. dist. vlti. q. vlti. dic. Hic nō queritur de volūtate sensualitatis q; illa nō fertur in bonum simpliciter sicut volūtas diuina: sed inconueniēs sibi. s. delectabile fm sensum. Vñ. fm istā volūtatē nō tenemur ꝓformare volūtatem nostrā diuine. Et fm hāc voluntatē christus nolebat pati ꝓpter qđ dixit di. Pater transeat a me calix iste ꝛc. Nec etiā volūtate naturali tenemur ad hoc: q; illa semper fertur in bonū nature: vt cōseruationē sui vel suorū. Et sic beata Maria volūtate naturali z sensuali nolebat filiū pati: qđ deus nolebat. vñ tristata est marime de morte eius ꝓpter qđ Symeō dixit de ea'. Tuā ipsi⁹ animā pertrāsibit gladi⁹. Luc. ij. Et ad crucē canit ecclesia. Flecte ramos arbor alta tensa lara viscera ꝛc. Nec etiā voluntate cōditionata: q; per illā bene possum⁹ velle aliud q̄ deus velit sub cōditione. s. si deo placet. Sicut Paulus volebat sibi stimulū auferri: ꝓpter qđ hoc postulabat z deus nolebat. vt ptz. ij. ad Cor. xij. Non eñ volebat illud apostolus nisi inquantū deo placeret. Unde hoc sibi reuelato: non amplius voluit sibi auferri.

Christus quō dicitur noluisse pati.

De volūtate deliberata. Opinio prima.

§. IIII. Sed queritur de volūta: te deliberata. Et circa hoc sunt due opiniones. Una est que distinguit volitū diuinū: q. s. aut cōgruit mihi illud velle z simpliciter debeo illud velle qđ deus vult dūmodo sciā q; deus velit. Si autem nō cōgruit mihi illud velle: tūc nō teneor velle qđ de⁹ vult: vt mortē meā vel dānationē. Ratio est fm ipsos: q; cum gra perficiat naturā nō destruat: nō teneor ꝓpter statū gratie velle aliqđ qđ sit cōtrariū nature mee vt mortē meam vel meorū. Ite natura non dictat q; velim dānationē meā nec etiā gratia hoc exigit vt hoc velim: ergo non teneor. Alia opinio q; volūtate absoluta z deliberata omnino teneor velle qđ deus vult: vel qđ scio deum velle. Et ad hoc dicendū mouet eos auctoritas: ratio z exēplū. Et auctoritas quidē habetur in glo. super Ps̄. Non adhesit mihi cor prauū: vbi dicitur q; cor prauū z distortū hz qui nō vult qđ deus vult. Et gloss. super illud. Rectos decet collaudatio. dicit. Recti sunt qui volūt qđ deus vult. Ratio que ad idē mouet est: q; si nō teneor velle qđ deus vult ergo possum velle contrariū: ergo potest mihi displicere qđ deus vult. Sed hoc est falsum: q; vt dicit Augu. Impius est cui displicet diuina prouidētia. Item nil iustū displicet iusto: fm Aug. de vera religiōe: sz esse volitū a deo est iustū: ergo ille cui tale volitū displicet est iniustus. Si ergo nō possum velle contrariū eius quod deus vult: ergo teneor velle esse quod vult. Ite quia scōm Tullū: amicoꝝ est idē velle z nolle: sed tenemur esse amici dei: ergo z velle quod vult ipse. Patet hoc etiā per exemplū: q; mala quē inferūtur corpori meo debeo acceptare ex quo deo placet. Sed nihil magis debeo diligere post animā q̄ corpus meum: ergo multo magis debeo acceptare que fiunt parentibus meis vt mortē eorū z huiusmodi. Nec isti dicunt q; debeā velle dānationē meam: sed q; debeā eaz velle fm q; deus eam vult. Deus aūt nō vult per se z simpliciter me dānari: sed si facto opera peccati vult me dānari: vnde vult ordinē iustitie qui est punitionis culpe per penā. Istū aūt ordinem iustitie teneor acceptare scilicet si peccauero puniar: q; aliter repugnarē ordini diuine iustitie: z sine dubio sic teneor velle quicquid scio deū velle si mihi congruit: fm omnes huiusmodi tentioni nō teneor alia ratiōe: nisi quia volūtas mea tenetur velle esse quod iustū est z bonū. Et si ista est ratio tentatiōis: vbicūq; est iustitia z bonitas: illud teneor velle. Nec obstat q; natura nō congruit: quia voluntas deliberata se prefert in eam que repugnat nature. i. volūtas fm rationē subijcit sibi volūtatem seu instinctum naturalē: vt cū homo ꝓpter virtutē se morti exponit. Tenetur tamē velle volūtate deliberata istū ordinē iustitie: quo

Allia opinio.

Ps̄. xxxij.

Ordo dilectiōis.

si in peccatis moritur dānat: q; hoc de⁹ vult: z nō dānationē per se nec; culpā. Tho. ad primā opinionē videt magis declinare tāquā durā. Secōam firmat Tho. dis. ea. Et de dānatione sua ꝓpria dicit q; ista positio est quasi impossibilis. s. q; alicui reueleť dānatio sua: sicut nec angelis. Vñ si cui fieret debet ille cui fieret estimare q; sit illusio diaboli. Quod si certificaretur q; reuelatio esset a deo: debet credere q; esset fm cōminationē nō secūdū prescietiā: vt illud Jone. iij. c. adhuc. xl. dies z Ninive subuertetur. Sed sciendū fm Tho. dist. ea. circa fi. q; motus voluntatis deliberate circa volitū diuinū aliter se habet in peccatoribꝰ z aliter in iustis viatoribus: aliter in cōprehensoribus. Nā in peccatoribus motus volūtatis est corruptus: q; ex toto relinquūt deliberationē rōnis: z consequūtur impetū volūtatis naturalis z sensitiue: murmurātes de dei ordinatione. Nullus tñ est adeo obstinatꝰ in peccatis: qui obstinationē non possit deponere: z se diuine voluntati cōformare dū est viator. Solū dānatis in penā inflictū est vt a sua obstinatione nūq̄ curent. In iustis autem viatoribus manet motꝰ voluntatis integer: sed imperfectꝰ dicit tū ex parte cognitionis q; nō plene volūtatē diuinā cognoscūt: tū ex parte affectionis que retardatur ex motibꝰ inferioribꝰ: vñ in talibus sufficit nō recalcitrare diuine ordinationi. Ps̄ enim dicit in. iij. Ethic. q; sufficit forti q; nō cōtristeť in periculis mortis: q̄uis nō gaudeat sicut est gaudiū in actibus aliarū virtutū. Sed in beatis est motꝰ volūtatis deliberate integer z pfectus: tū ex parte cognitionis: q; diuinā voluntatē plene cognoscūt: tū ex parte affectiōis que dñať omne appetitum inferiorū: nec in aliquo retardať vel impediť. Vñ in videndo qđ de⁹ vult et qđ ipsi volūt gaudiū experiuntur: de quo in Ps̄. Letabiť iustus cū viderit vindictā. Vñ talis nō dz dimittere quin faciat omne bonū qđ pōt: q; in custodiēdis illis. s. ꝓceptis dei retributio multa alt Ps̄. Non solū ꝓ custodiēdis. i. obseruādis retributio multa habetur mercedis eterne: sed etiā in ipsa obseruatione retributio multa delectationis spūalis: q; virtuose opari delectat mentem magis q̄ delectabilia corporis. Et ex hoc etiā vitať maius supplicium si pure deberet dānari in inferno: q; ex peccato aggrauatur supplicium. Legitur in vitis patrū q; cū qdā pater sctus hꝰet quēdā discipulū valde obediētē modestū et gratiosum rogauit dñm: vt sibi reuelaret si debebat esse demum saluandus. Reuelatum est q; erat dānādus ꝓpter qđ cū pater videbat illum lachrymas cōtinere nō poterat: qđ perpēdēs discipul⁹ ille interrogauit patrē de causa fletus. Et cū frequētius hoc petisset: victus precibus eius sibi dixit: q; ex cōpassione ad eū flebat: q; reuelatū sibi erat eū esse dānandū. Qđ ille audiens ait. Pater nō oportet vt ꝓpter hoc lugeatis: q; scio iustū esse dñm: z q; me nō dānabit nisi ꝓpter peccata mea. Et sicut fur patiēter debet pati penā suspēdendi ex quo meruit. Ita z ego sum paratus ferre penam dānationis si offendero: q; hoc exigit diuine iustitie ordo: cuius voluntati volo me cōformare. Itaq; conabor ex me facere q; boni facere potero: z dñs de creatura sua faciet quod sibi placuerit. Ideo autem placida deo fuit talis responsio z cōformatio voluntatis: q; nocte sequenti reuelatum est patri illi q; mutata erat sententia dei et saluandus erat. Quod non sic intelligendum est qđ voluntas dei vel dispositio sit mutabilis: vt velit quod prius non volebat: sed sententia dei comminatoria: que respicit merita vel demerita hoīm mutatur. Erat in illo discipulo forte aliqua indispositio mentis vel vitium occultum: qđ merebatur damnationem: que remoto meruit ex operibus bonis saluationē. In lege ergo dñi volūtas iusti est cōformādo se diuine volūtati in volūtati volito vt dictū est.

Nota ꝑ dictū scti Thome.

Vtī diuine sūt voluntati ꝙ formes.

Exēplū.

§. V. Quātū ad tertium princi: pale nota q; intellect⁹ rectus respicit die ac nocte. i. frequenter in aduersitate z prosperitate ad legem eternam dei. i. ad cognoscendum voluntatem suam vt perficiat. Vñ ipse ps̄. xxvj. Unam petij a dño hāc requirā ꝛc. vt videā volūtatē dñi. Et quia in lege sua scripta ipsam volūtatē manifestat: ideo frequēter eam legit z meditabitur. ps̄. Quō dilexi legē tuam dñe: tota die meditatio mea est: non solum vt sciā: quia vt ait apl's ad Ro. ij. Non auditores legis. s. tantum: sed factores iustificabuntur. Quicunq; enim fecerit volūtatē patris mei qui in celis est (ait christ⁹: q̄ manifestať in lege) ipe meus frater soror z mater est. Mat. xij. Fratribus christi debetur hereditas eterna. Sed sciendum secūdū magrm in. j. sen. dis. penul. qđ duplex est voluntas dei: vna que dicit volūtas bñplaciti: alia q̄ dicit volūtas signi. Qđ nō sic est intelligēdū: tāquā in deo sint plures volūtates cum non sit nisi

Duplex est voluntas dei.

vna

vna tantũ: sc̃m Tho. in. j. par. q. xix. Volũtas de deo aliq̃ ppue dr: z hec volũtas bñplaciti nũcupaf z semp implef. Aliq̃ volũ tas metaphorice de deo dr sicut z multa alia de deo: z hec dr: vo lũtas signi: nõ qz sit signũ q deus illud velit: sz qz est signũ in no bis volũtatis nostre. Sicut dicimus deũ iratũ cũ punit: non qõ punitio sit signũ ire in deo: cũ nulla ira in eo sit: sed qz est signuz ire in nobis cũ punimur. Sic cũ deus precipit aliqd dr velle il lud a nobis: qz cũ nos precipimus: signũ est in nobis q velim9 illud. Per hanc similitudinẽ dicit volũtas signi in deo: z hec est quintuplex sm quinq; signa: sc̃z ꝓceptũ: ꝓhibitio: cõsiliũ: pmissio: z operatio. Per hec eñ vt p signa declaramus nos aliqd velle. Declarat eñ quis se aliqd velle dupl'r. Uno modo p se: alio mõ p aliũ. Et p se quidẽ declarat aliqd velle aut directe aut indirecte. Directe cũ aliqd operatur: signũ est q illud vult: z sic opatio dr volũtas. Indirecte z p accidẽs: cũ nõ ꝓhibet vel ipedit opan tẽ. Nã remouens ꝓhibẽs dr mouẽs p accidẽs sm ꝓhm: z sic est pmissio. Per aliũ ꝛo declarat se q̃s aliqd velle inquãtũ ordinat aliũ ad aliqd fa ciẽdũ: vel necessaria inductione qõ sit ꝓcipiẽdo qõ aliquis vult in ꝓhibendo ꝛũũ: vel aliqua psuasoria inductio ne qõ ptinet ad cõsiliũ. Qõ eñ ꝓceptũ consiliũ z ꝓhibitio dicaf dei volũtas: patet p id qõ dr Matt. vj. Fiat volũtas tua ꝛc. Qõ aũt pmissio vel operatio dicaf dei voluntas: ptz p Augu. q̃ dicit in Enchiridion. Nihil fit nisi oꝑs fieri velit vel sinẽdo vt fiat vel faciendo. Uel põt dici q pmissio z operatio referunf ad pñs: per missio quidẽ ad malũ: opatio ꝛo ad bonũ: ad futurũ vero ꝓhibi tio respectu mali: ꝓceptũ vero respectu boni necessarij: cõsilium aũt respectu supabũdãtis boni. Volũtas ergo beneplaciti q̃ ꝓ prie est volũtas dei semp implef: siue a nobis siue de nobis: vt di cit magister in. j. sentẽ. dist. xlv. Unde ipse ait p Esa. c. xlvj. Aluo ego dicit dñs: qz ois volũtas mea fiet: z omne cõsiliũ meũ stabit. i. dispositio. Et Paul. ad Ro. ix. Uolũtati eius quis resistet. q. d. nullus. Cũ ergo seruamus mãdata eius vel cõsilia implef volũ tas eius a nobis. i. cõsentientibus nobis bonis operibus q̃ fa cit in nobis. Cũ trãsgredimur mãdata eius volũtas ei9 implef de nobis incurrẽtibus penas quas vult de nobis sm exigentiã sue iustitie. Et sic volũtas dei cũ sit causa efficacissima omnium entiũ: nõ aũt pctõr: qz nullo sapiẽte. s. operante. ait Aug. fit ho mo deterioꝛ: z multo minus dño operante semp implef cũ ꝓ prie illud vult. Qui eñ recedit ab ordine volũtatis sue: sm miaz qua preparauit coꝛonã diligentibus se: vt pctõꝛ agit: relabif in ordinẽ voluntatis sue iustitie: qua reꝓbos punit. Qõ aũt ope raf in creaturis: ibi cõcurrit volũtas signi cũ volũtate benepla citi: illud eñ ꝓprie vult. Dicitur tñ voluntas signi inquantũ in nobis opus nostrũ est signũ voluntatis nostre p siluitudinez. Et sic' pmissio cõcurrit cũ volũtate beneplaciti. Sz q̃ pmittit. s. ma la fieri dr quidẽ signum voluntatis nõ sue sc̃z dei: qz nõ vult ipse mala fieri: sed in nobis qui cũ pmittimus mala fieri: z nõ ꝓhibe mus cum possumus: dicimur illud velle. In deo autem permis sio qua mala pmittit fieri: est signũ nõ volendi illa: sed volẽdi p mittere: z hoc ꝓpter maioꝛa bona indesequẽtia: que ꝓprie vult. Unde Augu. in Enchiridiõ. ait: q̃ de9 oꝑs nil pmitteret mali esse in opibus suis: nisi esset adeo potẽs z bonus q̃ ex oi malo elice ret maius bonũ: etsi nõ semp bonũ ei cui accidit malũ: saltem ad bonuz melius vniuersi. Et sic ex crudelitate tyrãnoꝛũ secuta est coꝛona martyrũ z cõuersio multoꝛũ exemplo martyrum. Et oc cisio ouis a lupo: etsi nõ sit ad melius ouis: est tñ ad melius vni uersi: qz sic sustentatur species lupoꝛũ in vniuerso. Et damnatio reꝓbozum eis bona non est: est tñ ad melius vniuersi: vt reluceat non solum mia in beatis: sed z iustitia dei in damnatis. Exẽ plum in Joseph quem vendiderunt fratres in Egypto: z ex tan to malo eduxit deus tantũ bonum. s. conseruationem non soluz patris z fratrũ: sed plurimoꝛũ qui fame defecissent ꝓpter ꝓui sionez suã de frumento. Uñ ipse dixit Geñ. vlti. non possumus resistere voluntati dei: vos fecistis in me malum: z deus vertit il lud in bonum. Uoluntas autem signi quo ad ꝓcepta ꝓhibi tionis z cõsilia nõ est ꝓprie voluntas: qz nõ semper impletur vt in pctõꝛibus ptz. Sed est signũ voluntatis in deo quidem: qz vult illud ꝓcipere, ꝓhibere z cõsulere: in nobis autẽ vñ trãssu mitur vt dicaf de deo est signum q̃ illud volumus z precipim9: igitur iustus intellectu meditatur die ac nocte in lege domini. i. assidue siue in lege eterna q̃d velit: siue in lege scripta. vbi per si gna ipsam exꝑimit. Hec est voluntas dei sanctificatio vestra vt ait aplus. j. Thessa. iiij. Ault enim cauerí ꝓhibita vt sic sitis sancti. i. mũdi a peccatis: vult seruari ꝓcepta vt sitis sancti. i. fir mi in virtutibus. Dant eñ ꝓcepta de actibus virtutũ ex quoꝛ frequentia generantur habitus. Ault impleri consilia ad maio rem ꝓfectum. quibus efficimur sancti. i. deo dedicata: sicut tẽ pla dicunf sancta: q: deo dedicata. Ault recognosci a nobis sua beneficia que operanf in nobis vt simus sancti. i. gratificantes officium sanctoꝛũ in patria qui semp regratiantur. Ault cõside rari permissa vt simus sancti. i. perfecti eũ imitantes: qui. s. semp ex malis elicit bona: sic nos ex iniurijs eliciamus bona obliui scendo iniurias. Ad Rom. duodecimo Uince in bono malum. Et ex malis tribulationum eliciamus bonum conuersionis no stre z patientie. Et ex malo peccatoꝛum commissoꝛum elicia mus bonum humiliationis nostre vt humiliores z cautiores simus. Et sic sancti estote ait ipse: quia ego sanctus sum domi nus deus vester.

Quintu plex est si gnũ volũ tatis.

Volũtas dei semp impletur.

Regula ꝑuũ dictoꝛum.

Leuitici xix. z. xx.

§. VI. Uidetur autem predictis

obstare qõ ait apostolus. j. ad Timo. ij. Ault de9 omnes hoies saluos fieri: et tamen pauci sunt qui saluantur: nõ ergo videtur impleri semp voluntas dei. Ad qõ rñdet Tho. in. j. sen. distin. pe nul. z in epistola sup dicto passu. qõ hoc intelligi potest multipli citer. Uno modo sm Damas. qui dicit hoc intelligendum de vo luntate dei antecedente non voluntate dei consequente. Et ap pellat voluntatem antecedentem illud quod vult deus de crea tura rõnali ipam cõsiderãdo solũ sm naturam absq; operibus: z sic vult oẽs saluos fieri. Naz quemlibet creat ad hunc finem: z dat ei naturã capacem: z precepta z concilia z documenta ꝓpo nit ante eũ: vt ex illis possit ꝓcurare salutẽ suam. Dicitur ergo voluntas antecedẽs: quia antecedit considerationem operum creature quã quidez considerationem possumus nos facere de deo: ꝓout sc̃z ipsam creaturã disponit sm naturam suam ad sal uationem modo dicto: z hoc vniuersaliter erga omnes. Sed voluntas consequenti nõ vult oẽs homines saluos fieri: sed ali quos saluari: sc̃z bonos: aliquos damnari: scilicet malos. Et dr voluntas cõsequens: quia vult illud de creatura considerata nõ solum sm naturam: sed etiã sm opera sua que sequuntur in crea tura post naturam. Dat exemplum de iudice bono qui veniens ad ciuitatem: voluntate antecedente vult omnes homines il lius ciuitatis viuere: z nullum perire: considerando sc̃z hoies sm suam naturam. Sed volũtate consequente vult aliquos viuere. s. bonos: aliquos occidi. s. malefactoꝛes: z hoc consideratis hoi bus sm opa eoꝛũ. Uel exponi sic. vult oẽs homines saluos fie ri in generali vt viuant virtuose: sicut dr spiritussanctus postula re gemitibus inenarrabilibus. ad Ro. viij. quia nos postulãtes facit. Aug. Nescientes quis ptineat ad predestinatoꝛum nume rũ: quis non pertineat: sic affici debemus charitatis affectu ad omnes: vt omnes velimus saluos fieri. xxiij. q. iij. coꝛripiantur. Tertio exponi illud sm distributionem accommodam ꝓ his sc̃z tñ qui saluanf: q: sc̃z oẽs qui saluanf nõ nisi eo volente saluã tur. Sicut illud Jo. j. Illuminat om. ho. ve. in hunc mundum: q: ex his qui illuminantur gratia nullus illuminatur nisi ab eo.

Salus eterna oi bus optã da.

Quarto põt exponi q̃ sit ibi distributio: non ꝓ singulis gene rum: sed ꝓ generibus singuloꝛum. Sicut dr omne animal fuit in arca Noe. i. de quolibet gñe aialium aliquod. Et sic de quoli bet gñe hoim vult aliquos saluari: q: z de virgs z de mulieribus z de Judeis z Gentilibus: fidelibus tñ. Et de Italicis z Theu tonicis z Anglicis: z de Francis: z de Hispanis: z orientalibus z occidentalibus fidelibus tñ: vult aliquos saluari. Quinto po test exponi de oi statu nõ vitioso: puta de statu regulari: clerica li: laicali: virginali: viduali: coniugali: rectoꝛum: dominoꝛum: va salloꝛũ: militum: stipendiatioꝛũ nõ latrocinantium tamen: mer catoꝛum nõ fenerantiũ: artificũ nõ fraudantiũ: aduocatoꝛũ: me dicoꝛũ: notarioꝛũ: seruoꝛũ alꝫ recte tñ viuentium: vult aliquos saluari: vt ptz discurrendo p vitas sctoꝛ. Exẽplũ de beato Wa chario: q̃ cũ petisset in oratione cui esset socius in patria: dictum est ei primo de quodam mercatoꝛe: secundario de quodam sym phoniaco: tertio de duabus soꝛoribus nuptis duob9 germanis artificibus ꝛc. vide in vitis pa. In lege ergo domini eterna fuit voluntas iusti: z in lege eius eterna vel scripta meditabitur die ac nocte ad confirmandũ voluntatẽ suam cum volũtate dei ad faciendum eam: quia qui fecerit voluntatem patris mei qui in celis est: ipse intrabit in regnum celoꝛum. Matth. septimo id est qui fecerit ea que declarat in lege sue scripture se velle ꝛc. Psal. Magna opera domini: id est operatio: exponit gloss. exquisi ta: id est diligentissime z efficacissime habens effectum in om nes volũtates eius: id est in his que declarat se velle a nobis. Ita eñ vult a nobis impleri sua mandata z ordinata z consul

Exẽpluz er vitis patrum.

ta: q ipse principalis est ad operādum in nobis: tamen voluntarie nō coacte cooperātibus. Unde aplūs ad Roma. vij. Velle adiacet mihi: pficere aūt nō inuenio. Et per Esaiā. xxvj. Omnia opera nostra operat⁹ es in nobis dñe. Et quecūq; vultis opera ri in vobis exquisite. i. dilegentissime ⁊ perfectissime operaī: et nos ad illa mouet. Subest em̄ tibi posse cū volueris. ūi. Sap. xij. ⁊ Exo. xxxiij. ait dñs. Miserebor cui voluero: ⁊ clemens ero in quē mihi placuerit. Sic cum voluit Saulū persecutorē suum conuerti: subito conuersus est: dicente ipo quid me vis facere. Act. ix. Uñ etipse dicit ad Gal. j. Cū placuit ei qui me segregauit ex vtero matris mee: ⁊ vocauit per gr̄az suā vt reuelaret filiū suū in me vt euāgelizarē illū in gentib⁹: cōtinuo nō acqeui carni ⁊ sanguini ⁊c. Ad hoc ꝓpositū Greg. in lib. vj. moral. pulchra ponit ad ostēdendū quō voluntas hoim querit voluntarē dei seu ordinationē impedire inde in effectu ei seruit dicēs. Sepe em̄ nonnulli humana sapientia inflati dū desideriis suis diuina iudicia cōtrarie cōspiciūt: astutis eius deluctari machinationibus conātur: ⁊ q ad votū suū vim superne dispēsationis intorqueant: callidis cogitationib⁹ in fistūt: subtilioza cōsilia exquirunt. Sed inde volūtatē dei peragūt: vnde hāc immutare contēdūt: atq; omnipotētis cum cōsilio dum resistere nitūtur obsequūtur: q hoc sepe dispositione diuina apte militat qō ei per humanū studiū friuole resultat. Sapientes ergo dñs in ipsa eorum astutia cōprehēdit qñ eius cōsilijs humana facta etiā tunc cōgrue seruiūt cū resistūt. Quod melius ostēdim⁹ si pauca ad medīū gestarū rerū exēpla ꝓferamus. Joseph somniū viderat q manipulo suo fratrū ei⁹ se manipuli prosternebant. Somniū viderat q luna ⁊ sol se cum reliquis stellis adorabāt. Que quia pure fratribus retulit: eorū corda protinus future dānationis inuidia pauoq; percussit. Cūq; ad se hūc venire cōspicerēt malitia seruiente dixerūt. Ecce somniator ille venit: venite occidamus eū ⁊ videam⁹ quid illi ꝓderunt somnia sua. Cūq; ei⁹ dñio subijci metuūt somniatorē in puteū deponūt: cūq; Hismaelitis trāseuntib⁹ vendūt. Qui in Egypto ductus: seruituti subdit⁹: luxurie accusatiōe dānatur. Castitatis merito adiutus prophetie iudicio erect⁹: oi Egypto prelatus est. Per supernā vero sapientiā ꝓuidus frumēta cōgessit ⁊ futuro periculo necessitatis obuiauit. Cūq; in orbē fames irruit de alimētorū preparatione solicitus Jacob filios in Egyptū misit: qui frumētorū dispēsationi ꝓpositū Joseph nescientes inuenerūt: atq; vt mererenī alimēta percipere eorū dispensatorē compulsi sunt ꝓnis in terrā ceruicibus adorare. Pensemus igitur geste rei ordinē: pensemus quō sapientes in ipsa sua astutia visio diuina cōprehēdat. Ideo ab eis Joseph vēditus fuerat ne adoraretur. Sed iō est adorat⁹ q vēdit⁹. Astute nāq; aliq̄d agere cōpulsi sunt: vt dei consiliū mutaretur: sed diuino iudicio qō declinare conari sunt renitendo seruierunt. Inde quippe coacti sunt dei voluntatem peragere: vñ hāc moliti sunt astute cōmutare: sic diuinū consiliū dū deuitatur impletur. sic hūana sapiētia dū reluctat cōprehenditur. Timuerūt fratres ne Joseph sup eos excresceret: sed hoc qō diuinit⁹ dispositū fuerat cauēdo actum est vt eueniret. Hūana ergo sapiētia in seipsa cōprehēsa est: ⁊ q̄ volūtatē dei: vñ per intētionē restitit inde eius impletioni militauit. Sic Saul dum Dauid subiectū quotidiano succrescere virtutum successu conspiceret: suam ei in cōiugio filiā spopōdit: atq; in ei⁹ dotem centū dari Philistinorum ꝓputia petijt: vt cū ꝓuocat⁹ miles vltra se excrescere quereret inimicorū gladijs traditus vitā finiret. Sicut scriptū est. Nō hz rex spōsalia necesse: nisi tm̄ centū ꝓputia Philistinorū vt fiat vltio de inimicis regis. Porro Saul cogitabat tradere Dauid in manib⁹ Philistinoz. Sed Dauid dispotionis intime fauore roborat⁹: centū se dare phibuit: et ducenta ꝓputia reportauit. Cui⁹ nimirū opis Saul argumēto superat⁹: supna ꝓuidētia in sapiētie sue est cōsilio deprehens⁹: quia vnde succrescentis militis vitam se extinguere credidit: virtutis gloriam eius inde cumulauit. Sed quia nonnunq̄ astute aliquid sapere etiā electi moliuntur: libet ad medīū aliū sapientem deducere: ⁊ que interni consilij astutia mortalium cō prehendatur demostrare. Prudenter quippe Jonas sapere voluit cum ad predicandum Niniuitarum penitentiam missus: q electis gētib⁹ Judeā deseri timuit predicationis officiū implere recusauit. Nauē petijt fugere tharsis elegit: sed ꝓtinus tempestas exoritur. Sors mittitur vt videlz cognoscatur cui⁹ mare culpa turbatur. Jonas in culpa deprehendit: in ꝓfundo mergitur: cete sorbente deuoratur: atq; illuc ducente belua ꝓuenit: quo ille ire sponte contempsit. Ecce fugitiuū dei tempestas inuenit: sors ligat: mare suscipit: belua includit. Et q auctor suo obedire renuit: a loco quo missus fuerat suo re⁹ carcere portat ⁊c. ibi vide. Cōprehendit ergo sapiētes dñs in astutia eorū qñ ⁊ hoc in vsum sue voluntatis redigit: ꝓ qō sibi volūtas humana ꝓdicit. Et ponit exēplū de Judeis qui christū occiderūt ne amitterent regnum tpale: ⁊ illud amiserunt. Et allegat illud Psal. Magna opera domini ⁊c. Hec omnia Grego.

Uoluntas hūana quō cōtraria diuine.

Gene. xxxvij.

Exēpla diuine ꝓuidētie.

j. Regū. xvij.

Jone. j.

§. VII. Ult autem nouem a nobis deus ſm Pet. de Thara. super epl̄as Pauli. Octo vult in vita presenti per que vult nonum in alia vita.

De⁹ vult a nobis nouem.

¶ Ult primo viatorū per penitentiam conuersionem.
¶ Secundo conuersorū a peccatis emundationem.
¶ Tertio emundatorū per operationem sanctificationem.
¶ Quarto sanctificatorū ad cognitionum illustrationem.
¶ Quinto illuminatorū per feruorē inflammationem.
¶ Serto inflammatorū per tribulationum probationem.
¶ Septimo probatorū vnitatis concordationem.
¶ Octauo finalem in proposito perseuerationem.
¶ Nono ꝓ hmōi seruata vult pseuerantium glorificationem.

De⁹ vult ꝓ pniam cōuersionem.

De pmo hēs Ezech. xviij. Nunquid volūtatis mee est mors impij dicit dñs: ⁊ nō potius vt cōuertat ⁊ viuat. q. d. volo q cōuertat. Sz vt ait Aug. Neminē putes ab errore ad veritatē ⁊ a quocūq; magno seu paruo pctō ad correptionē sine pnia posse trāsire. de pe. di. j. neminē. ⁊. ē. eo. porro ¶ hoc idē. Est aūt quersio cordis vndiq; versio. Tūc em̄ hō cōuertit vere: qñ ex toto dimittit pctm̄. Volūtatē auertēs a malo oi ⁊ vertēs se totū ad deū. Cum enim aia sit essentia simplicissima: ⁊ nec hz partes nec pōt ervna auerti ⁊ altera cōuerti: sed totū ad bonū vel malū cōuertit. Cōuertit se impiissimus Manasses ad deū ⁊ suscepit⁹ est. j. q. vij. si quis omnē. ⁊ de pe. dis. ij. si em̄ inquit. vltra meditū. Uide eius historiā. De scōo nota q vult deus post conuersionē vt satisfaciat peccatis: ⁊ sic emūdet. i. liberet a pctis Mat. viij Volo mūdare dicit christ⁹ lepr̄osos. Et q nimis cōpatit deus semp supplet defectū nostrū cōpatiēs nobis: ne habeam⁹ nimis stare in purgatorio ꝓ venialibus vel ꝓ alijs debitis pctōr. Hā ſm Greg. iij. moral. ⁊ hf̄ de pe. dis. j. si pctm̄ Dauid. Deus delictū sine vltione nō patit: q vel hō p se punit: vel deus cū hoie. In huius figurā habemus q cū fuit edificatū templū Salomonis nō fuit ibi auditus sonitus malleī: q̄ prius aptabātur lapides ⁊ poliebantur vt non haberent nisi superponi. Templuz istud est collectio beatorum vbi de⁹ inhabitat ꝓ manifestationē glorie. Quilibet beatus est tanq̄ vnus lapis: vt ergo qñ ꝓ morte est superedificandus nō habeat penas pati deus hic suos electos quotidie per tribulatiōes polit: vt sic plenius satisfaciant. Vult post emundationē sanctificationē. i. confirmationē in bonis virtutibus. j. ad Thes. iij. Hec est volūtas dei sanctificatio vestra: qñ quis addiscit aliquā artē si se nō exercet in ea cito obliuiscitur eā: si aūt cōtinuet opus eius habituat ⁊ firmatur in eo: vt nō facile obliuiscat sic in ꝓposito. Quāuis cōuersus recepit virtutes nisi se cōtinuo exerceat in actib⁹ earū: mō in hūilitate: mō in sobrietate: mō in castitate: resistēs tētationibus debilr eas hz sed ꝓ actus frequentes ghanf habitus q̄ est de difficili, mobilā suiecto. Uñ vult deus in scificatiōe illuminationē. j. ad Tit. ij. vult oēs hoies saluos fieri: ⁊ ad agnitionē vitatis venire. Uñ ⁊ moza. Señ. Si vnum pedē hrez in fouea ⁊ alīū extra: discere vellē. Nō tñ debemus querere scire oēm vitatē: q̄ multe sunt vitates: quarū nō oēs sunt capaces. Quedā etiā sunt q̄ sciēdo hō male vteret: nec a demonijs q̄s dz q̄rere veritatez. Propterea christus increpabat demones ꝑcepto ei⁹ exeūtes ab hoib⁹ ne dicerent veritatē illā scz Lu. iij. q tu es christus filius dei: q̄ nō vult q ab eis queram⁹ veritatē scire: cū etiā veritatē quā dicūt: dicūt vt decipiāt: Sz hoies ita parū sunt auidi ad cognoscendū vtilia: q subito in pdicationib⁹ obdormiūt. Unde in colla. patrū narrat de quodā patre q cum salutaria doceret dormitare oēs ceperūt. Studiose aūt mutādo materiā. i. narrante fabulosa. oēs excitati sunt ⁊ ridere ceperunt. Vult deus in illuminatis feruoris inflā: mationē. Luc. xij. Ignē veni mittere in terram dixit christus. Et quid volo nisi vt ardeat scz per feruorē. Accēdit aūt feruor mētis per meditationem sanctam de passione christi: de gloria celesti: ⁊ beneficijs dei ⁊ huiusmodi. iuxta illud Psal. In meditatione mea exar. ignis. Uidemus ꝓ experientiam q̄ qñ olla stat sup ignem cum feruet muscę non audent appropinquare: sed si desinat a suo feruore ⁊ tepescat: subito currunt omnes muscę ⁊ cooperiunt eaz ⁊ detur pān. Sic quando mens desiderijs feruet: demones non audent appropinquare:

De⁹ vult emūdatorū sanctificationē.

De⁹ vult in scificatiōe illuminationem.

De⁹ vult feruoris inflāmationem.

propinquare:sed cū vidēt mētē tepefactā deturpant suis molestijs intētionē. Vult deꝰ in inflāmatis ꝓ tribulationē ꝓbationē. Ad Heb.x. Patientia vobis necessaria est:vt volūtatē dei facietes reportetis ꝓmissionē. Nō bñ cognoscit amicus in ꝓsperitate:nā dū ꝗs abūdat oēs volūt ꝫ dicūt se esse amicos eiꝰ:sed sunt amici illi quales muſce melli:lupi cadauerū:formice granoꝝ. Sed cū ꝗs tribulat:ꝫ hō nō deserit eū:sed cōpatit et ꝫ adiuuat eū participans laboꝛes illiꝰ:ille est verꝰ amicꝰ. Sic ergo deꝰ vt cognoscantur amici non ab eo:qꝛ oīa semper videt:sed ab alijs ꝓbat tribulationibus:ſuit. Apoc.iij. Ego quos amo arguo ꝫ castigo:vt scꝫ manifestet bonitas eoꝝ. Vult etiā deꝰ in tribulatis ꝫ ꝓbatis cōcordationē ꝫ vnitatē. Mat.xxiij. Quoties volui cōgregare pullos tuos sub alis ꝛc. Multi tribulant:ꝫ tñ non habent vnitatē ꝫ cōcordiā cū hoibus:sed dissentiōes. Sed oīs virtus vnita est fortioꝛ. Vñ Hūbertus in expōne regule Augu. dicit qđ nil tantū timet diabolus ꝙꝫ cōcordiā. Romani autez qñ fuerūt vniti habuerūt magnas victoꝛias:sed factis diuisionibꝰ paulatim defecerūt et ad nihilū deuenerunt. Vult Deus finalez ꝓseuerantiā. Jo.vlt. Sic eū volo manere donec veniā. ſ. ꝓ eo per mortē:sic.i. in bona vita. Nō enī datur braviū nisi cōtinuāti cursum vsqꝫ ad terminū. Hīs seruatis in quibus cōsistit voluntas dei.i. id qđ vult a nobis:vult tandē nostri glorificationē. Jo.xij. Volo pater vt vbi ego sum.ſ. in regno celoꝝ:sit ꝫ minister meꝰ: qꝛ scꝫ mihi seruiuit in faciendo voluntatē dei. Etiā ego semel ꝓmisi:q̄ fecerit volūtatē pris ipe ītrabit in regnū celoꝝ. Mat.vij.

Deꝰ vult tribulationes, ꝓbationez.

Deꝰ vult ꝓbatoꝝ vnitatē.

Deꝰ vult ꝓseueran tiam.

Deꝰ vult ꝓseueran cū glorifi catiōem.

Titulꝰ.XIII. De lege naturali.

¶ De quidditate legis naturalis:ꝫ quomodo instigat ad bonum multiplex. Cap.j.

LEx naturalis est secunda lex de qua dicit apls ad Ro.ij. de gentibus que viuebant ſm rationē. Ostendunt opus legis scriptū in cordibus suis:vbi dicit glo. qđ ꝫ si non habent legem scriptam.ſ. in chartis:habent tamen legem naturalem qua intelligit quilibet ꝫ sibi conscius est: quid sit bonum ꝫ quid malum. De ipsa aūt lege naturali dicit Tho. ſ.ij. q.xciij. qđ aliquo modo est habitus:ꝫ aliquo mō nō. Pro cuius declaratiōe sciēdū q̄ habitꝰ sumitur dupl'r. Uno modo ꝓprie ꝫ essentialiter:ꝫ sic lex naturalis nō est habitus. Et ratio est:qꝛ lex est aliquid cōstitutum per rōnē. Sicut etiā propositio est quoddaꝫ opus rōnis: nō est autem idē qđ quis agit:ꝫ id quo quis agit. Habitus etiā ſm Augu. est quo quis agit cū opus est. Sicut grammaticus ꝓ habitum grammatice agit oratiōnē congruā. Nō ergo pōt esse q̄ aliqua lex sit habitꝰ ꝓprie ꝫ essentialiter. Alio mō potest dici habitus illud qđ habitu tenetur:sicut fides id qđ fide tenetur:ꝫ hoc mō:qꝛ precepta legis naturalis qñꝙ considerantur in actu a ratiōe:qñꝙ sunt in ea habitualiter tñ:secūdū hūc moduꝫ potest dici q̄ lex naturalis sit habitus. Sicut etiaꝫ principia indemōstrabilia in speculatiuis nō sunt ipsi habitus principioꝝ:sed sunt principia quoꝝ est habitus. Hec est ꝺ qđ ait phs.ij. Ethi.ſ. qđ tria sunt in anima.ſ. potentia:habitus ꝫ passio. Ibi enim ponit tantum ea que sunt principia humanoꝝ actuum. Sed ꝓter hec tria sunt ꝫ alia quedā in anima vt actus quidā:sicut velle est in voluntate:ꝫ cognitio in cognoscente:ꝫ naturales ꝓprietates anime insunt ei:vt immoꝛtalitas ꝫ huiusmodi. Synteresis autē ſm Basilium dr lex intellectus nostri:inquantū est habitꝰ cōtinēs ꝓcepta legis naturalis:vt nō inferre iniuriā alteri reddere depositum:vim vi repellere:educare liberos:talia di.j. ius naturale:inquantū oīa referunt ad vnum primū ꝓceptum habent rōnē vnius legis naturalis. Reducuntur autē ad istud primū ꝓceptū.ſ. q̄ bonū est faciendū. Sicut enī ens est primū qđ cadit in apprehensione simplr practice rōnis q̄ ordinat ad opus. Dē enī agēs agit ꝓpter finē q̄ hꝫ rōnē boni. Et tō primū principiū in rōne practica est qđ fundat sup rōnē boni: que est:bonuz est qđ oīa appetūt. Hoc igit est primū ꝓceptū legis naturalis q̄ bonū est faciendū ꝫ ꝓsequendū:ꝫ malū vitandum. Et sup hoc fundant oīa alia precepta legis naturalis:vt.ſ. oīa illa facienda vel vitanda ptineant ad ꝓcepta legis nature:q̄ rō practica naturaliter apprehendit esse bona. hec Tho. ſ.ij. q.xciij. arti.ij.

Vtrū lex naturalis sit habitus.

Syntere sis notio.

§.I. In capite libri scriptū est de me vt facerē voluntatē tuam deus meus volui ꝫ legē tuā in me. cor. mei. Ps. xxxix. Loquitur Ps. in ꝓsona christi vel etiā cuiuslibet iusti ad deū patrem. Et ostendit quomodo habeatur recta vita seu sanctitas ex tribus.

Recta vita ſanctitas ex tribus habetur.

¶ Primo qꝛ est ex dispositione diuina bonuz preordinatum ibi. In capite libri ꝛc. vt fa. vo. tuam.

¶ Secundo qꝛ est ex electione humana bonum preoptatum: ibi. Deus meus volui.

¶ Tertio qꝛ est ex lege seu illustratione nature bonū demōstratum: ibi. Legem tuam in medio cordis mei.

Quātū ad primū liber dei est notitia dei siue lex eterna:in quo omnia sunt scripta ꝫ oēs hoies sunt scripti quid facere debeant ꝫ quid faciant. Ps. In libro tuo omnes scribentur. In isto libro nō est aliquid scriptū in capite vel in fine:prius vel postea ſm ordinē tpis:qꝛ vnico actu simul oīa nouit:sed ſm dignitatē vt illa dicanť in capite scripta q̄ sunt digniora ſm naturā vel grām:ꝫ qꝛ dignissimus sup oēs est christus:inquātū hō:ꝫ ꝓfiter electi eius: qui dicunť membra vnigeniti:nō in capite hui⁹ libri est de eo ꝫ de quolibet iusto scriptū. Et qđ sit scriptum ostēdit dicēs:vt fa. vo. tuā. Hoc est ꝓordinatū a deo de electis suis:q̄ faciant in mūdo cōuersantes volūtatē dei:qꝛ in hoc cōsistit pfectio ꝫ sctitas creature:vt subijciať volūtati dei seu legi eterne. Vñ apls ad Eph.j. Elegit nos deꝰ volūtarie añ mūdi ostōnē vt essemus scti ꝫ immaculati in cōspectu eius. Sed vt ait Aug. Nolite cogitare inuitū trahi:nō enī inuitus trahiť animus:sed amore.ſ. boni qđ ptinet ad volūtatē. Obiectū enī volūtatis est bonū intellectū:ideo nō sufficit ad sctitatē ꝫ salutē obtinēdā preordinatio dei:sed opꝫ ēt q̄ hō cooperet deo volendo facere volūtatē dei. Et ꝓpterea subdit qđ est sedm. Deus meus volui.ſ. facere volūtatē tuā. Et hoc eligēdo bonū verū. Ut enī dr Eccli.xv. Deus ab initio cōstituit hoiez ꝫ reliquit eū in manu cōsilij sui:posuit añ eū malū ꝫ bonū: ignē ꝫ aquā:mortē ꝫ vitā ad qđcunq̄ voluerit extendat manuz suā. Vult ꝓtōr bonū:sed nō ſm voluntatē dei qđ est verū bonū. ſ. opus virtuosum:sed apparēs bonū scꝫ ſm sensualitatē:ꝫ ꝺ dei volūtatē:qꝛ ꝺ dei precepta. Sed scti hoies eligūt verū bonū:qꝛ volūt facere volūtatē dei ꝫ cū magno desiderio. Vñ.ij. Mach.j. dr. Faciatis eiꝰ volūtatē corde magno ꝫ alo volēti. Et.j. Mach. ij. dr. Cōgregata est synagoga fortis viribus oīs volūtarius in lege. Et hoc est qđ ait p Salo. Fili prebe mihi cor tuū.i. voluntatē:qui em̄ hꝫ volūtatē verā faciēdi volūtatē dei qđ est facere bonū:vtiꝫ facit. Nec est ꝺ qđ ait apls ad Ro.vij. Nō enī qđ volo bonū hoc ago:sed qđ odi malum illud facio. Intelligitur enim illud vel de ꝓtōre permanente in ꝓtō:qui vtiq̄ absq̄ dei gratia nō pōt dimittere ꝓtūm:qđ ſm rōnē appetit ꝫ facere bonum meritoꝛium:pōt tñ se preparare ad gratiam. Vel si intelligatur de iusto:loquiť de primis motibus voluntatis ad malū quos euadere nō pōt:quāuis hoc optet:ita exponit glo. illa. Qđ autez sit bonū qđ dꝫ velle et facere:ostēdit lex naturalis de qua subdiť.

Deus nō trahit inuitum.

Hiere. xxxj.

Quātū ad tertiū sciendū q̄ lex naturalis docet nos volūtatem dei. Et ista est scripta in medio cordis. Sed ꝫ lex euangelica dr etiā scripta in cordibus:ſm illud. Scribam leges meas in cordibus eoꝝ. Et vt ostēdit apls ad Heb.c.viij. Loquiť ibi de euāgelica lege. Sꝫ ſm Tho. Lex naturalis dr scripta in corde ꝓ lumē naturale impressum homini. Lex autē euāgelica dr scripta ꝓ lumen gratie additum lumini naturali.

§.II. Excellit autem lex naturalis leges humanas in tribus conditionibus quas habet.

¶ Habet em̄ primo dignitatem commutationis.

¶ Secundo firmitatem immunitatis.

¶ Tertio prioritatem temporalitatis.

Quantum ad primum dicit Jsido. in lib. Ety. diſt.j. ius naturale. Jus naturale.i. lex naturalis est cōis omnium nationuz. Qđ sic declarat.b. Tho. ſ.ij. q.xciij. arti.iij. Lex nature quantuz ad principia prima communia:est eadem apud omnes ꝫ ſm rectitudinem ꝫ ſm notitiam:vt puta quod agatur ſm rōnē:q̄ bonuz sit prosequēdum ꝫ huiusmodi. Sed quantum ad quedā ꝓpria q̄ sunt quasi cōclusiones principioꝝ cōmunium: est eadem apud oēs vt in pluribus ſm rectitudinē ꝫ ſm notitiam:sed in paucioribus pōt deficere. Et quantū ad rectitudinem propter particularia impedimēta:sicut nature generabiles deficiunt:vt in paucioibus ꝓpter impedimenta. Verbi gratia. Ex isto communi principio q̄ agendū est ſm rōnē sequiť quasi conclusio propria q̄ deposita sunt reddenda:qđ vt in pluribus habet rectitudinē: sed in aliquo casu pōt cōtingere q̄ hoc sit damnosum:ꝫ per oūs irrationabile:puta cū reperitur depositum ad impugnandū patriam:vñ tūc nō esset reddendū. Similiter etiā quantū ad notitiam nō est eadē lex nature quantum ad hmōi conclusiōes que

Lex naturaľ excedit leges hūanas i dignitate cōitatis.

deducuntur ex principijs cõib⁹: sed deficit vt in pauciorib⁹: ꝛ hoc ex hoc ꝙ aliqui habẽt rõnẽ depꝛauatã ex passione seu mala cõsuetudine: seu mala habitudine nature. Sicut apud Germanos latrocinia nõ reputabant iniqua esse: cũ tñ sint cõtra legẽ nature: vt refert Julius Celsus. Nec obstat his quod dicit Gratia. in pinci. decre. s. ꝙ ius naturale est qđ in lege ꝛ in euãgelio cõtinetur. Sz lex Moysaica nõ fuit cõis oĩbus. Nec euãgeliũ: qꝛ vt ꝺꝛ ad Ro. x. Nõ oẽs obediũt euãgelio: nec recipiũt qꝛ ꝑm Tho. vbi. s. illud qđ dicit Gra. nõ sic intelligẽdũ est: quasi oĩa que sunt in lege veteri ꝛ euãgelio sint de lege nature: cum multa ibi tradantur que sunt supꝛa naturã: vt ptinẽtia ad fidẽ. Sed qꝛ ea que sunt de lege nature ibi plene cõtinentur. Cũ ibi subdit: vt qđ sibi nõ vult fieri alteri nõ faciat: ꝛ alteri faciat qđ sibi vult fieri: que habenꝫ in sacra scriptura. Habet etiã lex naturalis dignitatẽ cõtatis: qꝛ iure naturali oĩa sunt cõia: ꝛ oĩm est vna libertas: vt ꝺꝛ distin. j. ius naturale: qđ vt dicit Gra. nõ solũ seruatũ legitur a christicolis pumitiue eccl'ie: de quib⁹ legitur Act. iij. Multitudinis credẽtiũ erat coꝛ vnũ ꝛ aĩa vna: nec ꝙsꝫ eoꝝ ꝙ possidebat aliqđ suũ esse dicebat. Sed etiã ab antiquis phis traditũ inuenitur. Cũ ꝛ apud Platonẽ illa ciuitas iustissime ordinata traditur in qua quisq; ꝓpꝛios nescit affect⁹. i. non habet aliqđ ꝓpꝛiũ dist. viij ¶ j. Sed vt dicit Tho. q. ea. ar. v. De lege nature põt intelligi esse aliqđ dupliciter. Uno mõ qꝛ natura inclinat ad hoc ꝛ sic est de lege nature: ꝙ nemini faciẽda est iniuria: isto aũt modo nõ est de lege cõi oĩm possessio. Alio mõ ꝺꝛ de lege nature: qꝛ natura nõ induxit cõtrarũ. Sic possemus dicere esse de lege nature: hoiem esse nudũ: qꝛ. s. natura non dedit sibi vestimẽtũ: sed ars hois sibi adinuenit. Et sic de lege nature ꝺꝛ cõis possessio omniũ: qꝛ. s. distinctio possessionũ: ꝓpꝛietas et seruitus nõ sunt inducte a natura sed adinuẽta per rationẽ hoĩm ꝓpter vtilitatẽ vite. vñ Augu. sup Jo. Quo iure defendis villas eccl'ie diuino an hũano? Diuinũ ius in scripturis diuinis habetur: humanũ in legib⁹ regũ. Cũ quisq; possidet quod possidet nonne iure humano? Nã iure diuino: dñi est terra ꝛ plenitudo ei⁹: pauperes ꝛ diuites vna terra supportat: dñs de vno limo fecit ꝛ pauperes ꝛ diuites. Jure ergo humano dicitur hec villa est mea: hec domus mea est: hic seruus meus est. Jura autẽ humana iura imperatoꝝ sunt. Tolle iura imperatoꝝ ꝙs audebit dicere: hec villa est mea: meus est iste seruus: mea est hec dom⁹ ꝛ hmõi. dist. viij. quo iure. Sub iure aũt diuino cõꝓhenditur ius naturale: qꝛ in eo cõtinet plene: et sic ad propositũ. Põt etiã dici iure naturali oĩa esse cõia. i. cõicãda tpe necessitatis. Et sic exponit glo. illud Amb. Propꝛiũ nemo dicat quod cõe est plus ꝙz sufficeret sumptui etiã violẽter obtẽtũ est. distin. xlvij. sicut hi. Legẽ ergo tuã in medio coꝛdis mei tu de⁹ scripsisti: vt continue intelligã ignorantiã me nõ excusare: in his que sunt contra rationẽ naturalẽ ꝛ ꝙ debeã nullũ ledere: oẽs iuuare: ꝛ palia indigentibus cõicare. Scõo lex naturalis �herm firmitatẽ immutabilitatis. Nã cũ alia iura hũana frequẽter mutent qꝛ mõ statuit vnũ: mõ cõtrariũ: ius naturale ab exoꝛdio creature rõnalis cepit: nec variat tpe: sz immutabile ꝑmanet: inqt Gra. di. v ¶ j. Sed hec immutabilitas intelligẽda est quãtũ ad subtractionẽ nõ quãtũ ad additionẽ: ꝑm Tho. j. ij. q. xciij. artic. v. Dupliciter eñ põt intelligi lex nature mutari. Uno mõ per modũ subtractionis vt. s. aliqđ designat esse sub lege nature: qꝛ prius erat ꝑm legẽ nature. Et sic quantũ ad prima principia legis nature: lex nature est oĩno immutabilis. Quãtũ vero ad scõa precepta ꝙ dicim⁹ esse quasi quasdã ꝓpꝛias cõclusiones ꝓpinquas primis principijs: sic etiã lex naturalis nõ immutat: quin vt in plurib⁹ nõ sit rectũ qđ ꝑm eã est. Põt tñ immutari in aliquo particulari: ꝛ vt in pauciorib⁹ ꝓpter aliquas cãs impedientes obseruãtiã taliũ ꝓceptoꝝ. Sicut verbi gra. Depositũ reddi petenti est de iure naturali. Sz si effect⁹ est furiosus nõ ꝺz reddi ne male vtat. Alio mõ põt dici lex nature immutari: ꝙ hoc ꝙ ei aliqđ addat. Et sic nihil phibet legẽ naturalẽ imutari. Multa eñ ad legẽ naturalẽ superaddita sunt: tam ꝙ leges diuinas ꝙz humanas: pertinẽtia ad vtilitatem humane vite. Et si arguatur quod Abraã ex dñi precepto voluit filiũ innocentem occidere. Gene. xxij. Oseas propheta ad mulierẽ fornicariã accessit. Osee. j. Filij Jsrael expoliauerunt Egyptum vasis aureis et argenteis. Exo. xij. Que oĩa apparẽt esse cõtra legẽ naturalẽ: ꝛ tñ nõ peccauerũt: ergo videt ꝙ lex nature immutet. Rñdet Tho. vbi. s. ꝙ sicut in naturalibus effectib⁹ illud qđ fit a deo miraculose naturale põt dici: ita sit ꝓter solitum cursum nature: ita et in actibus moralibus quod deus precipit alicui facere: licet sit ꝓter cõem vsum rõnis: põt tñ dici totũ esse ꝑm rõnẽ: qꝛ illud est rõnale ꝛ ꝑm legẽ nature: qđ de⁹ ordinat in lege nature. Cũ ergo oẽs simus debitores mortis: nocẽtes ꝛ innocẽtes ꝓpter culpã originalẽ: quicũqz ex mãdato dei occidit aliquẽ quantũcũqz innocentẽ iuste occidit: qꝛ coram deo innocẽs nõ est: vñ nõ facit ꝯ legẽ naturalẽ vel diuinã. Et Oseas ꝛ quicũqz alius accedens ad solutã vel cõiugatã ex mãdato dei: accedit ad suã qꝛ vnicuiqz illa est sua quã deus ordinauit esse suam. Sicut aũt in cõi ordinauit esse suã ꝙ nõ sibi: sed illi est legitie copulata: ita ꝓter oẽm legẽ ordinauit in aliquo particulari esse suã ꝙ alteri erat cõiũcta. Et filij Jsrael furtũ nõ fecerũt: qꝛ de voluntate dñi principalis oĩm illa abstulerũt. Hz etiã firmitatẽ: qꝛ a coꝛde aboleri nõ põt lex naturalis ex toto. Cũ Aug. in li. cõfes. ait. Lex tua scripta est in coꝛdibus hoĩm: quã nec vlla vnqz delet iniqtas. Et vt declarat Tho. q. ea. ar. vj. quantũ ad illa principia cõia lex naturalis nullo mõ põt a coꝛdibus hoĩm deleri in vñ. Delet aũt in particulari opabili ꝑm ꝙ rõ ipedit applicare cõia principia ad ꝓticulare opabile: ꝓ cõcupiscẽtiã vl aliquã passionẽ. Quãtũ vero ad ꝑcepta secũ daria ꝙ sunt quasi cõclusiones deducte ex primis ꝓncipijs cõib⁹ põt deleri de coꝛdibus hoĩm lex naturalis: vel ꝓpter malas psuasiones: vel ꝓpter prauas cõsuetudines vel habit⁹ coꝛruptos: sicut apud Germanos nõ reputabant vitia latrocinia: vel etiaz vitia ꝯ naturã: vt ait apl's ad Ro. j. Et lz gra sit efficaciox ꝙz natura: tñ qꝛ natura essentialiox est: nõ etsi gratia ex toto ab aĩa posset deleri: nõ tñ lex naturalis sz ꝑmanet. Legẽ ergo tuã i medio coꝛdis mei. s. dedisti ꝑmanentẽ: nec admittit dispẽsationẽ lex naturalis: sicut leges hũane: ꝛ lz Gra. videat casuz ꝓplexitatis exciꝓre: vt. s. cũ ꝙs est ꝓplexus inter duo mala: sit quasi sibi licita eligere minus malũ: ad qđ inducit auctoritatẽ Grego. exponentis illud Job. Nerui testiculoꝝ Leuiathã perplexi sunt: qꝛ suggestionũ illius argumẽta implicatis alligank inuẽtis. i. inuentiõibus ꝓcti: vt pleroꝙz ita peccare facĩãt quatenus si forte ꝓcti fugere apperãt: hoc sine aliquo ꝓcti laqueo nõ euadãt: ꝛ culpã etiã facĩãt dñi aliqua vitant: atqz nequaqz se abꝛna absoluere valeãt: nisi in alia cõsentiãt se ligari. di. xiij. nerui. Et ponit plura exẽpla humane cõuersatiõis. Sed tñ vt dicit glo. sump. in ꝓin. distinctionis: ꝛ bene ꝑm rei veritatem. Nullus potest esse perplexus inter duo peccata mortalia vel venialia: ita quod sit necessariuz alterum eoꝝ incurrere simpliciter ꝛ absolute: quia illud quod quis eligeret facere qđ vitare non posset non imputaretur ei ad peccatũ. Ysaie xxvi. i. reꝓbis nunqz deus redderet interitum: si non spontaneum inueniretur homo habere peccatuz: ait Aug. xxiij. q. iiij. Nabuchodonosoꝛ. Implicaret hoc contradictionem ꝑm. b. Tho. vt aliquis debeat aliquid facere: ꝛ illud sit illicitum. Verum est qđ ꝓsupposita erronea consciẽtia alicuius vel obstinatione in aliquo malo: tunc potest esse perplexus: ꝛ tunc eligendo alterũ illoꝝ: nõ excusatur ꝓpterea a peccato: qꝛ dimittere debuit conscientiam erroneam vel obstinationem. Sicut si quis faceret sibi cõscientiã ꝙ si nõ obedit in omnibus suo superi peccet: ꝛ superiox suus ꝓcipiat sibi vt dicat piuriũ vel mẽdaciũ: ꝛ cõscientia dictat sibi ꝙ debeat obedire: qꝛ erronea est non recusaret eum a peccato: durãte tali ꝓplexitate datur regula. di. xiij. qđ eligat qđ estimat minus maluz. Tertio lex naturalis hz ꝓioritatẽ tpis: est enim prior omni lege creata. Nã vt dicit Gra. dist. vj. in fi. Jus naturale cepit ab exoꝛdio creature rationalis. Jus vero cõsuetudinis post naturalem legem exoꝛdiuz habuit. Ex quo homines conuenientes in vnum simul ceperunt habitare: qđ eo tempoꝛe factum esse creditur quo Cain ciuitatẽ edificasse legitur: qđ cum in diluuio ꝓpter hominum raritatẽ ferre videbatur extinctum: postmodũ a tempoꝛe Nemroth reparatũ: vel potius immutatũ estimatur: cũ ipse simul cũ alijs cepit ceteros oppꝛimere: ꝛ alij sua imbecillitate eoꝝ ditioni ceperunt esse subiecti. Jus autem constitutionis cepit a iustificationibus quas dominus tradidit Moysi dicens. Si emeris seruum hebreum ꝛc. Exo. xxj. De ipso ꝛ de alijs qui fuerunt inuentoꝛes legum humanarum apud diuersas nationes exponit Jsido. dicens. v. Ety. Moyses gentis Hebree primus omnium diuinas leges sacris literis explicauit. Phoroneus rex Grecis primus leges iudiciaq; constituit. Mercurius Trimegistus primus leges Egyptijs tradidit. Solon primus leges Athenẽsibus edidit. Licurgus primus Lacedemonijs iura ex Appollinis auctoritate cõfinxit. Numa Põpilius qui Romulo successit in regno primus leges Romanis edidit. Deinde decem viri electi sunt ex Romanis qui leges Solonis ex libris Grecis in latinum sermonem translatas. xij. tabulis exposuerunt. Leges autem

Latrocinia olim licita germanis.

Duplicit aliqđ ꝺꝛ esse de lege nature.

Secũdo lex naturaliter hz firmitatẽ immutabilitatis.

Quatenus lex naturalis deleꝛbilis.

Perplex⁹ null⁹ põt esse inter peccata.

Lex naturalis hz ꝓioritatẽ tẽpoꝛis.

Condito res legũ.

autē redigere in libris primus cōsul Pōpeius instituere voluit: sed nō pseuerauit metu obtrectatorū. Deide Cesar id facere cepit: sed ante interfectus est. Noue a Cōstātino Cesare ceperunt z reliquis succedētibus factis ex priorib⁹ imperatorib⁹ Codicē fecit. Hec oia Isido. di. vij. per to. Lex euangelica a christo data fuit sub Tyberio imperatore: z postea p apostolos diuulgata vbiq; terrarum. Lex canonica quantū ad canones cōciliorū a tpibus Cōstātini ceperunt: ſm Isid. in. vj. Ety. z distinc. xv. in prin. Decreta z decretales: epistole summoruz pontificū quasi a principio ecclesie ceperunt: vt patet in actibus apostolorum de decisione circa obseruantiam legalium.

¶ Multiplex est bonum qđ lex naturalis docet. Cap. ij.

Lex naturalis ē principatio legis eterne.

Sacrificate sacrificiū iustitie z sperate in dño: multi dicūt quis ostendit nobis bona. Signatuz est sup nos lumen vultus tui dñe. Psal. iiij. Loquit Psal. de lege naturali: ostendēs qūo pcedit a lege eterna: z hz nos regulare. Pro cuius declaratione dicit Tho. j. ij. q. xcj. ar. ij. q lex cū sit quedā regula z mēsura potest esse in aliquo dupliciter. Uno mō sicut in mēsurā te z regulāte. Et sic lex eterna est in deo sicut lex humana est in principe ciuitatis. Alio mō lex pōt esse in aliquo vt in mēsurato z regulato: qz inquantū participat aliquid de regula z mensura intantū regulat z mēsurat. Et sic cū oia q̄ diuine ꝓuidētie subdū tur a lege eterna regulent z mensurentur: ptz q̄ oia participant aliqualiter legē eternā: inquātū scz ex impressiōe eius habēt inclinatiōes in ꝓprios act⁹ z fines. Inter cetera aūt rōnalis creatura excellētiori quodā modo diuine ꝓuidētie subiacet: inquātū ipsa sit ꝓuidētie particeps valēs sibi z alijs ꝓuidere. Unde z ab ipsa participat rō eterna: p quā habet naturalē inclinationē ad debitū actū z finē. Et talis participatio legis eterne in rationali creatura vocat lex naturalis. Unde cū Pō. dixisset. Sacrificate sacrificiū iustitie z sperate in dño: quasi quibusdā querentibus q̄ sint iustitie opera subiūgit. Multi dicunt quis ostēdit nobis bona: cui questioni respondēs dicit. Signatū est super nos lumen vultus tui dñe. q. d. lumē rōnis naturalis: quo discernimus qđ sit bonum z quid malū qđ pertinet ad legē naturalē: nihil aliud est q̄ impressio diuini luminis in nobis: z sic patet q̄ lex naturalis est participatio legis eterne in creatura rationali. Hec Tho. Et in dictis verbis tria notantur.

Deo est cura precipua de creatura rōnali.

¶ Operatio boni precipitur: ibi. Sacrificate sacrificiuz iustitie.

¶ Expectatio auxilij z ꝓmij adijcitur: ibi. Sperate in domino.

¶ Ignorantia agendi excluditur: ibi. Multi dicunt quis ostendit nobis ꝛc.

Immūditia menstruate: culpā anime per voluptates emollite. Immunditia fluxus seminis: culpā superflue vel inordinate seu inutilis locutionis etiā legēdo ꝛ predicādo: vt exponit. Greg. di. xlviij. sit rector. Immūditia cadaueris: peccatū obstinatiōis. Immunditia cōtractus rerū immūdarum cōsensum in peccatū alterius. Fm illud .ij. ad Cor. vj. Exite de medio eorū ꝛ separamini: ꝛ immūdum ne tetigeritis. s. cōsentiendo. Immundū nō tangit q̄ peccato alterius nō assensit: vt dicit Augu. xxiij. q. iij. recedite. Vas nō habēs cooperculū vel ligaturā immundū erat: ꝛ signat non habentē restrictionē disciplīne. Modo videndū est quomodo purgabantur he immūditie peccatorū. Et certū est q̄ per penitentiā. Act. iij. Penitemini vt deleantur peccata vestra. ait Petrus. Lauabis me: inquit Ps. 5cz a qua penitētie: ꝛ super niuē dealbabor. Et hoc figurabatur per illā aquā que dicebatur lustrationis: que miscebatur cinere vitule cōbuste. De qua ait apostolus ad Heb. ix. Si enim cinis vitule aspersus inquinatos sanctificat ad emūdationē carnis. i. ad tollendū illas immūditias corporales: quāto magis sanguis christi emūdabit cōscientias nostras ab operibus mortuis. s. peccatorū. Mādauit dominus Nume. xix. vt acciperet vaccā rufam etatis integre sine macula: ꝛ q̄ nō portasset iugū ꝛ immolaretur. i. occideretur extra castra: ꝛ de sanguine eius intingebat sacerdos digitū: ꝛ aspergebat contra fores sanctuarij septē vicibus. Cremabatur autē illa vacca tota cū sanguine: pelle: carnibus ꝛ fimo: ꝛ adiungebatur cōbustioni eius lignum cedrinū: hysopus ꝛ coccus bistinctus. Et ille cinis vacce reseruabatur ꝛ ponebatur in aquis: ꝛ cū illa aqua aspersi mundabantur a dictis immūditijs. Sed immūdi efficiebantur: ꝛ cremantes vaccam ꝛ cineres colligentes ꝛ aspergentes alios aqua. Spiritualiter. Vacca ista signat dominū Jesum dei sapiētiam: qui dicitur vacca propter assumptam nostrā infirmitatem mortalitatis. Rufa fuit: q̄ plenus charitate: vel q̄ aspersus sanguine in passione. Integre etatis vacca ista erat: quia ois actio eius fuit perfectissima ꝛ in perfecta etate passus est: nulla fuit in eo macula peccati: nec iugum seruitutis. Debebat autem populus adducere ad Moysen: quia imputabant ei transgressionem Moysaice legis in violatione sabbati. Precipitur autem tradi Eleazaro sacerdoti: quia christus occidēdus traditus est in manus sacerdotum. Immolatur extra castra: quia extra portaz passus est. vt dicit apostolus Heb. xiij. Intingit sacerdos digitū in sanguine: eius: quia mysterium passionis christi considerandum cū discretione ꝛ imitandum actiōe est: ꝛ precipue a sacerdotib⁹. Aspergitur sanguis contra tabernaculum designans synagogam: vel ad condemnationem non credentium: vel ad purificationem credentiū: ꝛ hoc septē vicibus: vel propter septē dona spiritussancti que ex sacramentis percepimus: vel per omne tēpus q̄ signatur in septenario. Omnia igne cremāda sunt. i. spiritualiter intelligēda igne spiritussancti. s. instructione. Nam per pellem ꝛ carnē exterior eius operatio: per sanguinē subtilis interna eius virtus viuificans: per fimum lassitudo sitis: ꝛ alia ad infirmitatem pertinentia. Tria addita signāt. Cedrus altitudinem speciei vel contēplationis: hysopus humilitatem vel fidem: coccus bistinctus geminam charitatem. per hec debemus christo passio adherere. Cinis huius vacce est memoria seu virtus christi passi. Colligitur iste cinis a viro mūdo: q̄ reliquie passiōis peruenerunt ad gentes: que nō fuerūt culpabiles in christi passiōe. Apponūtur isti cineres in aquā ad explādum: quia ex passione christi baptismus ꝛ etiā penitētia sortitur effectū emūdandi peccata. Qui autem immolabāt vaccā vel colligebāt cineres: ꝛ qui aspergebāt aquā efficiebantur immūdi vsq̄ ad vesperum: quia Judei in occisione christi effecti sunt immūdi ꝛ peccatores: ꝛ hoc vsq̄ in finē mūdi: q̄ tunc conuertētur ad vesperam: fm Ps. lviij. Vel etiā ad figurandū q̄ qui ministrāt alijs sacramenta in collatione eorū aliquas immūditias cōtrahūt: ꝛ permaxime in sacramentis penitentie: ꝛ hoc vsq̄ ad vesperum id est finem vite presentis. Fiebāt ꝛ alia sacrificia in festo propitiatiōis: scilicet vituli: arietis: ꝛ duorum hircorū ad expiationē peccatorū pro populo ꝛ sacerdotibus designātia passionem christi. Et etiā sacrificia que fiebant a singulis personis pro peccatis: vel ꝛ lepr̄osis mundatis sacramenta erant figuratiua passionis christi: ꝛ etiam sacramentum penitentie ꝛ confessionis que ob breuitatem nūc dimittuntur. Aspergamur ergo hysopo cum aqua lustrationis: id est penitentia: ꝛ sic super niuem efficiemur albi: ꝛ erimus mundati: vt in templum glorie possimus intrare.

Immūditie peccatorum quō mūdantur.

Tres legis cerimonie.

§. IX. De consecratione sacerdotū ꝛ ornamentis eorū ꝛ maculis ꝓhibitis in eis.

Et correspondēt ista sacramēta sacramēto ordinis clericorū et conuersationi eorū. Pro quorū declaratione dicit beatus Tho. j. ij. q. cij. ar. v. Sicut populus ille instituebat ad cultū dei p̄ sacramētū circūcisionis: ita ministri per aliquā consecrationem vel purificationem. Cāñ separari ab alijs precipiūtur quasi specialiter ad mini sterū cultus diuini pre alijs deputati: ꝛ totū qō fiebat in eorum cōsecratione vel institutione ad. hoc ptinebat: vt ostēderet eos habere quandā progatiuā puritatis ꝛ virtutis ꝛ dignitatis. Ad qō facit qō ait Ps. cxxxj. Sacerdotes tui induantur iustitiam: ꝛ sancti tui exultēt. Unde circa institutionem ministrorū tria fiebant que habent rationes literales et rationes figurales.

Consecratio et ordinatio Sacerdotes veteris legis figurabant sacramētū ordinis.

¶ Debebant enim esse a certis maculis liberi.

¶ Debebant varijs ornamentis indui.

¶ Debebant certis sacrificijs et modis purificari.

Tria fiebant circa institutionē ministrorū.

Quantū ad primū mādauit dñs vt qui haberent maculā etiā si essent de genere Aaron: non ministrarēt ei. Ratio literalis huius: q̄ tales solēt hoibus contēptui haberi: ꝛ inde etiam ipse cultus dei. Sed rō figuralis est: q̄ macule ille desinat defectus peccatorū qui tollunt sanctitatē aiarū debitā sacerdotibus. ꝛ descriptionē ministrorū. Leuit. xxj. vbi dicitur. ¶ Homo de semine tuo qui habuerit maculaz nō accedat ad altare: neq̄ offerat panes deo suo. Et subdit singulas describendo. Si cecus. i. ne sit ignorans. Si claudus. i. ne sit instabilis ꝛ ad diuersa se inclinās. Si paruo vel grandi vel torto: naso. i. ne per defectū discretionis in plus vel minus excedat: aut aliqua praua exerceat. Per nasum etiam p̄ quē discernimus odores a fetoribus discretio designatur. Ne sit fracto pede vel manu. i. ne amittat virtutez bene operandi vel procedēdi de virtute in virtutem. Ne gibbus ante vel retro. i. ne superfluum amorē vel laborē habeat ad terrena. Si lippus ne scilicet per carnalem affectū eius ingenium obscurū fiat. Si albuginem habens in oculo ne. s. p̄sumptionem cādoris inscientie habeat in estimatione. Si iugem scabiem. i. petulantiam carnis in opere. Si impetiginem id est litigiosus: impetigo corpus sine dolore occupat: et membrorū tū decorē fedat: vnde ꝛ auaritiam designat. Si hernioſus seu ponderosus: et signat luxuriā in cogitatione. ¶ Hec Tho. vbi. s. Et quasi similem expositionem harū macularum ponit Grego. in pastorali. et in decre. habetur dist. xlix. hinc et em. ꝛ diffusius ibi hec declarant.

Diuersa ornamenta sacerdotum.

Quantum ad secundum voluit deus vt sacerdotes haberēt diuersa ornamenta: vt in maiori reuerentia haberentur a populo: ꝛ sic cultus dei esset in maiori honorificentia ꝛ gloria: ꝛ vt habetur Exo. xxviij. Pontifex habebat nouem ornamenta. Primum vestem lineam. Secūdū tunicā hyacithinam: in cuius extremitate versus pedes ponebantur tintinnabula quedam ꝛ malapunica interta: et ex hyacintho purpura ex cocco bistricto. Tertiū superhumerale quod tegebat humeros et anteriorem partem vsque ad cingulum: quod erat ex auro et hyacintho ꝛ purpura et cocco bistincto ꝛ bysso retorta. Et super humeros habebat duos Onychinos in quibus erant scripta nomina filiorū Jsrael. Quartum erat rationale ex eadem materia factum: qō erat quadratum: ꝛ ponebatur in pectore: ꝛ coniungebatur super humerali. ꝛ in hoc rationali erant duodecim lapides preciosi distincti per quatuor ordines: in quibus erant scripta nomina filiorū Jsrael: quasi ad designandum quod deferrent onus totius populi: et qō debebant iugiter de eorum salute cogitare. Et ideo in pectore. i. rationali in quo mādauit dominus ibi poni doctrinam ꝛ veritatem: q̄ quedā pertinentia ad veritatē iustitie: quedam ad veritatem doctrine ibi erāt scripta. Quintū ornamentū baltheus. i. cingulus quidā factus ex illis quatuor coloribus. Sextum est thyara. i. mitra quedam de bysso. Septimum lamina aurea pēdens in frōte: in qua erat scriptum nomē dei. Octauum erāt feminalia linea vt operirent turpitudinem suā quādo accederet ad altare vel ad sanctuarium. Ex his octo ornamētis sacerdotes minores habebāt tm̄ q̄tuor. s. tunicā lineā: baltheū: femoralia. i. serabulas: ꝛ thyarā. ¶ Horū autem ornamētorum rationem literalem quidam assignant dicentes: quod in his designatur dispositio orbis terrarum quasi pontifex protestaretur se esse ministrum creatoris mundi. Unde et Sap. xviij. dicitur: qō in veste Aarō erat descriptus orbis terrarum. Nam feminalia linea figurabant terrā ex qua linū nascitur. Baltheī circūuolutio significat mare oceanū qō circūit terrā. Tunica hyacinthina suo colore signat aerem: per cuius tintinnabula tonitrua et per malagranata coruscationes. Superhumerale sua varietate celum sydereum. Duo Onychini duo hemispheria vel

duo luminaria magna solem et lunam. Duodecim lapides in rationali: duodecim signa in zodiaco: q̄ in celestib⁹ sunt rōnes eternoꝝ. Lydaris vel thyara celum empyreū. Lamina aurea: deū oibus psidētē. Ratio autem figuralis horū est: q̄ ista designant ornamēta virtutū: quibus debēt ministri esse induti. i. habituati: que oia continētur in iustitia. Et ideo bene dicitur. Sacerdotes tui induantur iustitiā. Ut enim dicit Gratia. dist. xlv §. j. Multis virtutibus debet splendere vita pontificis: vt gradui cō ferat decorem quē ab eo non accepit: non enim loca: sed vita et mores sanctum faciunt sacerdotē. Unde ex officio suscepto non licentiam peccādi: sed necessitatē bñ viuēdi se nouerit assecutū. Et in minoribus sacerdotibus debēt esse quatuor. Castitas signata per feminalia. Abstinentia signata per cingulum. Linea tunica. i. moderatio discretionis. Et thyara recte intētionis in capite. i. in mente. Sed pontifices debent pre alijs habere predicta z alia quatuor. s. iugem dei memoriā in cōtemplatione: z hoc signatur in lamina. Supportationem populi per patiētiā: z hoc in suphumerali. Tertio q̄ habeat populum in corde z viscerib⁹ charitatis: qō signatur per rōnale. Gratia. autē addit: q̄ in corde eius debet esse manifesta veritas. s. scripturarum: p id qō ibi scriptuꝝ erat. dist. xxxvj §. ij. Debet vltimo habere celestem cōuersationem: quod signatur per tunicā hyacinthinam. Tintinnabula aurea que erāt adūcta in fine vestis signāt exercitium predicationis de sapientia scripture. Et malagranata interta signant vnitatem fidei et morum: vel q̄ in predicatione debet cauere scādala: diuisiones: et querere vnitatem. Quantum ad tertium pro consecratione eorum fiebant quedam. Et primo purificabantur omnes per ablutionem aque z quedam sacrificia facta pro eis specialr leuite. Secundo radebant oēs pilos carnis sue: vt habetur Num. viij. Tertio consecratio pontificis z sacerdotum hoc ordine fiebat. Post ablutionem predictam induebātur vestimentis prenominatis: ad designādum dignitatem suā. Specialiter autē pontifex inūgebatur in capite vt designaretur q̄ ab ipso diffundebatur potestas cōsecrandi in alios: sicut oleū a capite deriuatur in infertora: iuxta illud Ps. cxxxij. Sicut vnguentum in capite. Leuite vero non habebant aliā consecrationem: nisi q̄ offerebantur domino a filijs Israel per manus pontificis qui orabat p eis. Minoꝝ vero sacerdotum sole manus consecrabantur: que erant applicande ad sacrificia. Et de sanguine animalis immolati tingebatur extremū auricule dextre eorū: et pollicis pedis dextri: vt scilz essent obedientes legi dei in oblationibus sacrificioꝝ: qō signat in intinctione dextre auricule: et q̄ essent soliciti et prompti in executione sacrificioꝝ: et in signū huius intingebat extremū pedis z manus. Ipsi etiā et vestimenta eorū aspergebātur sanguine animalis immolati memoriā sanguinis agni p quē fuerūt liberati ex Egypto. Offerebantur autē in cōsecratione eorū ista sacrificia: vitulus p peccō in memoriā remissionis peccati. Aarō circa vitulū constatilem. Aries in holocaustū in memoriā oblationis Abrae cuius obedientiā deberēt imitari. Aries cōsecrationis qui erat quasi hostia pacifica in memoriā liberationis de Egypto p sanguinem agni. Canistrū panū in memoriā māne date. Pertinebat autem ad applicationē ministerij q̄ imponebatur super manus eorum adeps arietis z torta panis et armus dexter: vt ostēderet q̄ accipiebant ptātē hmōi offerendi. Leuite vero applicabantur ex hoc q̄ introducebantur in tabernaculum federis: quasi ad ministrandū circa vasa sanctuarij. Ratio figuralis horū est q̄ illi qui sunt consecrādi ad spūale ministeriū christi debēt primo purgari per aquā baptismi z lachry marū in fide passionis christi: z debent radere oēs pilos carnis sue. i. omnes prauas cogitationes a se remouere: debent vngi oleo gratie spiritussancti atq̄ aspersione sanguinis christi per memoriam passionis: z sic accedere ad ministrandum cum obedientia ad legem dei et diligentia agendoꝝ. Inunctio autem in capitibus pontificum z manibus sacerdotum adhuc fit in ecclesia: sed ob aliam causam. vt extra de sacra vnc. c. j. Sacerdotes ergo induātur iustitia isto modo: et sancti facti per illam consecrationis figurationem habitam in se: exultabunt in gloria.

Ratio figuralis.

Quatuor debēt esse in minoꝝb⁹ sacerdotibus.

Ratio figuralis.

¶ De preceptis iudicialibus ipsius legis. Cap. vj.

TErtia pars legis Moysaice est de preceptis iudicalib⁹ que habent Exo. xxj. z xxij. de quib⁹ pōt intelligi illud Ps. xviij. Iudicia dñi vera iustificata in semetipsa: desiderabilia super aurū z lapidem preciosum multum. et hoc propter maximam equitatē et humanitatē quā cōtinēt. Judicia. i. precepta iudiciaria dñi: q̄ a dño instituta. vera: q̄ nō pñt continere errorem sicut iudicia hoim in suis statutis. Justificata in semetipa: q̄ habent causas z rōnes valde iustas: quare sic instituta sunt. Et no. vt dicit Tho. j. ij. q. ciij. Sicut ante legem Moysaicā fuerūt habita et seruata quedā cerimonialia ad cultum dei a sanctis hoibus: vt ptz de sacrificijs factis per Noe: Abrāā: z alios: et altarib⁹ erectis: ita etiam fuerunt habita quedā iudicialia inter eos: sed nō erāt illa iudicialia ex institutione diuina sed humana: vt sunt modo statuta ciuitatum. Sic etiā illa cerimonialia nō fuerūt p institutionē dei: sed per deuotionē colētū deum ad hoc instigatoꝝ ex instinctu diuino. Differunt aūt iudicialia a cerimonialibus in trib⁹: in determinatione: in figuratione: et in obseruatione. Ex primo scz determinatione sunt in se iustificata: q̄ a deo ordinata. Ex secō scz obseruatione: vt q̄ ab hoib⁹ assumuntur: sunt desiderabilia sup aurū: quia valde vtilia reipublice. Ex tertio scz figuratione sunt dulciora super mel z fauum: quātū ad expositionē mysticam z moralē. Primo differūt: quia cerimonialia ordinant hoiem ad debitum cultū dei. Judicialia aūt ordinant ad debitū cōuictū cū primo. Sed p huius maiori declaratiōe dicit beatus Tho. j. ij. q. ciij. ar. j. q̄ preceptoꝝ cuiuslibet legis q̄dā habēt vim obligādi ex ipo dictamine rationis: q̄ scilz ipa rō naturalis dictat hoc esse debitum: fieri vel vitari: z hmōi dicūtur pceptra moralia: eo q̄ a rōne ducuntur mores humani. Alia vero precepta sunt que nō habēt vim obligādi ex dictamine rōnis: q̄ in se considerata non habent absolutā rōnē debiti vel indebiti: sed habēt vim obligādi ex ipsa institutione diuina vel humana: et huiusmodi pceptra sunt determinationes moraliū preceptoꝝ. Et si determinant moralia ex institutione diuina in his p que hō ordinatur ad deū: talia dicunt cerimonialia. Si aūt determināt moralia in his que pertinent ad ordinationē hoim adinuicem: talia dicūtur iudicialia. Et in his duobus consistit rō iudicialiū preceptoꝝ: vt scz non habeāt vim obligandi ex ipsa naturali rōne: sed ex institutione: z p hoc differunt a moralibus. Secūdo vt pertineant ad ordinationē hoim adinuicē: z sic differūt a cerimonialibus preceptis. Per hoc aūt differunt iudicialia ista a legib⁹ z statutis ciuitatū: quia illa sunt ex institutione dei: hec aūt ex institutione hoim: et dicuntur iudicialia non solū que pertinent ad lites iudicioꝝ: sed etiā quecūq̄ pertinent ad ordinationē hoim adinuicē que subest ordinationi principis alicuius seu officialis. Scō differūt iudicialia a cerimonialibus in figuratiōe: q̄ scilicet cerimonialia figurabāt primo et per se: iudicialia aūt scōario z ex cōsequēti. Pro cuius declaratione dicit beatus Tho. j. ij. q. ciij. art. ij. q̄ dupliciter dicit aliquod pceptū figurale. Uno mō primo z p se: q̄ scz principaliter est institutū ad aliqd figurandū. z hoc modo cerimonialia sunt figuralia. Ad hoc etiam sunt instituta vt figurarent aliquid pertinēs ad cultum dei z ad mysteria christi. Alio mō dicitur preceptū aliqd figurale non primo z p se: sed ex cōsequēti: z hoc mō iudicialia sunt figuralia: nō eīm fuerūt principaliter instituta ad aliquid figurādū: sed ad ordinādū statū illius populi sm iustitiā z equitatē. Sz ex cōsequēti aliquid figurabāt inquātū status illius populi qui p hmōi pcepta disponebat: figuralis erat: sm illud. j. ad Cor. x. Oia in figurā cōtingebāt illis. Quia eīm ille populus erat electus a deo: vt ex eo christus nasceretur: ideo oportuit statum illius populi esse ppheticū z figuralē: vt ait Augu. Et ideo iudicialia illi populo tradita fuerunt magis figuralia q̄z iudicia aliorū populoꝝ. Sicut etiam z bella z gesta illius populi exponuntur mystice: nō autem bella vel gesta Assyrioꝝ vel Romanoꝝ q̄ fuerunt magis famosa sm homines. vñ z Grego. dicit. xxiij. q. j. c. ij. Nisi bella illius populi significarent bella spiritualia demonū cōtra nos: nequaq̄ ecclesia libros illos qui narrāt illa bella: vt Regū. Josue: z alioꝝ: p poneret legenda. Et sic iudicialia pcepta a doctoribus super Exo. in glos. exponerentur allegorice z moraliter. Tertio differunt iudicialia a cerimonialibus in obseruatione. Nā quāuis vtraq̄ in nouo testamento sint mortua: q̄ euacuata ab obligatione per aduentū christi: tñ cerimonialia non solū sunt mortua: sed etiā mortifera post diuulgationē euangelij. Et rō est: q̄ vt dictum est: illa cerimonialia sunt figuralia principaliter instituta ad figurandū christi mysteria vt futura: vñ ipsa mō seruare esset protestari cōtra veritatē fidei ac si nondum essent implera. Sed iudicialia ita sunt mortua quod nō mortifera. Nam si quis princeps vel ecclesia vellet aliquid ex illis iudicialibus assumere p suo statuto seruando in ciuitate tāquam iustum z vtile: nō peccaret

Judicialia a cerimonialibus in tribus differunt.

Preceptum figurale dicit dupliciter.

Ecclesia q̄re recitat bella.

caret q illud seruaret: nisi hoc faceret ipse vel ab alijs mandari seruaret: quia in lege Moysaica cõtentũ z inde obligatoriũ: tũc eñ intẽtio esset mortifera. Jdeo aũt iudicialia nũc sunt mortua z nõ obligãt: q cũ instituta essent ad disponẽdũ statũ illius populi qui ordinabatur ad christũ: mutato isto statu populi: christo aduenięte ipsa iudicialia nõ obligant. Fuit enim lex pedagogꝰ ducẽs ad christũ ꝑ apostolum Gal. iij. sed q huiusmodi precepta (vt dictũ est) non ordinabantur principaliter ad figuranduz christi mysteria: sed ad aliquid faciendũ secõm iustitiã: ideo ipsorum obseruatio non ita preiudicat fidei veritati absolute. Sed nunc si intentio obseruandi esset: vt quia in lege Moysaica mandatum: hoc enim preiudicaret veritati fidei: quia per hoc haberetur q status prioris populi adhuc duraret: z christus nõdum venisset. Unde apostolus ad Heb. vij. ait. Translato sacerdotio necesse est q legis translatio fiat scilicet quo ad totaz. Ubi dicit Augu. Quia enim simul z ab eodem z sub eadem spẽciẽ, vtraqz data sunt: quod de vno dicitur: necesse est vt de altero intelligatur. extra de constitutio. translato.

§. I. Fit autem quadruplex distinctio horũ ꝑceptorũ iudicialiũ ꝑm distinctionẽ ordinationis hũane: vt ponit bea. Tho. j. ij. q. cliij. art. iij.

Inuenit in populo ꝙdruplex ordo.

Quadruplex eñ ordo in populo potest inueniri. Primus ordo est principũ populi ad subditos: z ꝑm hoc dantur quedã precepta iudicialia de institutiõe principũ z officiorũ eorũ z reuerentia eis exhibẽda: z hec est vna pars eorum. Secũdus ordo est subditorum adinuicem: z secõm hoc dantur quedã alia precepta pertinentia ad cõmunes adinuicem: puta circa emptiones: venditiones iudicia z penas z hmõi: z hec est secunda pars iudicialiũ. Tertius ordo est eorũ qui sunt de populo quo ad extraneos: z ꝑm hoc dantur quedam alia precepta pertinentia ad extraneos: puta de bellis contra hostes: et de susceptione peregrinorum z aduenarũ: z hec est tertia pars. Quartus est ad domesticos: vt vxoris ad virũ: patris ad filium: domini ad seruum. et ꝑm hoc dantur alia precepta pertinentia ad domesticã conuersationem: sicut de filijs: vxoribus z seruis: z hec est quarta pars. Et de singulis ponetur in sequenti §. sed breuiter. Et notandũ q aliqua ex his iudicialibus preceptis ecclesia sumpsit pro suis constitutionibus in diuersis titulis decretalium: z precipue in quinto libro vnde obligant vt statuta ecclesie: non vt in lege Moysaica mandata. Et primo extra de adult. c. j. dicitur. Si seduxerit quis virginẽ necdum desponsatam dormieritqz cum ea: dotabit eam z habebit in vxorem. Si vero pater virginis dare noluerit pecuniam reddet id est dabit pecuniã iuxta morem vel modũ dotis quam virgines recipere cõsueuerunt. Gloss. ibi dotabit id est donationẽ propter nuptias assignabit et: vel potius pecuniam dabit mulieri quam pro dote sibi reseruabit: qđ fieri potest. ff. de donatio. inter vi. z vxo. si quis vxori. Etiã si cũ ea nõ contrahat: nihilominus habebit illaz pecuniã. Gloss. super illud. habebit eam in vxorẽ. f. si pater ei dare voluerit z ipsa cõsenserit: vel si ipse eam accipere voluerit: alias punietur: prout continetur. c. seq. f. peruenit. Gloss. super illud iuxta modũ qui estimabitur iuxta facultates ipsius z dignitatẽ puelle. Et illo. c. peruenit. dicit gloss. talis nõ cogitur illam accipere in vxorẽ si noluerit. Sed q illam decepit alias punietur. Et ꝑm leges si per vim hoc egerit punietur morte. institu. de publi. iudiꝯ. sinautem. Si decepit puellã relegatur vel si est vilis persona verberatur: ꝑm q iudici visum fuerit. institu. eoꝯ. ij. Scõm canones si nõ acceperit excõmunicatur quousqz visum fuerit superiori: z in monasterium ad agendũ penitentiã ad tẽpus retruditur: vt dicitur in. d. c. peruenit. Jtem in titu. De fur. c. j. dicitur. Qui furatus fuerit hominẽ z vendiderit eũ cõuictus noxe: morte moriat. Etiam gloss. super illud hominẽ. f. liberũ. nã qui furatur seruũ hac pena non tenetur. ff. ad. l. fal. de pla. l. vlti. Et ꝑm canones hec pena nõ imponitur. extra de rap. in archiepiscopatu. vbi dicitur q pro certis excessibus episcopi possunt certã penã pecuniariã imponere z flagellis afficere: ea moderatione habita q flagella in vindictã sanguinis transire nõ videãtur. Sed vbi est ita grauis excessus q mortem z membrorũ detrũcationẽ mereatur reus sustinere reseruent illa potestatibus secularibus. Et si episcopus habet iurisdictionem temporalẽ: causas sanguinis demãdet et cui huiusmodi cõperat: vt ibi dicit gloss. Jtẽ in ti. de intu. z vã. da. c. j. dicitur. Si rixati fuerint homines: z percusserit alter proximũ suum lapide vel pugno: z ille mortuus nõ fuerit: si iacuerit in lecto: q percusserit operas eiꝰ z impẽsas in medicos restituat. Exo. xxj. Gloss. ibi. operas missas z impẽsas in curatione prestabit. Jtem si quis aperuerit cisternã z foderit z nõ operuerit eã: ceciderit qz bos vel asinus in eã: dñis cisterne redderet ꝓtiũ iumẽtorũ. Qđ aũt mortuũ fuerit, ipsius erit. extra eo. ti. Glo. ibi. si hoc fecerit in publico: nã si in occulto vbi consueuerunt fieri non teneꝯ. Ratio primi est: q occasionẽ dãni dedit. Jtez si bos cornupeta esset ab heri z nudiustertius: z non custodiuit eũ dñs suus: reddet bouẽ pro boue: z cadauer integrũ recipiet. Exo. xxj. z. e. ti. Glos. super illud. non custodierit sup. si bouẽ alterius occiderit tenebit: q non adhibuit diligẽtiã quã debuit. Jtẽ si leserit quispiã agrũ vel vineã: z dimiserit iumẽtũ suũ vt depascat aliena: pro damno estimationem restituet. Glos super illud estimationem. vltra estimationem enim non tenetur: expellere debet animal quod dãnum dedit tãqz suũ non includere: cũ dominus eius teneatur ad dãnũ. Jtẽ si egressus ignis cõprehendat aceruos frugum: siue stãtes segetes in agris: reddet dãnũ qui ignẽ succẽderit. Exoꝺ. xxij. eo. ti. Glo. super reddet. Si fuerit in culpa cũ ignẽ apposuit nec adhibuit diligẽtiã quã debuit. ff. ad. l. aqui. qui occidit. alias si nihil de contingentibus omisit non tenetur infra eo. ti. c. vlti. Jtem in ti. de homi. c. j. Si quis per industriam occiderit proximum suũ: z per insidias: ab altari meo euellas eum vt moriatur Exoꝺ. xxj. Glos. super illud per industriam. secus si casu. ar. xv. q. j. si quis nõ tratus. Jnsidias. Iste talis insidians si occidit nõ habet immunitatem ab ecclesia. f. vt non possit extrahi: quod forte intelligitur quando hoc agit in ecclesia.

Exo. xxij

§. II. De ratiõe preceptorũ iudicialiũ legis Moysaice que pertinent ad principes. Pro quorum declaratione dicit be. Tho. j. ij. q. cv. q circa bonã ordinationem principũ in aliqua ciuitate vel regno duo sunt attẽdenda.

Circa bonã ordinationem ciuitatis duo sunt cõsiderãda.

Quorũ vnũ est vt oẽs habeant aliquã partem in principatu: per hoc enim conseruatur pax populi: z oẽs talem ordinationẽ amant z custodiũt: vt habeꝯ in. ij. Politic. Aliud est qđ attenditur iuxta speciem regiminis vel ordinatiõis principatuũ: cuius cũ sint diuerse species: vt ꝑs tradit in. iij. Pol. Precipue tamẽ est regnũ in quo vnus principatur ꝑm virtutẽ. Uñ dicit pluralitas principatuũ mala vnus ergo princeps. Et aristocratia. i. potestas optimorum in qua aliqui principanꝯ: pauci tñ ꝑm virtutẽ. Uñ optima ordinatio principum est in aliqua ciuitate vel regno: in quo vnus preficitur ꝑm virtutẽ quõ oĩbus prosit: z sub ipo sunt aliqui principantes secõm virtutẽ: tũ quia talis principatus ad oẽs pertinet: tum q ex oĩbus eligi possunt: tum quia etiã ab omnibꝰ eliguntur. Talis est optima politia bene cõmixta ex regno inquantũ vnꝰ ꝑest. Et aristocratia inquantum aliqui principanꝯ secõm virtutem. Et ex democratia. i. potestate populi inquantũ ex popularibus possunt eligi principes: z ad populum pertinet electio principum: et hoc fuit institutum secundũ legem diuinã in illo populo Judeorũ. Nã Moyses et eius successores gubernabãt populũ quasi singulariter oĩbus principantes: qđ est quedã species regni. Eligebantur aũt septuaginta seniores secũdũ virtutẽ. Uñ dicitur Deute. j. Tuli de tribubus vestris viros sapientes z nobiles: z constitui eos principes: hoc erat aristocraticũ: sed democraticũ erat qđ isti de omni populo eligebantur. Dicit enim Exo. xviij. Prouide de omni plebe viros sapientes: z etiã ppls eligebat. Uñ dicitur Deut. j. Date ex vobis viros sapientes. Et sic patet q optima fuit ordinatio principũ quã lex posuit. Et cũius ordinatio populi precipue depẽdeat ex maximo principatu. i. principali rectore: vt dicit ꝑs in. iij. Poli. tamẽ q ille ppls sub speciali cura dei regebatur. Uñ dicit Deut. vij. Ente elegit dñs deꝰ tuus: vt sis ei ppls pecullaris. Jdeo institutionẽ summi principis sibi dominus retinuit nõ lex ipa determinauit. Et hoc est quod Moyses petiit Num. xxvij. Prouideat dominus deus spirituum oĩs carnis hoiem qui sit super oẽm hanc multitudinem. Et sic ex dei ordinatione institutus est Josue in principatu post Moysen. Et de singulis iudicibus qui fuerunt post Josue legitur, qđ deus suscitauit populo saluatorem. Et q spiritus dñi fuit in eis. vt patet lib. Judi. De rege aũt commisit populo cõstitutionẽ sed sibi reseruauit electionẽ. Unde dicitur Deut. xvij. Eũ cõstitues regẽ quẽ elegerit dñs deus tuus. Quõ aũt se debeant habere reges et alij presides ostendit ꝑs. ij. dicens. Et nũc reges intelligite: erudimini qui iudicatis terram. Seruite dño in timore. Regnũ vtique est optimum regimen populi: quia hmõi regimen maxime representat regimen dei quo vnus mundum gubernat: z hoc est verũ si nõ corrũpatur. Sed propter magnã potestatẽ que regi conceditur de facili degenerat in tyrannidem: nisi sit perfecta virtus eius cui talis pote-

Politia q̃ sit optima.

Cẽsura legis z canonum.

Exo. xxj.

Ibidem.

stias conceditur. Perfecta aũt virtus in paucis inuenitur: ꝛ precipue in Judeis qui erãt crudeles ꝛ ad auaritiam pronj: ꝙ que maxime hoies in tyrannidẽ decidunt. Et ideo dñs a principio eius regẽ nõ instituit plena potestate: sed iudicem et gubernatorem: ꝛ postea regem ad petitionẽ ppli quasi indignatus concessit: vt patet per ea que dixit ad Samuelẽ. j. Reg. viij. Non eũ te sed me abiecerũt ne regnẽ super eos. Instruxit tñ a principio circa regem instituẽdum. Primo de modo eligendi: vt sz quando in eius electione expectarent iudiciũ dñi: ꝛ vt nõ facerent regem alterius gentis: quia tales reges solent parũ affici ad gentem cui preficiuntur: ꝛ per consequens parum curare de eis. Secundo ordinauit circa reges institutos qualiter deberent se habere ad seipsos. ſ. vt non multiplicarent currus ꝛ equos ꝛ vxores et diuitias immensas: quia ex cupiditate hoũ facile principes decidũt in tyrãnidẽ ꝛ iustitiã dereliquũt. Tertio qualiter se deberent habere ad deũ vt sz semper legerent et cogitarent legem dei: vt semper essent in timore dei ꝛ obedientia. Seruite dño in timore. Instruxit etiam qualiter deberent se habere ad subditos: vt sz nõ superbe contẽnerent ꝛ oppⁿmerent et a iustitia declinarẽt. Võ autẽ dixit dñs ppl̃o per Samuelẽ. j. Reg. viij. Hoc erit ius regis qui imperaturus est vobis: filios vestros tollet sibi in seruos: tribunos ꝛ centuriones. Illud ius nõ acquiritur regi ex institutione diuina: sed magis ibi pronuntiatur vsurpatio regum: qui sibi iniquum ius constituit. in tyrannidem degenerantes: et subditos deprehendantes

De institutiõe regis.

§. III. De ratione et cõuenientia

iudicialium preceptorũ quantũ ad populariũ hoim conuictũ illius ppli. Oia em̃ talia precepta inueniũtur esse ꝑm rationẽ: et plena equitate et charitate. Et necesse intentio legis: assuefacere hoies per eius precepta: vt sint bene cõmunicatiui adinuicẽ ꝛ faciliter: vt sic conseruetur amicitia et pax inter eos. Cũ in cõmendationẽ taliũ preceptorũ dicit in ꝑs̃. cxlvij. Nõ fecit taliter omni nationi. ſ. deus qualia fecit populo Jsrael: ꝛ iudicia sua .i. precepta iudicialia non manifestauit eis. Pro cuius declaratione dicit Tho. j. ij. q. cv. ar. ij. ꝙ ꝑm Aug. in. ij. li. de ciui. dei. c. xxj. Tullius diffiniẽs quid sit ppl̃s dicit: ꝙ est cetus multitudinis iuris cõsensu ꝛ vtilitatis cõmunitate sociatus. Cũ ad rationem populi pertinet vt cõmunicatio hoim adinuicẽ iusti preceptis legis ordinetur. Est aũt duplex cõmunicatio hoim adinuicẽ: vna que fit propria auctoritate principũ: alia que fit propria auctoritate priuatarũ personarũ. Et quia voluntate vniuscuiusq; disponi põt qđ est subditũ eius potestati: ideo auctoritate principũ quibus subiecti sunt hoies: oportet ꝙ iudicia inter homines exerceantur ꝛ pene malefactoribus inferantur. Potestati autẽ priuatarũ personarũ subdunt̃ res posse: ꝛ ideo ꝓpria voluntate in his possunt sibijnuicem cõmunicare: puta emendo: vendendo: donãdo: ꝛ alijs hmõi modis. Circa cõmunicationẽ autẽ lex sufficienter ordinauit. Statuit enim iudices: vt patet Deut. xvj. Judices ꝛ magistros constitues in omnibus portis tuis quas dñs deus tuus dederit tibi per singulas tribus tuas: vt iudicẽt populum iusto iudicio. Jnstituit etiã iustũ iudicij ordinẽ ꝛ sine acceptione personarũ. Cũ dicitur Deut. j. Võ iustum est iudicate: siue ciuis ille: siue peregrinus nulla erit ꝓsonarũ distãtia. Et ꝙ iudices ad hoc inter homines constituunt̃: vt determinẽt quod ambiguũ est inter homines cum ambiguus sit duplex: ꝙ vel apud simplices: vel etiã apud peritos ꝛ doctos: ideo vtrisq; prouidit lex. Nam ad dubia communia tollẽda mãdauit. Deut. xvj. vt iudices et magistri cõstituerent̃ per singulas tribus ad iudicandum populũ. Ad tollendũ scõm dubiũ. ſ. quod est apud peritos: statuit lex vt omnes recurrerẽt ad locum principalem a deo electũ: in quo summus sacerdos erat: qui determinaret dubia circa cerimonias diuini cultus. Et summus iudex populi rex vel iudex: qui determinaret quoad iudicialia: sicut etiam nunc per appellationem ab inferioribus iudicibus ad superiores cause deferuntur. Cũ Deut. xvij. dicitur. Si difficile ꝛ ambiguum apud te iudicium esse prosperis inter sanguinem ꝛ sanguinẽ: causaz ꝛ causaz: lepr̃ã: ꝛ lepr̃ã: iudiciũ q̃ intra portas uas sunt videris verba variari: surge ꝛ ascende locũ quẽ elegerit dominus deus tuus. Sustulit etiã occasiones intulit iudicij. ſ. per munera dũ ait. Non accipiat munera. ſ. iudex: ꝙ munera excecant oculos sapientũ: ꝛ peruertũt verba iustorũ. Deut. xvj. Quã uis enim sit possibile duos vel tres testes im̃ mendacio conueniremon tñ est facile vel probabile ꝙ cõueniant: ꝛ precipue si eorum testimonia nõ vacillẽt: nec alias sint suspecti. Et ad hoc ꝙ de facili testes a veritate nõ declinarent: instituit lex vt diligẽtissime examinarentur: ꝛ ideo accipit testimoniũ eorũ tãq; verũ. Nã in negotijs humanis ꝑm ꝑ̃m nõ põt haberi ꝓbatio demõstratiua ꝛ infallibilis: sed sufficit cõiecturalis ꝓbabilitas ꝑm qđ rector suadet. Etiam lex instituit certas penas pro certis delictis: vt infra dicetur. Circa res vero possessas optimũ est scõm ꝑ̃m in. ij. Politi. ꝙ possessiones sint distincte: vt vsus sit partim cõmunis: partim per volũtatem possessorum cõmunicetur. Et hectria fuerũt in lege statuta. Primo enim ipse possessiões erãt diuise per singulos. Dicit em̃ Nu. xxxiij. Ego dedi vobis terrã quã sorte diuidetis vobis. Et ꝙ per possessionũ irregularitatẽ plures ciuitates destruunt̃: vt dicit ꝑ̃s. ij. Politi. ideo circa possessiones regulandas triplex remediũ lex instituit. Unum sz vt scõm numerũ hoim diuiderentur equaliter. Cũ dicit Nu. xxxiij. Pluribus dabitis latiorem: ꝛ paucioribus angustiorem. Aliud remedium fuit: vt possessiones imperpetuum nõ alienarentur: sed certo tempore redirent ad suos pristinos possessores. ſ. non confunderentur sortes possessionum. Si ergo cõcessit lex vt necessitatibus occurrentibus possent sibi homines ꝓuidere ꝙ ad certum tempus alienari possent. Sed ne cõfunderentur sortes tribuum in iubileo: saltẽ oportebat ꝙ reuerterentur ad priores possessores. Excipiebantur domus vrbane: ꝙ imperpetuũ poterãt vendi. Et ratio est: quia non erant domus ita sorte distincte vt possessiones. Tertiũ remediũ erat ad tollẽdũ hmõi confusionẽ: vt primi succederẽt morientibus. Et primo qđ gradu fili⁹: scõo filia: tertio fratres: quarto patrui: qnto quicũq; ꝓpinqui. Et ad distinctionem sortiũ conseruandã vlterius lex statuit vt mulieres que sunt heredes nuberent hoibus sue trib⁹: vt habeẽt Num. xxxvj. Nõ aũt statuit lex ꝙ mulieres succederent in bonis paternis: nisi in defectu masculorũ. Tũc autez fuit necessariũ vt mulieres succederẽt in cõsolationem patris: cui fuisset graue ꝙ ad extraneos hereditas deuolueretur: sed vt dictum est: nõ poterant nubere nisi in tribu sua. Scõo statuit lex vt quantum ad aliqua vsus rerum esset cõis. Et primo quantũ ad curã. Preceptũ est em̃ Deut. xxij. Non videbis boue fratris tui aut ouẽ errantẽ ꝛ preteribis: sed reduces fratri tuo: ꝛ sic de alijs. Secũdo quãtum ad fructũ. Cõcedebat em̃ cõuenienter quantũ ad oẽs vt ingressus in vineã amici posset comedere licite non autem extra ferre. Intendebat enim lex assuefacere hoies: vt sibijnuicẽ de facili sua cõicarẽt. Nõ aũt est de facili suorũ cõmunicatiuus: qui non sustinet ꝙ ꝓximus modicũ qđ de suo accipiat absq; magno detrimẽto: secus autẽ cũ magno dãno. Et ideo prohibebat lex extra portare: sed nõ in vinea comedere. Quãtum autem ad pauperes mãdabat lex vt relinquerent̃ manipuli oblit⁹: et racemi remanentes in ipsis: vt ptz Leui. xix. ꝛ Deut. xxiij. Tertio statuit lex cõlocationem factã per eos qui sunt dñi rerũ. Et vnã quidem cõlocationẽ pure gratuitã. Cũ dicit Deut. xxiij. Anno tertio separabis aliã decimã ex oibus que nascuntur tibi eo tpe et repones intra tanuas tuas: venietq; leuites qui aliã nõ habet partẽ nec possessionẽ tecũ: et peregrinus ac pupillus ꝛ viduas qui intra portas tuas sunt: ꝛ cõedent ꝛ saturabuntur. Aliã vero cõlocationẽ cũ recompensatione vtilitatis: sicut per emptionẽ: venditionem: locationẽ: mutuũ: depositũ: de quib⁹ oibus inueniunt̃ ordinationes in lege. Intẽtio legis erat vt sibijnuicem hoies in necessitatibus de facili subuenirent ꝙ hoc est maxime amicitie fomentũ. Et hanc facilitatem subuenienti non solum statuit in his que gratis ꝛ absolute donantur: sed etiã in his q̃ mutuo cõceduntur: ꝙ hmõi subuentio frequẽtior est ꝛ pluribus necessaria. Hmõi aũt subuentionis facultatẽ multipliciter ĩstituit. Primo. quidem vt faciles se preberẽt ad mutuũ exhibendũ: et ne a tali retraherẽt se anno remissionis appropinquãte. vt habetur Deu. xv. Secundo ne eum cui mutuo concederẽt grauarẽt: vel vsuras: vel etiã aliqua pignora oinovite necessaria accipiẽdo. Et si accepta fuerint ꝙ statim restituerentur. Dicit etiã Deut. xxiij. Non fenerabis fratri tuo ad vsuraz. Et. xxiij. Nõ accipies loco pignoris inferiorẽ ꝛ superiorẽ molã: ꝙ aiam suã apposuit tibi. Et Exo. xxij. dicit. Si pignus a ꝓximo tuo acceperis vestimentũ: ante solis occasum reddes eis. Tertio vt non importune exigerent: vt dicit Exo. xx. Si pecuniã mutuo dederis ppl̃o meo pauperi qui habitat tecũ nõ vrgebis eum quasi exactor. Et propter hoc etiã mãdat Deut. xxiij. Cũ repetes a proximo tuo rem aliquã quã debet tibi: nõ ingredieris domũ eius vt pignus auferas. Quarto instituit ꝙ in. vij. anno debita penitus remitterentur. Probabile em̃ erat ꝙ illi qui commode reddere possent ante septimum annum redderẽt: et gratis mutuantes non defraudarẽt:

Communicatio popli legis precepta ordinãda est.

Lex pia in pauperes.

Deute. xxiij.

Hoc pertinet circa medium distinctionem possessionum.

Nota de Triplex remedium ponitur circa possessiones regulandas.

defraudarēt: si autē omnino impotētes essent eadem ratiōe erat eis de nouo dandū propter indulgētiā. Circa vero animalia mutuata hoc lex statuit: vt propter negligentiam eius cui mutuata sunt si in ipsius absentia moriātur vel debilitātur reddere ea cōpellatur. Si vero eo presente ⁊ diligēter custodiēte mortua fuerint vel debilitata: nō cogebantur restituere ea: ⁊ maxime si erant mercede cōducta: q̄ ita etiā potuit mori seu debilitari apud mutuantē. Hoc obseruandū erat quādo animalia erāt mercede cōducta: q̄ tunc habebat certū pretiū pro vsu animaliū: vnde nihil accrescere debebat per restitutionē animaliū: nisi propter negligentiaz custodiētis. Et quia hec est differentia inter mutuum ⁊ depositum: quia mutuū traditur in vtilitatē eius cui traditur: sed depositū in vtilitatē deponentis: ideo magis arctabāt aliq̄s in certis casibus ad restituendū mutuū q̄m ad restituendū depositū: q̄ de maiori negligentia tenebatur is qui recipit mutuū q̄m depositarius qui nō tenebatur nisi de furto vt ptz Exo. xxij.

De aialibus mutuatis et inductis.

Depenis p delictȝ.

Penis que inferebātur per iudicialia precepta legis pro diuersis delictis. Nota ſm Tho. vbi. s. q̄ nō solū propter grauitatē culpe: sed etiā propter alias causas grauis pena infligitur. Primo quidē propter quantitatē peccati: q̄ maiori peccato: ceteris paribus: grauior pena debetur. Scōo ꝓpter peccati cōsuetudinez: q̄ a peccatis cōsuetis nō faciliter homines abstrahūtur nisi propter graues penas. Tertio propter multā concupiscētiā vel delectationē in peccato: ab his etiā nō de facili homines abstrahuntur nisi propter graues penas. Quarto ꝓpter facilitatē cōmittendi peccatū ⁊ iacēdi in ipso. Hmōi etiā peccata que manifestantur sunt magis punienda ad aliorū terrorē. Circa etiā ipsam quātitatem peccati quadruplex gradus est attendendus etiam circa vnū ⁊ idē pctū. Quorū primus est q̄n inuolūtarius pctū cōmittit. Tūc enim si omnino est inuolūtarius totaliter excusat a pena. Dicitur eñ deut. xxij. q̄ puella que oppressa in agro non est rea mortis: q̄ clamauit ⁊ nemo adfuit qui liberaret eā. Si vero aliquo modo fuerit volūtarius: sed tamē ex infirmitate peccat. puta cum aliquis peccat ex passione minuitur peccatum: ⁊ pena ſm veritatē iudicij diminui debet nisi forte ꝓpter cōmunē vtilitatē pena aggrauetur ab abstrahendū homines ab hmōi peccatis: sicut dictū est. Secūdus gradus est quādo aliquis per ignorantiā peccauit: ⁊ tūc aliquo modo reus reputabitur propter negligentiā addiscendi: sed tamē nō punietur per iudices: sed expiabit peccatū suū per sacrificia: vt dicitur Leui. iij. Anima que peccauerit per ignorantiā ⁊c. Sed hoc intelligendū est de ignorantia facti: non autē de ignorātia precepti diuini: quod omnes scire tenētur. Tertius gradus est quādo aliquis ex supbia peccabat. i. ex certa electione: vel ex certa malitia ⁊ tūc punichatur ſm quātitatē delicti. Quartus autē gradus est quādo per proteruiā ⁊ pertinaciā peccabat: ⁊ tūc quasi rebellis ⁊ destructor ordinationis legis omnis occidendus erat. Et ſm hoc dicendum est q̄ in pena furti cōsiderabatur ſm legē id q̄ frequenter accidere poterat: ⁊ ideo ꝓ furto ⁊ aliarū rerū que de facili custodiri possunt a furibus nō reddebat fur nisi duplū. Oues autē nō de facili possunt custodiri a furto: q̄ pascūtur in agris: ideo frequētius cōtingebat q̄ oues furto subtraherentur: vnde lex maiorez penā apposuit: vt. s. quatuor oues pro vna oue redderentur. Adhuc autē boues difficilius custodiūtur: q̄ habētur in agris ⁊ nō ita pascūtur gregatim sicut oues: ⁊ ideo adhuc ibi maiorem penam apposuit: vt scilicet quinq; boues pro vno bouē redderent. Et hoc dico nisi forte idē animal inuentū fuerit viuēs apud eū: q̄ tūc solū duplū restituebat: sicut in ceteris furtis. Poterit enim haberi presumptio q̄ cogitaret restituere ex quo viuū seruasset. Et nota ſm Augu. xxj. de ciui. dei. c. xj. q̄ Tullius posuit octo genera penarū esse in legibus: videlicet dānum: vincula: verbera: taleonē: ignominiā: exilium: mortē: ⁊ seruitutem. Ex quibus aliqua in lege sunt instituta. Damnum quidē scilicet cum fur cōdēnabatur ad quintuplum vel quadruplū. Vincula vero sicut Numero. xv. mandatur de quodam q̄ in carcerem includeret. Verbera. sicut Deut. xxv. Si eum qui peccauit dignum viderint plagis prosternēt cora se ⁊ faciēt verberari. Ignominiā etiam inferebat illi qui nolebat accipere vxorem fratris sui defuncti que tollebat calciamenta illius ⁊ spuebat in faciem eius. ibidē. Mortem etiam inferebat: vt patet Leui. xx. qui maledixerit patri suo aut matri: morte moriatur. Penam enim taleonis lex induxit dicens. Exo. xvj. Oculū pro oculo: dentem pro dente. Penā autem seruitutis induxit in duobus casibus. In vno quidē quādo septimo anno remissionis ille qui erat seruus nolebat beneficio legis vti: vt liber exiret: vnde pro pena ei infligebatur: vt in perpetuū seruus remaneret. Exo. xxj. ⁊ Deut. xv. Scōo infligebat furi quādo non habebat q̄ posset restituere: sicut habet Exo. xxij. Penā aūt exilij vniuersaliter lex non statuit: q̄ in solo pplo Israelitico deus colebatur: oībus alijs populis per idololatriā corruptis. Ūñ si quis a populo illo vniuersaliter exclusus esset: daretur ei occasio idololatrie. Et ideo. j. Regū. xxvj. dicitur: q̄ Dauid dixit ad Saul. Maledicti sunt in cōspectu dñi qui eiecerūt me hodie vt nō inhabitē in hereditate dñi dicentes. Uade: serui dijs alienis. Erat autē aliq̄ particulare exilium. Dicitur enim Deute. xix. q̄ qui percusserit proximum suū nesciēs: ⁊ nullū erga ipsum habuisse odium cōprobatur: ad vnā vrbiū refugij cōfugiebat vsq; ad mortem summi sacerdotis. Tunc enim licebat ei redire ad domum suam: q̄ in vniuersali dāno populi consueuerūt particulares ire sedari: et ita proximi defuncti non sic proni erāt ad eius occisionē. Penā autē mortis lex influxit in maioribus criminibus scz in his que sunt cōtra deū in homicidio: et in furto hoīm ⁊ in irreuerentia ad parentes: ⁊ in adultero: et in cestibus. In furto autem aliorū reorū adhibuit penā dāni. In percussuris ⁊ in mutilationib⁹ induxit penā taleonis. In alijs minoribus culpis penam flagellationis ⁊ ignominie.

Ter in duob⁹ casibus penā seruitutis induxit.

§. IIII. De iudicialibus ꝓceptis

Conuersatio hominis fit dupl̄r.

Deute. xxiij.

Usus victoriarū.

Que recipiunt extraneos. Pro cuius declaratiōe sciēdū ſm bea. Tho. j. ij. q. cv. art. iij. q̄ cū extraneis pōt esse hoīm cōuersatio dupliciter. Uno modo pacifice. Alio modo hostiliter. Et quantum ad vtrūq; modū ordinādū lex conuenientia precepta cōtinebat. Tripliciter eñ Judeis offerebat occasio: vt cū extraneis pacifice communicarēt. Primo quidē quādo extranei per terrā eorū transitū facerent quasi peregrini. Scōo modo q̄n in terrā eorū aduenientes ad inhabitandum sicut aduene. Et quātū ad vtrūq; lex precepta misericordie proposuit. Nam Exo. xxij. dicitur Aduenā non constristabis: neq; affliges eum. Et. xxiij. dicit. Peregrino molestus non eris. Tertio q̄n aliqui extranei totaliter in eorum consortium ⁊ ritū admitti volebāt. Et in his quidē ordo attendebat. Non eñ statim recipiebat quasi ciues: sicut etiā apud quosdā gentilium statutū erat vt non reputarentur ciues: nisi qui vel ex auo vel atauo ciues existerēt: vt dicit Phs in. iij. Pol. Et hoc ideo: q̄ si statim extranei aduenientes reciperētur ad tractandum ea que sunt pplī: possent multa pericula contingere dum extranei nō habētes adhuc amorē firmatum ad bonum publicū: aliqua cōtra pplis attētarēt. Et ideo lex statuit vt de quibusdā gentibus aliquā affinitatē ad Judeos. s. de Egyptijs habētib⁹ apud quos nati fuerāt ⁊ nutriti: ⁊ de Idumeis filijs Esau fratris Jacob in terra generatione reciperentur in cōsortiū pplī. Quidam vero q̄ hostiliter ad eos se habuerāt: sicut Amonite ⁊ Moabite nūq; ad cōsortiū eorū admitterent. Amalechite autem qui magis eis aduersati fuerāt: et cū eis nullum habebāt cognationis cōsortiuz quasi hostes ꝑpetui haberent. Dicit enim Exo. xvij. Bellū dei erit cōtra Amalech a generatione in generationē. Similiter etiā quātū ad hostilē cōiugationē cū extraneis lex precepta cōuenientia tradidit. Nā primo quidē instituit q̄ bellū iuste initretur. Mandat eñ Deut. xx. q̄ ñ accederent ad expugnandū ciuitatē offerent ei primo pacē. Scōo instituit vt fortiter bellū susceptū exequerentur: habētes de deo fiduciam. Et ad hoc melius obseruandum instituit q̄ imminente prelio sacerdos eos confortaret: promittendo auxilium dei. Tertio mandauit impedimenta a prelio remoueri remittendo quosdam ad domum qui possent impedimenta prestare: vt nouus edificator domus: aut plantator vinee: aut desponsator vxoris. Hi excludebantur a prelio: et hoc propter duo. Primo quidem: quia ea que homo de nouo habet vel statim paratus est ad habendū magis solet amare: ⁊ p cōsequens eorū amissionē timere. Ūñ probabile erat q̄ ex tali amore timerent mortem. ⁊ sic minus fortes essent ad pugnādū. Scōo eadem ratione timidi mittebātur ad domum. Quarto instituit vt victoriis moderate vterētur parcendo mulieribus ⁊ paruulis: ⁊ etiam ligna fructifera regionis non incidenda. Accipere autem vsuras ab alienis nō erat secundū legis intentionem: sed ex quadam permissione ꝓpter promptitudinem Judeorum ad auaritiam: vt magis pacifice se haberent ad extraneos a quibus lucrabantur.

§. V. De preceptis iudicialibus

circa personas domesticas: vt filios vxorem seruos: que docent quēlibet circa suam familiam seruare ad bene agendum: non quia in lege Moysaica scripta: sed q̄ in magna equitate et hu-

manitate fundata: vt valeat dicere illud Ps. cxviij. A iudicijs tuis nō declinaui. i. preceptis iudicialibus: q tu legem posuisti mihi que scz ista continēt: z ad que seruanda legē priuatā. s. inspirationis in corde posuisti ad ea implēda: vt valde iusta. Pro cuius declaratione notandū fm Tho. j. ij. q. cv. q cōmunio domesticarū personarū adiuuicē: vt dicit phs in. j. Polit. est fm quotidianos actus qui ordinant ad necessitatē vite. Vita aūt hois cōseruatur tripl̄r. Uno modo quantū ad indiuiduū prout. s. homo idē numero viuit: z ad talē vite cōseruationē opitulātur hoi exteriora bona: ex quib⁹ habet victum z vestitum z alia huius vite necessaria: in quib⁹ administrādis indiget hō seruis. Alio modo conseruat vita hois fm speciē et per generationē: ad quā homo indiget vroze vt ex ea generet filios. Sic igitur in domestica cōmunione sunt tres cōbinationes. s. dñi ad seruū: viri ad vroxē: patris ad filiū: z quantum ad oia ista lex vetus conuenientia precepta tradidit. Quātū em̄ ad seruos instituit vt modeste tractarentur z quantum ad labores: ne. s. in laborib⁹ immoderatis affligerent. Ufi Deut. v. dñs mandauit vt die sabbati requiescerent seruus z ancilla: sicut z ipse. Et iterū quantum ad penas infligendas: vt scz moderate castigarent: imposuit em̄ penā mutilationis seruorū vt dimitterēt eos liberos: sicut habet Exo. xxj. Et simile statuit in ancilla quā in vroxē aliqs duxerit. Statuit etiā specialiter circa seruos qui erant ex populo: vt. vij. anno liberi egrederentur cū oibus que apportauerāt etiā vestimentis: vt habet Exo. xxj. Insuper etiā notatur Deut. xv. vt viaticū eis det: q em̄ filij Israel erant a seruitute liberati Pharaonis a dño: z per hoc diuine seruituti addicti: ideo noluit dñs vt imperpetuū serui essent simpl̄r: sed fm quid. i. ad tēpus. Et q̄uis ista non seruentur nec obligent quātū ad ista determinata in lege: obligant tñ in genere: vt scz quis modeste se habeat ad seruos.

Vita hominis tripl̄r conseruat.

Circa vrores qd lex statuit.

Circa vrores vero statuit in lege quantū ad ipsas ducēdas vt accipiant vrores de tribu sua: vt habetur Num. vlt. Et hoc ideo ne sortes tribuū cōfundātur. Prohibuit etiam quasdam personas ne in coniugium ducerentur. s. alienigenas. i. que nō erāt de populo Judeorū ꝓpter periculū seductionis: et propinquas ꝓpter reuerentiam naturalem que eis debeb̄. Hoc autē nunc seruandū est z quantū ad ꝓpinquas in multo pluribus gradibus q̄ in veteri testamento: z etiā quantum ad affines: vt patet extra de cōsan. z affi. c. vlt. Quantū aūt ad alienigenas hoc ita seruādum est: vt fideles cū infidelib⁹ contrahere ꝓhibeātur matrimoniū: vt. xxviij. q. j. c. caue. In lege etiam fuit statutū qd aliqs in vroxē duceret vroxē fratris defuncti sine liberis vt ptz Deut. xxv. Et hoc ne totaliter memoria defuncti deleret. Nā filius ex illis genitus dicebat filius fratris defuncti fm quandā adoptionē. Hoc aūt nūc expresse ꝓhibet ꝓpter affinitatē. Statuit etiā lex qualiter vroxes tam ducte tractari debent. s. amicabiliter vt scilicet nō leuiter infamarentur. Ufi z mādat puniri qui falsum crimē imponit vroxi: vt habetur Deut. xxij. Et etiā q ꝓpter vroris odium filius detrimētum nō patereť. Deut. xxj. Et etiam qd ꝓpter odiū vroxē nō affligeret: sed potius scripto libello repudij eā dimitteret: vt ptz Deut. xxiiij. Sciendū autē q lex permisit repudiū vroris: nō q simpliciter iustū esset: sz ꝓpter Judeorū duritiā: vt dicit dñs Mat. xix. Fuit ergo permissum repudiū ad vitandū vroricidium. Erant em̄ ita crudeles qd occidissent vroxes quas odio habebāt si non potuissent dimittere vt alias ducerent. Nunc aūt in nouo testamento matrimoniū cōsummatum nulla ratione pōt dissolui: nec etiā cum dispensatione pape. Diuortium aūt quoad separationem thori: vel quoad cohabitationē fm formam ab ecclesia traditam fieri potest z nō aliter. Et de hoc in. iij. par. tit. j. Circa filios autē instituit lex vt patres eis disciplinam adhiberent instruendo eos in fide: vt habetur Exo. xij. vbi dicitur. Cum dixerint vobis filij vestri: que est ista religio id est causa harū cerimoniarum que fiebant circa agnū paschalē: dicetis eis. Victima trāsitus dñi est etc. Et etiā quod instruerent eos in moribus. Ufi Deut. xxj. dicitur quod patres cū habebant filios rebelles z contumaces: debebant eos ducere ad iudices ciuitatis: et eis denūtiare q monita eorum audire contēnerent comessationibus: conuiuijs: atque luxurijs vacarent etc. Et illi iudices mandabant illos lapidari. Non autē hoc parentibus licebat scilicet occidere vel mutilare filios ad correptionem suorum scelerum: sicut nec etiam nunc licet. Nam sicut phs dicit. x. Ethic. Principatus paternus habet solam admouendi potestatem: non autem vim coactiuam per quam rebelles et contumaces compimi possunt. Et ideo lex mandabat vt filius contumax a principibus puniretur.

Repudiū vroris ꝑmisit lex.

Titulus. XV. De lege euangelica seu noui testamenti. Capitu. vnicum.

Quid sit testamentum.

Uerta lex euangelica siue noui testamenti: que etiā videtur lex indita. s. in cor seu lex gratie quā ꝑmisit dñs dādam. Hiere. xxxj. cū ait. Ecce dies veniēt dicit dñs: z cōsummabo super domū Israel z super domū Juda testamentū nouū. Et exponens quid sit hoc testamentū subdit: q hoc est testamentum quod disponā domui Israel: dando leges meas in mente eorū et in corde eorū superscribam eas. Quā auctoritatem inducit Aplus ad Heb. viij. Et de ea pōt intelligi illud Ps. cxviij. Bonum mihi lex oris tui super milia auri z argenti. Precipue autē lex euangelica dicitur lex oris dei: quia ab ipso incarnato pronuntiata z data fuit: z cum ea gratia collata. Unde Matthеus euangelista narrat quō cepit eis christus predicare dicēs Aperiens os suum docebat discipulos suos dicens. Beati pauperes etc. Mat. v. Et hoc in monte qui designat secundum Aug. in signē perfectāq iustitiā quā ꝓtinet tpa lex sup oēs alias leges. Et propterea dicit Ps. q̄d est sibi bonum sup milia. i. melior q̄ diuitie tēporales auri z argenti: vel diuitie spūales cuiuscunq scientie vel eloquentie seu legis que designant per aurū z argentū. Continet em̄ lex euangelica nō solū documenta que ibi cōtinentur: sed etiā gratiā ipsi⁹ christi que ducit ad gloriā. Et ideo melior super omnē substantiam: sapientiam z scientiam: z mūdi gloriā. Sed pro horū declaratione dicit bea. Tho. j. ij. q. cvj. ar. j. q̄d vnaquaq̄ res illud videtur esse qd est in ea potissimum vt dicit phs. in. ix. Ethic. Id autem quod est potissimū in lege noui testamenti: et in quo tota virtus eius consistit: est gratia spiritussancti: que datur per fidem Christi: et ideo principaliter lex noua est ipsa gratia spiritussancti que datur christifidelibus. Et hoc manifeste apparet per ap̄lm qui ad Roma. iij. dicit. Ubi est gloriatio tua. s. o Judea exclusa est: per quam legem factorum. Non: sed per legem fidei. Ipsam enim fidei gratiam legem appellat. Et expressius ad Rom. viij. dicitur. Lex spiritus vite in christo Jesu liberauit me a lege peccati z mortis. Unde z Aug. in lib. de spū z litera dicit q sicut lex factoruz fuit in talibus lapidets: ita lex fidei scripta est in cordibus fidelium. Habet tamen lex noua quedam sicut dispositiua ad gratiam spūssancti et ad vsum huius gratie pertinentia que sunt quasi secundaria in lege noua: de quibus oportuit instrui fideles Christi ex verbis et scripturis tā circa credēda. q̄ circa agenda. Et iō dicendū est q principaliter lex noua: hec est indita nō quasi aliqd pertinēs ad naturam humanam: quia sic est indita lex naturalis: sed q̄ nature aliquid super additum: per donum gratie adiuuās ad implēdum quod docet quod nō facit lex naturalis vel scripta. Secundario autem lex noua est lex scripta: et in scriptura quidem euangelij continentur ea que pertinent ad gratiam spiritussancti vel sicut dispositiua: vel sicut ordinantia vsum huius gratie. Sicut dispositiua quidem quantum ad intellectum per fidem per quam datur spiritussancti gratia: continentur in euangelio ea que pertinent ad manifestandam diuinitatem vel humanitatem christi. Unde dicitur Joā. penul. Hec autem scripta sunt vt credatis: quia Jesus est filius dei. Secundum vero affectum continentur in euangelio ea que pertinent ad contemptum mūdi: per quem contemptum fit homo capas gratie spiritussancti. Mundus enim idest mundi amatores non possunt capere spiritūsanctum: inquit christus Joā. xiiij. c. Usus vero spiritualis gratie est in operibus virtutum: ad que multipliciter in doctrina noui testamenti omnes exhortantur: vt patet in sermone domini in monte Mat. v. et in alijs locis. Ubi etiam notandum qd nullus vnq̄ habuit gratiam spiritussancti: nisi per fidem christi explicitam: vel saltem implicitam quantum ad eos qui fuerunt in veteri testamēto. Per fidem autem christi pertinet homo ad nouum testamentum. Ufi quibuscunq fuit lex gratie indita in veteri testamento siue Judeis siue gentilibus: oēs illi fm hoc ad nouum testamentū pertinebant. Et sic patet quō lex oris dei bonum est. i. melius super milia auri z argēti: per gratiā spiritussancti in ea cōprehēsam. Et fm hoc quod est in ea pricipale: lex euāgelij habet iustificare hominem. Ad quod facit qd ait ap̄s ad Ro. j. Non erubesco euangeliū: virtus enim dei est in salutē omni credenti. i. ducens ad salutem que non potest esse nisi per purificationem. Quantum autē ad doctrinam que est in euangelio: z precepto z consilio ordinantia intellectum: affectum: et actum:

Contenta legis noue.

Gratia spūssancti nō habetur nisi per fidē Christi.

actũ: lex euangelica non iustificat: sed de ea etiã verificat quod ait apostol⁹. ij. ad Corint. iij. Litera occidit: spiritus autẽ viuificat. Occidit. i. non viuificat ad iustificandum. Ipsa eñ doctrina euãgelij: etsi multũ instruat clare: ad bene operandum: z ad occasiones malorũ tollendum: non tamen adiuuat efficaciter ad implendum. Nã etsi gratia in euangelio comprehensa adiuuet hominem ad non peccandũ: non tamen confirmat vt peccare non possit: quia hoc pertinet ad statum glorie.

Triplex ratio assignat qõ lex euangelica nõ fuit data a principio mundi.

§. I. Ipsa autem lex euangelica

non fuit data a principio mũdi triplici rõne ſm Tho. ſ. ij. q. cvj. art. iij. Quarũ prima est: quia lex noua (sicut dictũ est) principaliter est gra spũssancti: que abundãter dari nõ debuit anteq̃ impedimentũ pcti ab humano genere tolleret cõsummata redẽptione per christũ. Ũñ dr Joan. vij. Nondũ erat spũs datus: q Jesus nondũ erat glorificat⁹. Et hãc rationẽ assignat manifeste apls ad Ro. viij. Ubi posteq̃ prmiserat de lege spũs vite subiunxit. De⁹ filiũ suũ misit in similitudinẽ carnis pcti: vt de peccato dãnaret pctm in carne: vt iustificatio legis impleret in nobis. Scda ratio potest assignari ex pfectione legis noue. Non enim aliq̃d ad perfectũ adducitur statim a principio: sed quodã tẽpore successionis ordine: sicut aliq̃s pri⁹ est puer: z postmodum est vir. Et hãc rõnem assignat apls ad Gal. iij. di. Lex pedagogus noster fuit in christo vt ex fide iustificemur. at vbi venit fides: iam nõ sumus sub pedagogo. Et. j. ad Corint. xv. Non prius qd spũale est: sed qd aiale: deinde qd spũale. Lex aũt euãgelica maxime est spũalis: z ideo nõ prius debuit dari sz posterius. Tertia ratio sumit ex hoc q lex noua est lex gratie: quia homo indiget ad bene operãdũ: z ideo primo oportuit q homo relinqueret sibipsi in statu legis veteris: vt cadẽdo in pctm: cũ per illã iuuari non posset: suã infirmitatẽ recognoscẽs: sciret se gra dei indigere ad bene operandũ: z ad hãc procurandã se humiliaret. Nihil eñ magis gratie recipiẽde obsistit q̃ superbia: cum scz quis confidit de viribꝰ suis ad bene operandũ: ꝓpter quod dicit Jac. iij. De⁹ superbis resistit: humilibꝰ aũt dat gratiam. Hãc rõnẽ assignat apls ad Ro. v. dicẽs. Lex subintrauit vt abũdaret delictũ: vbi aũt abũdauit delictũ. superabũdauit et gratia. Nec ex hoc potest dici deus acceptor personarũ: q scilicet prouidit eis de lege gratie hominibus noui testamẽti: z non hoibus veteris. Nã humanũ genus ꝓpter pctm primi parentis meruit priuari auxilio gre: z ideo quibuscũq̃ nõ datur gratia: hoc est ex iustitia: q hoc illi meruerũt. Quibꝰ autem datur hoc est ex gratia seu liberalitate. Non autem est acceptor quis personarũ: si de suo in quo non est alicui debitor: non dat vni quod dat alteri. Nõ ergo ex hoc q hominibus a principio mundi nõ dedit deus legem gratie: iniuriam fecit: vel acceptor personarum fuit: cum z ipsa lex debito ordine danda esset.

Status mũdi dupliciter variatur.

§. II. De duratione legis euangelice

: scilicet q durat vsq̃ ad finẽ seculi: nec est expectanda alia lex que ei succedat: vt quidam male senserunt. Pro cuius declaratione dicit Tho. ſ. ij. q. cvij. articulo. iiij. q status mundi variari põt dupliciter. Uno modo ſm diuersitatẽ legis: z sic huic statui noue legis nullus stat⁹ alius succedit. Successit enim statꝰ noue legis tanq̃ perfectior statui veteris legis tanq̃ imperfectior: ſm illud. ſ. Ad Corinth. xiij. Cũ venerit quod perfectum est: euacuabit quod ex parte est. Sed in statu vite pñtis null⁹ stat⁹ perfectior esse põt statu noue legis. Nihil eñ põt esse propinquius fini vltimo: q̃ id qd immediate inducit in finem vltimum: hoc aũt facit noua lex. Unde dicit apls ad Heb. x. Habẽtes itaq̃ fratres fiduciã in introitu sanctorũ in sanguine christi: quam initiauit nobis viam nouã accedamus ad eũ. Unde non põt esse alius status vite presentis q̃ status noue legis: q tanto vnumquodq̃ est perfectius: quanto magis fini vltimo propinquius est. Alio modo potest status hoĩm variari ſm q homines diuersimode se habent ad eandẽ legẽ: vel perfectius vel minus perfecte: z sic status veteris legis fuit multipliciter mutatus: quia q̃libet homines optime illã legem seruabant q̃libet oĩno preteribant. Sic etiam status noue legis diuersificatur ſm diuersa loca z diuersa tempora z personas: in qua gratia spiritussancti perfectiꝰ vel minus perfecte habetur. Non est expectandũ q aliquis status sit futurus in quo perfectius gratia spiritussancti habeat q̃ hacten⁹ habita sit: z maxime ab apls: qui sicut tẽpore prius: ita z ceteris abundantius spiritum sanctũ acceperunt: vt dicit glo. super illud. Primitias spiritus accipientes. Ro. viij.

Ultra istos duos status. ſ. legis Moysaice z legis euangelice ponit quidẽ Dionysius in celesti hierarchia tertiũ statum: sed non in vita ista: sed in vita beata vbi sine figuris z velamine videbimus deum facie ad faciem. Promissio autem aduentus spũssancti: quem christus promisit apls pluries: quã aliqui dicebant nondũ impletã sed implendã: iam facta est apls. Ũñ z christus dicit Act. j. Uos aũt baptizabimini spũsancto: nõ post multos hos dies. Qñ impletum legit Act. ij. scz in festo Penteco. Et tũc docuit apls oẽm veritatẽ scz de necessarijs ad salutem credẽdis z agendis: nõ aũt docuit eos de oĩbus futuris euẽtibus: hoc enim nõ spectabat ad eos. Ũñ dicit Act. j. Nõ est vestrũ nosse tẽpora vel momẽta que pater posuit in sua potestate. Qñ aũt aliq̃ assignabãt tres status mũdi cõuenientes tribus personis diuinis: dicẽtes statũ veteris legis cõuenire patri: q illi generationi intendebant: statũ noue legis cõuenire filio: q clerici in eo intendũt sapiẽtie: vñ z sequẽdus erat tertius status qui conueniret spiritussancto in quo viri spũales principarent. Respondet be. Tho. vbi. ſ. q status veteris legis fuit nõ solum patris sed z filij: q christus in veteri lege figurabat: z status noue legis nõ solum est filij: sed etiam spiritussancti: ſm illud ad Ro. viij. Lex spũs vite in christo Jesu. Unde non opz expectare aliã legem spũssancti. Posset etiã ſm do. Jo. Dñici: ille triplex status sic adaptari: vt dicatur primus in lege nature q incipit a creatione et puritate: et renouatus fuit per diluuiũ Noe: puritas et potestas rõne creationis attribuit patri. Scds incipit in lege Moysaica que fuit lex plena sapiẽtia. Et in ꝓphetis etiam qui tunc maxime floruerunt fuit maxima sapientia: prophetantes de christo sapientia patris: et in christum fuit terminatus in sui passione z ascensione. Successit tertius qui appropriatur spiritui sancto: incipiens in aduẽtu eius sup apls: in quo data est in cordibꝰ lex amoris z dilectionis z spũssancti quo filij dei agũtur: vnde nõ oportet expectare aliã legẽ. Qñ autẽ christ⁹ dixit Matth. xxiiij. q predicabit euangeliũ regni in toto orbe: z tunc veniet consummatio. Dicit Tho. q ista ꝓdicatio euangelij põt intelligi dupliciter. Uno modo quantũ ad diuulgationem noritie christi: z sic fuit diuulgatum euangelium in toto orbe per predicationẽ apl̃orũ. Et quod subditur in illa auctoritate. Tunc erit cõsummatio: intelligitur de destructione Hierusalẽ de qua tũc loquebat ad literã. Alio modo põt intelligi predicatio euangelij cum pleno effectu: ita scilicet vt in qualibet gente recipiatur ecclesia. Et ita ſm Aug. nondũ predicatũ est in toto orbe. Et hoc facto veniet cõsummatio mũdi: z sic non oportet expectare aliud euangelium: quod illi vocabant eternum. Repertus est quidam liber qui intitulabatur euangelium eternum: qui dicebatur fuisse doctrina Joachim abbatis: sed ex ipso tractatu et tempore suo comprehenditur manifeste ipsum nõ fecisse. Sunt autem ibi multa heretica z erronea z fatua. Nam in primo dicit doctrinam Joachim excedere doctrinam Christi z nouum z vetus testamentũ. Scõo q euangelium christi non est euangelium regni. Tertio q nouum testamẽtum erit euacuandum: et q non erat duraturũ nisi per sex annos. i. vsq̃ ad annum incarnationis. M. cclx. Quarto quod sicut euangelio christi succedit aliud euangeliũ: ita sacerdotio christi aliud sacerdotium. Quinto q euangelium christi neminem ducit ad perfectionem. Sexto q spiritualis intellectus noui testamenti non est commissus pape Romano: sed tantum literalis: z sic non habet iudicare papa de intellectu spirituali: sed literali. Septimo q recessus Grecorum a Romana ecclesia fuit bonus: z q viri spirituales non tenerentur obedire Romane ecclesie in his q̃ sunt dei. Octauo q papa Grecus magis ambulat ſm spiritum q̃ papa Romanus: z sic q magis est in statu saluandorum. Nono q spiritussanctus percipit aliquid ab ecclesia: sicut christus inquantum homo a spiritussancto. Decimo q christus z apostoli fuerunt perfecti in vita contemplatiua: z q vita actiua sit fructuosa vsq̃ ad Joachim: sed amodo non est fructuosa: sed vita contemplatiua quam dicit esse in monachis. Undecimo quod sicut in primo statu mundi fuit concessum regnum ecclesie totius a patre aliquibus de ordine coniugatorum in quo auctorizatus est ille ordo. Et in secundo statu mundi fuit concessum a filio alicui de ordine clericorum in quo ab ipso glorificatus est. Sic in tertio statu mundi committet alicui de ordine monachorum: in quo spiritussanctus glorificabitur. Et quod predicatores qui erunt in illo vltimo statu erunt maioris dignitatis quam predicatores primitiue ecclesie. Hec omnia sunt partim heretica: partim fatua z erronea.

Errores euãgelij quod dr eternum.

§.III. De comparatione noue le/gis ad veterē: quomodo. ſ. noua lex eſt alia a veteri: z quō cōtinetur in veteri.

Lex noua ē alia a veteri.

Primū ꝓbaꝫ per hoc q̄ ait apl's ad Hebr. vij. Trāſlato ſacerdotio: neceſſe eſt vt z legis trāſlatio fiat: ſz ſacerdotium noue legis eſt aliud a ſacerdotio veteri: ergo z lex alia. Pro cuius declaratione dicit bea. Tho. ſ. ij. q. cvij. q̄ cū omnis lex ordinet cōuerſationē humanā ad aliquē finē: poſſunt aliq̄ ordinari ad finem dupl'r. Uno modo q̄ diuerſa ordinētur ad diuerſos fines: z ſic leges ſunt omnino diuerſe diuerſitate ſpeciei: ſicut lex ciuitatis que eſſet ordinata ad hoc vt populus dominaretur: eſſet omnino diuerſa ſpecie ab ea que ordinaretur: ad hoc q̄ optimates ciuitatis dominarētur. Alio modo poſſunt ordinata in finem diuerſificari: ꝑm q̄ vnū propinquius ordinat ad eundem finem: z aliud remotius: z ſic alia dicitur lex que datur in eadē ciuitate z eodē modo regiminis pueris circa agenda: z alia que datur viris perfectis. Scōm igitur primū modum diuerſitatis: lex noua nō eſt alia a lege veteri: q̄ vtriuſq̄ eſt vn⁹ finis. ſ. vt homines ſubdantur deo: eſt enim vnus deus noui z veteris teſtamenti: ꝑm illud ad Roma. iij. Unus eſt deus qui iuſtificat circūciſionē ex fide: z preputiū per fidē. Alio modo lex noua eſt alia a veteri: q̄ lex vetus eſt pedagogus puerorum: z lex noua eſt lex perfectionis: q̄ lex dilectionis. Et omnes differētie quas ponūt doctores inter legem veterē z nouā hoc oſtendūt: q̄ differūt ſicut perfectū z imperfectū. Et q̄uis in lege euāgelica cōtinentur multa documēta z ſacramētalia: nō tamē in illis cōſiſtit principalitas huius legis: ſed in gratia z fide. Principalitas aūt veteris legis cōſiſtebat in documentis z mandatis illius legis. Et illi qui in illa lege ſeruiebant deo: non timore pene: nec propter tēporales promiſſiones illius legis: ſed amore iuſtitie z propter promiſſiones eternas pertinebāt ad nouā legē. Sicut ecōtrario qui in nouo teſtamento ſeruāt leges timore penarū z propter temporalia pertinēt ad vetus teſtamentū z legē. Continetur autē ipſa lex noua in veteri: ſicut exponit Grego. illud Ezech. j. Erat rota in medio rote id eſt nouū teſtamentū in veteri. Continetur quidem non tantū in actu ſicut continetur locatū in loco: ſed in virtute ſicut effectus in cauſa: z ſicut complementū in completo: et ſicut tota arbor in ſemine. Cōparatur enim lex noua ad veterē: ſicut dictū eſt: ſicut perfectum ad imperfectū: z ſic noua lex cōtinetur in veteri: ſicut frumentū in ſpica. Omnia eīm que traduntur in nouo teſtamēto credenda explicite z aperte: traduntur in veteri: ſz implicite z in figura. Et ſi dicātur p̄cepta noui teſtamenti maiora q̄ veteris: intelligit quantū ad manifeſtationē nō quo ad ſubſtātiā: z hoc quoad moralia. Quō per legē nouā lex vetus impletur: hoc enim chriſt⁹ dixit Mat. v. Nō veni legē ſoluere: ſed adimplere. Et paulo poſt. Jota vnū aut vnus aper nō preteribit a lege donec omnia fiāt. Unde pōt induci illud p̄s. cxviij. Omnis cōſummatiōis vidi finē la. mā. tu. nimis. Mādatū dei preciſū q̄ dedit chriſtus fuit de dilectiōe. Jo. xv. Hoc eſt preceptum meum vt diligatis inuicē q̄ includit dilectionē dei. Et lex euāgelica eſt lex dilectionis: z iſtud eſt nimis. i. valde latū: q̄ cōprehendit omnia: creatorē z creaturā. Et in ipſa impletur omnis lex etiā veteris teſtamēti. idēo dicit omnis cōſummationis. i. impletionis totius legis vidi finē. Pro cuius declaratione dicit bea. Tho. ſ. ij. q. cvij. ar. ij. q̄ lex noua cōparatur ad veterē: ſicut perfectum ad imperfectū. Omne autē perfectū adimplet quod deeſt imperfecto. Et ꝑm hoc lex noua implet veterem: inquantū quod veteri legi deerat ſupplet. In veteri aūt lege duo poſſunt cōſiderari ſez finis z p̄cepta cōtenta in lege. Finis autē cuiuſlibet legis eſt vt homines efficiantur iuſti z virtuoſi. Unde etiam finis veteris legis erat iuſtificatio hominū: quā quidē iuſtificationē efficere nō poterat: ſed figurabat quibuſdā cerimonialibus factis z promittebat verbis. Et quantū ad hoc noua implet legem veterem iuſtificando virtute paſſionis chriſti. Et hoc eſt q̄ apoſtol⁹ dicit ad Rom. viij. quod impoſſibile erat legi in quo infirmabaꝫ per carnē: deus mittēs filium ſuum in ſimilitudinē carnis peccati: z de peccato dānauit peccm in carne: vt iuſtificatio legis impleretur in nobis. Et quantū ad hoc lex noua adhibet quod lex vetus promittebat: ꝑm illud. ij. Cor. j. Quotquot promiſſiones dei ſunt in illo ſcilicet chriſto ſunt. Quantum ad hoc etiam complet q̄ vetus lex figurabat. Uñ ad Col. ij. dicitur de cerimonialibus q̄ erāt vmbra futurorū. ſ. corporis chriſti: z veritas ptinet ad chriſtum. Uñ lex noua dicit lex veritatis: lex aūt vetus vmbra vel figura. Quantum ad precepta que conſiderantur ſecundo circa legē impleuit chriſtus precepta veteris legis opere z doctrina.

Principalitas teſtamētorum amborum.

Lex vet⁹ impletur per nouā

Duo cōſiderant in veteri lege.

Opere quidē quia circuncidi voluit z alia legalia ſeruare: que erāt tpe illo ſeruāda: ꝑm illud ad Gala. iiij. Miſit deus filiū ſuū factū ſub lege. Et faciendo miracula in ſabbatis nō ſoluebat legem ꝑm rei ꝓtatem: tū q̄ illa miracula faciebat virtute diuina que ſemp operaꝫ: tū q̄ opera ſalutis humane faciebat: cū etiam Phariſei ſaluti animaliū ꝓuiderēt in die ſabbati: tum etiam ratione neceſſitatis diſcipulos excuſauit ſpicas colligētes ſabbato. Sed videbaꝫ ſoluere ſabbatū ꝑm ſupſtitioſum intellectum Phariſeorū. Tangere leprioſum nō erat ꝓhibitū in lege: ſed cōtrahebatur per hoc quedā immūditia irregularitatis: ſicut ex contractu mortui. Sed dñs qui erat mūdator leprioſi immundi tiam incurrere nō poterat tangēdo leprioſum. Doctrina autem ſua impleuit precepta legis tripl'r. Primo verū intellectū legis exprimēdo: ſicut ptz in homicidio z adulterio: in quorū ꝓhibitione Scribe et Phariſei nō intelligebāt niſi actum exteriorem prohibitū. Uñ dñs legem impleuit oſtendēdo etiam actum interiorem ꝓhibitū in lege. Scōo impleuit dñs doctrina ſua precepta legis ordinando q̄o tutius obſeruarēt q̄ lex ſtatuerat: ſicut lex vetus ſtatuit q̄ homo nō periuraret: ſed hoc tuti⁹ conſeruaꝫ ſi omnino a iuramento abſtineat: niſi in caſu neceſſitatis. Tertio adimpleuit legem ſuperaddēdo preceptis legis quedā perfectiōis cōſilia: vt ptz Matth. xix. vbi dñs cuidā dicēti ſe ſeruaſſe precepta ait. Unum tibi deeſt: ſi vis perfectus eſſe vade et vēde omnia q̄ habes z da pauperib⁹ z ſequere me. Et in ſermone dñi in monte qui habeꝫ Matth. v. z in. c. ſeq. de cerimonialibus preceptis nō fit mentio: quia euacuata ſunt. Cum eīm eſſent in ſignrā: impleta ſunt per exhibitionē eorū q̄ figurabantur: et ſic excluduntur. De iudicialibus vero preceptis cōmemorauit preceptum taleonis: vt q̄ de hoc diceretur de omnib⁹ alijs intelligendum eſſet. In quo precepto docuit non eſſe intentionē legis q̄ pena taleonis quereretur propter vindicte luxorem quā ipſe excludit: monens quod homo debet eſſe paratus maiores etiam iniurias ſufferre: ſed ſolum ꝓpter amorem iuſtitie: quod adhuc in noua lege remanet. De moralibus autem excludit falſum intellectum Phariſeorum.

Dñs impleuit legem doctria ſua tripl'r.

Wat. xij.

§.IIII. Que ſit grauior lex ad obſeruandum vetus vel in noua: declarat bea. Tho. ſ. ij. q. cvij. ar. iiij. dicēs q̄ circa opera ꝓutis: de q̄bus p̄cepta legis dātur duplex difficultas attendi pōt. Una ex parte operū exterioū que ex ſeipſis habēt quendā grauitatē z difficultatē: z quātū ad hoc lex vetus eſt multo grauior q̄ꝫ noua q̄ ad plures actus exteriores obligabat lex vetus in multiplicibus cerimonijs q̄ꝫ lex noua: q̄ preter precepta legis nature pauciſſima addit in doctrina chriſti z apl'orum licet aliqua ſint poſtea ſuperaddita ex inſtitutione ſanctorū patrū: in quibus etiam oportet moderationem eſſe attendenda: ne cōuerſatio fidelium onerioſa fiat. Dicit eīm Auguſti. ad inquiſitiones Januarij de quibuſdam: q̄ ipſam religionē noſtram quā manifeſtiſſimis z pauciſſimis celebrationum ſacramentis dei miſericordia voluit eſſe liberā: ſeruilibus premunt oneribus: adeo vt tolerabilior ſit ipſa cōditio Judeorum: q̄ etiā ſi tēpus libertatis non cognouerūt: legalibus tamē ſacramentis nō humanis preſumptionib⁹ ſubiūctunt. Et habetur hoc etiam in decre. diſ. xij. c. omnia. Alia difficultas eſt circa opera virtutū in interioribus actib⁹: puta q̄ aliquis opus virtutis exerceat propter z delectabiliter prout agit habēs habitum virtutis. Et hoc nō habēti habitum virtutis eſt valde difficile: ſed per virtutem redditur facile. Et ꝑm hoc p̄cepta noue legis ſunt grauiora preceptis veteris legis: q̄ in noua lege prohibentur interiores animi motus: q̄ expreſſe in veteri non prohibebantur in oībus: etſi in aliquibus ꝓhiberenť: in quibus tū prohibendis pena non apponebaꝫ: hoc aūt eſt difficillimum nō habenti virtutem: ſicut etiam dicit philoſophus. v. Ethic. q̄ operari que iuſtus facit eſt facile. Sed operari eo modo quo iuſtus facit. ſ. prompte z delectabiliter difficile eſt nō habenti iuſtitiā: et ſic intelligitur illud. j. Jo. v. Mandata ei⁹ grauia nō ſunt. Quod exponens Aug. ait. Amāti grauia nō ſunt: ſed nō amanti grauia ſunt. Hec Tho. Sed ſi conſiderentur ipſa precepta noue legis cum adiutorio ſuo: ſic etiam leuiora ſunt preceptis veteris. Nā in noua lege proponunť ſacramenta adduntur exempla: promittuntur immediate eterna premia: que multum habēt homines attrahere ad bene operādū: z ſi in opere ſit difficultas eam quaſi minuit: hec aūt non habebant in veteri lege. Unde z chriſtus dicit Matth. xj. Uenite ad me omnes qui laboratis et onerati eſtis. Quod exponens Hilarius dicit. Legis difficulta-

Dupler difficultas attendi poteſt i p̄ceptis legis.

tibus

tibus laborātib⁹: pctis oneratos ad se vocat: z postmodū de iugo euangelij subdit. Jugū eīm meū suaue est: z onus meū leue. Et ad hoc pōt induci illud ps. cxviij. Uiā mandatorū tuorū cucurri: cū dilatasti cor meū. Dilatat cor charitas: qua facit se extendere ad oēs: z oīa bona: et ipsa est precipuū legis euāgelice. Et cū hec habeā non solū itur: sed z currit per viā. i. opera mandatorū dei veteris z noue legis. Importat autē cursus auiditatem: velocitatem: z facilitatem: q; vt ait Aug. Omnia seua z immania: facilia z ppe nulla facit amor. Et alibi idē. Solus amor nescit laborē. Lex euāgelica pcipit z ꝓhibet quedam opera exteriora: opera tenebrarū: videlicet crimina ꝓhibet ad Ro. xiij. Abiciamus opera tenebrarū. Opera lucis mandat: id est virtutum. ad Epheꝝ. v. Eratis aliquando tenebre: nunc autem lux in dño vt filij lucis ambulate. Et hoc fuit valde decens cum per nouam legem efficiant homines filij lucis: vt opera lucis eis mandarentur. Joan. xij. Credite in lucem vt filij lucis sitis: ait christus. Et hanc lucē legis euange. pōt dici ps. xlij. postulasse cum ait. Emitte lucem tuā z veritatem tuā: ipsa me deduxerunt z adduxerūt in mōtem sanctū tuum z in tabernacula tua. Lex euangelica continet lucē. s. gratie: q; hoc est in ea principale vt dictum est: z veritatē documentorū que ibi habentur: et ipsa non deducunt in presenti vita. i. de vno actu virtutum ad alium inducūt faciendum: z de vno statu: scilicet imperfectionis ad alū perfectionem ducūt illustrando z adiuuando: z demum adducunt in montem sanctum dei. i. ad supernam patriā vbi sunt plurima tabernacula. i. varia premia sctōrū: q; vt. dicitur Joā. xiij. In domo patris mei mansiones multe sunt. Pro horum declaratione dicit bea. Tho. j. ij. q̄. cvij. q; principalitas legis noue est gratia spiritus sancti: que manifestat in fide per dilectionem. Hanc aperte autē gratiam cōsequunt homines per dei filiū hominem factū: cuius humanitatem primo impleuit gratia: z inde ad nos etiam deriuata est. Uñ Joan. j. dicit. Uerbum caro factū est. Et postea subdit. Plenū gratie z ꝟitatis. Et infra. De plenitudine ei⁹ nos oēs accepimus gratiam pro gra. Uñ z subditur. Gratia z veritas per Jesum christū facta est. Et ideo congruit vt per aliqua exteriora sensibilia gratia a verbo incarnato profluens in nos deducatur: z ex interiori gra per quam caro spiritui subiiciatur: exteriora quedā opera sensibilia ꝓducant. Sic igitur exteriora opera dupliciter ad gratiam pertinere possunt. Uno modo sicut inducentia aliqualiter ad gratiam: z talia sunt opera sacramentorum que in lege noua sunt instituta sicut bap. euch. z alia. Alia vero sunt opera exteriora que ex instinctu gratie ꝓducuntur: z in his est quedā differentia attendenda: quedam eīm necessariā conuenientiā vel contrarietatē habēt ad interiorem gratiam que ex fide p dilectionē aperte cōstitit. Et huiusmodi opera exteriora sunt ꝓcepta vel ꝓhibita in lege noua. Precepta est confessio fidei z ꝓhibita negatio dei. Dicit eīm Mat. x. Qui me confessus fuerit coram hoibus: cōfitebor z ego eū coram patre meo: et qui negauerit me coram hominib⁹: negabo eū coram patre meo. Alia vero sunt opera q̄ non habent necessariā cōuenientiā vel cōtrarietatem ad fidē per dilectionem operantem: z talia operā non sunt in lege ꝓcepta vel ꝓhibita ex ipsa legis prima institutiōe: sed relicta sunt a legislatore. s. christo vnicuiq; ꝑm q; alicui⁹ curā gerere debet: sicut vnicuiq; liberū est circa talia determinare quid sibi expediat facere vel vitare. Et cuilibet presidenti ordinare circa talia suis subditis quid in talibus faciendum vel vitandū. Unde etiam quantum ad hoc lex euangelij ꝟ lex libertatis. Nam lex multa determinabat: z pauca relinquebat hominibus determinanda. Sic igit q̄ius euangeliū q̄ dicit euangeliū regni consistit principaliter in interioribus actibus: ꝓpter quod ꝟ Luce. xvij. Regnū dei intra vos est: et Paulus ad Roñ. xiij. Regnum dei non est esca et potus: sed iustitia z pax z gaudiū in spiritu sancto. Tamen ex consequēti etiam ad regnū dei seu euangelium pertinent omnia illa sine quibus interiores actus esse non possunt: sicut si regnum dei est interior iustitia: pax: et gaudium: necesse est vt omnes actus exteriores qui repugnant iustitie paci et gaudio repugnent regno dei: z ideo tales actus prohibendi sunt in euangelio regni. Jn his vero que indifferenter se habent: vt comedere hos vel illos cibos: in his non est regum dei. Sciendum etiam ꝑm Tho. vbi supra q; lex noua ꝟ lex libertatis: z ꝑm illud Jac. j. Si q̄s ꝓspexerit in lege pfecte libertatis ꝛc. et hoc dupliciter. Uno modo quia nō arctat nos ad faciēda vel vitanda aliqua: nisi que sunt repugnantia saluti de se que sunt sub precepto vel ꝓhibitione. Scdo modo q; huiusmodi precepta z ꝓhibitiones nos libere implere facit inquantum ex interiori instinctu gratie quem lex euangelica includit ea implet. Ipsa enim gratia spiritus sancti est sicut interior habitus infusus inclinans nos ad bene operandum: et facit nos libere et sponte operari que conueniunt gratie. Unde apls. Ubi spiritus domini: ibi libertas.

Lex euāgelica pcipit z ꝓhibet quedam opera exteriora.

Principalitas legis euangelice.

Opa exteriora dupliciter ad gram pertinent.

Lex noua ꝟ lex libertatis dupliciter.

ij. cor. iij.

§. V. Quod lex euangelica conuenienter ordinat hominē quo ad actus exteriores: nulla alia opera exteriora determinando: nisi sacramēta z moralia precepta: que de se pertinent ad rōnē virtutis.

Pro cui⁹ declaratione dicit Tho. j. ij. q. cvij. arti. ij. Lex nona in actibus exteriorib⁹ solum illa pcipere vel ꝓhibere debuit: per que ad gratiā introducimur: vel que ptinēt ad rectū vsum gratie ex necessitate. Et q; gratiā ex nobis habere nō possum⁹: ꝛ solū per christū: ideo sacramēta q̄ per gratiam cōsequimur per seipm instituit: scz bap. euch. ordinē ministroꝝ noue legis instituēdo apostolos: z. lxxij. discipulos. vt pniam z matrimonium indiaisibile. Cōfirmationem ꝓmisit per spūsancti missionem. Ex eius etiā institutione apli legūtur infirmos vnguendo sanasse: vt habet Mar. vj. que omnia sunt noue legis sacramēta. Quia eīm in sacramētis dat gratia: que nō est nisi a christo: ideo oportuit q; ipsa sacramenta habēt institutionē a christo. Sed in sacramētis noui testamenti puta consecrationis tēpli vel altaris: z in celebritate solēnitatum z hmōi nō dat aliqua gra: z ideo q; ipsa non ptinēt ꝑm se ipsa ad necessitatē gre interioris: reliquit de⁹ instituenda ꝓlatis pro arbitrio suo. Rect⁹ aūt vsus gre est per opera charitatis: q̄ quidē ꝑm q; sunt de necessitate ꝛ rutis ptinent ad ꝓcepta moralia: que etiā in veteri lege tradebātur. Uñ quātū ad hoc lex noua addere nō debuit circa exteriora agēda. Determinatio aūt horū operū in ordine ad cultū dei pri net ad cerimonialia: in ordine ad ꝓximum ad iudicialia: z ideo q; iste determinationes non sunt ꝑm se de necessitate interioris gratie in qua lex noua consistit: ideo nō ca dunt sub ꝓcepto noue legis: sed relinquunt huiusmodi humano arbitrio. Quedā quidē quantū ad subditos: que. s. pertinēt sigillatim ad vūquēq;. Quedā vero ad ꝓlatos tpales vel spūales: q̄ scz ptinent ad vtilitatē cōmunem. Sic igit lex noua nulla alia exteriora opa determinare debuit: ꝓcipiendo vel ꝓhibēdo: nisi sacramenta z moralia ꝓcepta q̄ de se pertinēt ad rōnē virtutis: vt nō esse occidēdū: furandū: z hmōi. Ea aūt q̄ sunt fidei: q; sunt supra humanā rōnem: vñ ad ea non possum⁹ puenire nisi p gram: ideo abundātiori gra superuenēte oportuit plura credenda explicari: sicut de mysterio trinitatis: z articulis incarnationis: que tradunt explicite in euāgelio. Judicialia autē precepta nō sunt posita in euangelio: q; cū ꝑm se nō sint de necessitate ꝛ rutis: sed solū quantū ad cōmunē rōnem iustitie: ideo reliquit dñs ea disponēda his qui curam erāt habituri aliorū tēporalē vel spūalem: explanauit tñ quedā iudicialia christ⁹ ad excludendū falsum intellectū Scribarū z Phariseoꝝ. Sed aūt christus dedit apls q̄dā mādata: vt ptz Mat. x. Mar. vj. Luc. xxij. Nolite portare sacculū: neq; perā: neq; argentū ꝛc. Nō illa dedit tanq̄ cerimonialia: sed tanquam moralia statuta que possunt intelligi dupliciter. Uno modo vt dicit Aug. de cōsensu euāgelistarū: vt scz nō fuerint ꝓcepta: sed concessiones. Concessit eīm vt possent pergere ad predicationis officiū: sine pera: baculo: auro: z pecunia tanq̄ habētes potestatē accipiēdi necessaria vite ab his q̄bus ꝓdicabāt. Uñ subdit. Dignus est eīm operari⁹ cibo suo. Nō aūt peccat qui superogat sua portans: et q̄bus viuat in predicationis officio: non accipiens sumptū ab his q̄bus predicat: sicut fecit Paulus Corinthi laborās manib⁹ suis vt inde viueret. Alio modo possunt intelligi ꝑm expositionem aliorū sanctorū vt fuerint illa quedā statuta tēporalia aplis data pro illo tēpore quo mittebātur ad predicandū in Judea ante passionē christi. Indigebāt eīm adhuc quasi paruuli sub christi cura existentes accipere aliqua instituta specialia: sicut et quilibet subditus a suis prelatis. Et precipue qui erant paulatim exercitandi: vt temporalium solicitudinem abdicarent: per quod redderent idonei vt euāgelū p orbem predicarent. Illa aūt temporalia statuta remouit imminente passione tanq̄ discipulis sufficienter exercitatis per ea. Unde dixit eis Lu. xxij. Quādo misi vos sine sacculo ꝛc. Sed nunc qui habet sacculum tollat similiter z perā ꝛc. quasi tā imminēret tēpus perfecte libertatis quo suo dimitterentur arbitrio. Hec Tho. Possunt etiam exponi illa moralia: vt scz predicatores non possideant aurum humane sapiētie: aut argentū eloquentie scz confidendo in illis z in illis insistendo. Nec sacculum thesauri

Moralis expositio predicatorum.

zationis: nec perã solicitudinis laute ad edendũ ꝓparatis: nec duas tunicas duplicitatis seu hypocrisis: nec calciamẽta. i. exẽpla mortifere actionis seu afflictionis: nec virgã ire ⁊ vindicationis: nec per viã salutẽt. ſ. adulãdo auditoribus vt etiã de domo in domũ nõ transirẽt. i. nõ sint vagabũdi ⁊ visitãtes domos mulierculariũ vt annũtient primo domui pacẽ. i. querãt pacẽ dom⁹: vbi morãtur ⁊ ecclesie vbi predicãt: ⁊ nõ seminẽt scãdala: ⁊ comedant que apponũtur: nõ quidẽ lapides vel noxia: sed ne solicitẽ tur de cibis preparandis: ⁊ molestẽt hospites in petendo varia: vel etiã ꝙ omnibus indifferenter predicent incorporando eccle sie fidei: sed tantũ baculũ cõcessit portare designantẽ crucẽ. Nos (ait apls) predicamus christũ crucifixũ ⁊c. In quib⁹ ꝺditiõibus obseruãdis multũ deficiũt predicatores moderni vt euidẽs est.

ſ. Lor. ſ.

§. VI. Quod lex noua sufficiẽter

ordinat hominẽ circa actus interiores: ⁊ hoc precipue in sermone quẽ fecit dominus in mõte discipulis suis quẽ recitat Matt. euãg. v. c. fuit euãgelij vsq; ad. viij. exclusiue per tria capitula cõtinua. Uñ dicit Aug. in lib. de sermone dñi in mõte. Cõsiderãdũ est: qz cũ dicit. Qui audit verba mea hoc satis significat istũ sermonem dñi omnibus preceptis: quib⁹ christiana vita formatur esse perfectũ. Unde posset induci de eo illud Ps. cxviij. Lucerna pedibus meis verbũ tuũ ⁊ lumẽ semitis meis. Uerbũ vocale ex ore christi est in toto illo sermone. Unde in principio dicit euãgelista. Aperiẽs os suũ. q. d. In aliis sermonibus scripture ⁊ veteris legis aperuit ora prophetarũ: in isto autẽ os suũ. Et per ꝓphetas locutus est quasi infra dẽtes. i. obscure in isto aperuit os id est clare locutus. Et istud verbũ scz doctrine huius sermonis: est lucerna plena oleo gratie quã cõtinet lex euangelica ⁊ igne amoris. vnde Prouerb. vj. Mandatum lucerna est: et lex lux. Et hec est posita pedibus meis id est ad dirigendos pedes intentionis ⁊ affectionis in agẽdis: ⁊ lumẽ semitis meis id est operibus exterioribus ad informandũ ea. In isto igitur sermone perfecte interiores motus hominũ ordinãtur ꝑm Tho. ſ. ij. qõ. cvij. ar. iij. Nã primo christus ponit ⁊ declarat finem in agendis debitum qui est vltimus scilicet beatitudinẽ dicens. Beati pauperes spiritu: quoniã ipsorũ est regnũ celorũ. ⁊ alie beatitudines. Secundo cõmendat apostolicã dignitatẽ per quam erat doctrina euangelica promulgãda: declarãs ꝙ exẽplaris ⁊ perfecta debet esse vita eorum subdens postea. Uos estis sal terre ⁊c. Tertio ordinat motus interiores cuiuslibet hominis. Et primo quantum ad seipsum. Secundo quantũ ad proximũ. Tertio quantum ad deum. Quantũ ad seipsum dupliciter ordinat hominẽ ꝑm duos interiores animi motus circa agẽda qui sunt volũtas agendi: et intẽtio de fine. Primo igitur ordinat hominis volũtatem ꝑm diuersa legis precepta: vt. ſ. abstineat aliquis nõ solũ ab exterioribus operibus que sunt ꝑm se mala dicẽs: dictũ est antiquis. Nõ occides: sed etiã ab interioribus motibus ⁊ occasionibus malorum: vt ira ⁊ cõtumelia dicens. Qui irascitur fratri suo reus erit iudicio. Mat. v. Intentionẽ autẽ ordinat docẽs ꝙ in bonis operibus nõ debemus querere humanã gloriã dicẽs. Attẽdite ne iustitiam vestrã faciatis coram hominibus vt videamini ab eis ⁊c. Mat. vj. Et nolite fieri sicut hypocrite neq; mundanas diuitias appetatis dicens. Nolite thesaurizare. Mat. vj. Ubi etiã notandum est ꝙ omnes res mundane ad tria reducuntur. ſ. honores: diuitias: ⁊ delicias: ꝑm illud. ſ. Joã. ij. Omne qõ est in mũdo: aut est cõcupiscentia carnis: aut cõcupiscẽtia oculorum: aut superbia vite. Et superfluas quidẽ delicias carnis que pertinẽt ad concupiscentiã carnis lex vetus nõ prohibuit sed magis promisit. Promisit enim lex illa celsitudinẽ honoris qõ pertinet ad superbiam vite ⁊ abundãtiã diuitiarũ qõ pertinet ad cõcupiscentiã oculorum. Dicitur enim Deut. xxviij. Si audieris vocẽ domini dei tui vt facias atq; custodias omnia mandata eius que ego precipio tibi hodie: faciet te dominus deus tuus excelsiorẽ cunctis gẽtibus. Et paulopost. Et abũdare te faciet omnibus bonis. Que quidẽ ꝓmissa prave intelligebãt Judei. ſ. vt propterea esset deo seruiẽdum sicut propter finẽ. Et ideo dominus hec remouit ostendẽs primo ꝙ opera virtutũ nõ sunt facienda propter humanam gloriam. Et ponit tria opera ad que omnia alia reducuntur. Nam omnia que quis facit ad refrenandũ seipsum a suis cõcupiscentijs: reducũtur ad ieiunũ. Quecũq; vero fiũt propter dilectionẽ proximi: reducũtur ad eleemosynã. Quecũq; vero ꝓpter culpã dei: reducũtur ad oratiõnẽ. Ponit autẽ hec tria quasi precipua: qz per hec maxime homines solẽt gloriari. Secũdo docuit ꝙ nõ debemus constituere finẽ in diuitijs dicẽs. Nolite thesaurizare. Secundario ordinat hois interiorẽ motũ quoad primũ vt scz eum nõ temerarie aut iniuste: aut presumptuose iudicemus dicens. Nolite iudicare ⁊ non iudicabimini. Mat. vij. Neq; etiã ꝙ simus erga proximũ nimis faciles: vt eis scz sacramenta cõmittamus vel demus si sunt indigni vt dicit. Nolite sanctũ dare canib⁹: neq; mittatis margaritas vestras añ porcos: qz. ſ. immundis nõ sunt danda sacra. Hoc tamen cũ distinctione intelligendum est: vt habeẽ in. iij. parte. Ubi etiã sciendũ ꝙ precepta moralia veteris legis oĩno in lege noua remanere debuerunt: qz ꝑm se pertinent ad rõnem virtutis: vnde ⁊ Gratia. dicit in princip. decre. ꝙ ius naturale qõ scz est de moralibus in lege ⁊ euãgelio continetur: quo scz quisq; iubetur alteri non facere qõ sibi non vult fieri: ⁊ alteri facere qõ sibi vult fieri: scz qõ vult ꝑm rõnem: vt dicit glo. ibi. Istud autẽ scõm. ſ. oĩa que vultis vt faciant vobis hoies: ⁊ vos facite illis: dicit christus in illo sermone. Precepta autem ꝺicialia non remanent in lege noua ex necessitate ꝑm ꝙ lex determinauit: sed relinquebantur arbitrio hominum: vtrum sic vel aliter esset determnãdum. Et ideo circa ista duo genera preceptorũ nos ordinauit. Preceptorũ aũt cerimonialium obseruatio totaliter per impletionem tollebaẽ. Et ideo circa huiusmodi precepta cerimonialia in illa doctrina sermonis nihil ordinauit. Ostẽdit tamẽ alibi ꝙ totus cult⁹ corporalis qui erat determinatus in lege: erat in spũalem cõmutand⁹: vt patet Jo. iiij. cũ dixit Samaritane. Uenit hora qñ neq; i monte hoc: neq; Hierosolymis adorabitis patrẽ: sed veri adoratores adorabunt patrem in spiritu ⁊ veritate. Circa tria autem precepta ex moralibus adimpletionẽ exposuit. Nam circa homicidiũ et adulterium existimabant Scribe ⁊ Pharisei actum exteriorem prohibert non motũ interiorẽ: qz huiusmodi mot⁹ ire ⁊ cõcupiscentie videtur ineesse nobis a natura. Sed dñs ostẽdit prohibitum etiã appetitum interiorem huius dicẽs. Qui viderit mulierem ad cõcupiscẽdũ eã iam mechat⁹ est eã in corde suo. Matth. v. Et illud. Qui iracsit fratri suo: reus erit iudicio. Juramentum etiam estimabant vt per se apperẽdum: qz videtur ad reuerentiã dei ptinere vñ frequentandũ. Sed ostendit dñs non appetendũ vt bonum: ⁊ melius sine iuramento loqui: nisi necessitas vrgeat. Unde dixit in sermone illo. Nolite iurare omnino: id est sine eã rõnabili. Circa iudicialia errabãt Scribe ⁊ Pharisei: Primo qz quedam q̃ in lege Moysi erant tradita tanq; permissiones reputabant per se iusta vt repudium vxoris: ⁊ accipere vsuras ab extraneis. Et ideo dñs in sermone prohibuit: ⁊ repudium vxoris. Mat. v. et vsuras accipere dicens Luc. vj. Mutuũ date nihil inde sperantes. In hoc eñ consistit vsura sperare lucrum ex mutuo. Scõo errabant estimantes penã quam lex instituerat propter iustitiam exequendã ex appetitu vindicte: vel cupiditate tẽporalũ rerũ vel odiũ inimicorũ esse licitũ ꝓpter ꝓceptum taleonis datum: qõ datum fuit vt iustitia seruaret: non vt vindicta quereret. Uñ dñs ad hoc remouendũ docet animum debere quis habere paratũ ad plura etiã sustinendũ si necesse sit. Unde dixit. Ego dico vobis non resistere malo: sed si quis te percusserit in dexterã maxillã: prebe ei ⁊ alterã. Mat. v. quod intelligit quãtum ad animi preparationẽ ꝑm Aug. xxiij. q. j. paratus. Motũ cupiditatis estimabant licitũ ꝓpter ꝓcepta iudicialia quib⁹ mãdabatur fieri restitutio cũ additione. Sed dominus docet vt ex cupiditate nostra etiã nõ reputamus: sed simus parati etiã ampliora dare si necesse fuerit. ibi. Si quis acceperit tunicã dimitte ei ⁊ palliũ. Odiũ credebant licitũ propter hostiũ interfectionẽ cõcessam: sed ad hoc tollendũ mandauit dñs etiã inimicis benefacere. Matth. v. Ego dico vobis. Diligite inimicos vestros: benefacite his qui oderunt vos ⁊c. Tertio ⁊ vltimo docet modum implendi doctrinã euangelicã. ſ. per ꝺonem. Et hoc hz nos ordinare ad deũ per conatũ nr̃m: qz qui fecit te sine te: non iustificabit te sine te: ait Aug. Et ideo ait. Contendite intrare per angustam portã: ⁊ regnũ celorũ vim patitur ⁊ violenti rapiunt illud. Matth. vij. Et ꝙ cautelam adhibeamus ne seducamur per fallos ꝓdicatores. ibi. Attẽdite a falsis ꝓphetis qui veniunt ad vos in vestimẽtis ouiũ: intrinsecus autem sunt lupi rapaces. Et demum qõ obseruatio mandatorum est necessaria ad virtutem: nec sufficit confessio fidei vel operatio miraculorũ: vñ ait. Non omnis q̃ dicit mihi dñe. dñe ⁊c. Et postea. Multi dicent in illa die: domine nonne in noie tuo prophetauim⁹ ⁊c. Nec etiam sufficit auditus solus horum verborum sed executio: vnde dicit. Dis qui audit verba mea hec ⁊ nõ facit similis est homini stulto qui edificauit domũ suam super arenam. sed faciens similis est edificãti supra petrã. Prohibet etiã solicitudinẽ circa tẽporalia

Sermo domini i monte.

Ad tria reducũtur omnes res mũdane.

Precepta moralia remãserunt.

Precepta iudicialia nec cerimonialia nõ remanserunt.

Exponit christus tria precepta moralia.

Error iudeorũ circa iudicialia.

Mat. vij.

temporalia dicēs. Mat. vj. Nolite soliciti esse: et hoc nō necessariā: sed inordinatā. Hec autē inordinata est quadrupler: ꝛ ideo vitanda. Primo vt in eis finē nō cōstituam⁹: neq; deo seruiam⁹ ꝓpter victū ꝛ vestitū. Unde dicit. Nemo pōt duobus dñis seruire. Secō vt nō solicitemur de tpalibus cū desperatione diuini auxilij. Unde dñs. Scit pater vester quia his oībus indigetis. Tertio ne solicitudo sit presumptuosa: vt scz hō cōfidat per suam solicitudinē se posse ꝓcurare necessaria vite: qō remouet per hoc quod dicit q̄ homo non pōt adijcere ad staturam suā cubitum vnum. Quarto per hoc q̄ solicitudinis preoccupat tēpus: q; scz solicitus est nunc de eo qō nō pertinet ad curam presentis temporis sed futuri. Sicut cū tpe messis solicitatur circa vindemiam propter quod dicit. Nolite soliciti esse in crastinum. id est in futurum remotum. De hac tamen māteria solicitudinis habes diffuse in secunda parte titu. j. c. xxv. de inquietudine.

Solicitudo multiplex.

§. VII. Quod in lege euangelica

glo. & dicit q̄ Hugo & Lau. asserūt q̄ si circa articulum de quo queritur sunt diuerse cōsuetudines actoris et rei: sequaē iudex rei cōsuetudinē: vt dicit hic glo. nisi in duob⁹ casib⁹: scz cum consuetudo actoris est magis consona iuri: & veritati: vel si magis inducit absolutionē q̄m cōdemnationē: tunc em̄ magis dz sequi quod consonat veritati negotij. iij. q. vij. iudicet. et promptiores esse debem⁹ ad soluendū. xxxv. q. ix. veniā. Ponit etiā Arch. ibi dē cōsuetudines varias attēdēdas in diuersis negotijs: & dicit fm Joan. Cōsuetudo loci cōtract⁹ seruatur. ad hoc. ff. de vsu. l. j. & ff. de euict. si fundus. & mouet questionē talē. Pone q̄ si quedā regi vbi est cōsuetudo q̄m si vxor premoriatur viro: marit⁹ ei⁹ lucratur totā dotē: cōtrahit cū quadā de Bononia vbi est consuetudo q̄ in tali casu vir lucratur mediā dotē tm̄: quero cuius cōsuetudo inspicietur in conficiēdo instrumēta dotis. Dixit do. Guido de Su. q̄ mariti consuetudo est attendenda. ad hoc. ff. de iudi. l. exigere. Sed circa hoc est sciendum q̄ consuetudinū alia generalis: alia specialis. Gñalis seu generalissima est q̄ inducitur a populo Romano. ff. de legi. de quibus. Specialis cōsuetudo: alia ciuitatis: alia prouincialis: alia oppidi: alia certi predij: alia certe dignitatis: alia certe eccl̄ie seu monasterij: alia certi hois seu patrisfamilias: alia aialis: alia certi fori. De prouinciali cōsuetudine seu ciuitatū loquitur litera. ff. de legi. l. cum de consuetudine. extra de elec. cū eccl̄esia vulterana. extra de cēsi. sopite. Est tm̄ differētia inter prouincialē & ciuitateā. s. quo ad p̄bationē. Prouincialis est q̄m in ciuitate eiusdē p̄uincie vsitata est. ff. de tribu. l. iij. ℣ vlti. Alia dz esse prouincialis: q̄d de iure cōi statutū non est: cū dubitatur in illa prouincia in qua nihil est statutū: nec aliquid de iure cōmuni reperitur. extra. de cog. spi. c. super eo. Idē iuris et si dubitetur de interpretatione iuris cōsuetudinarij: vt in predictis ca. in quib⁹ cauetur q̄ standū est interpretationi aliarū ciuitatū p̄marū. Si autē de cōsuetudine ciuitatis dubitetur: debet attendi qualiter ipsa ciuitas vsitata sit in illis de quib⁹ dubitatur & in similibus. ff. de legi. l. de quibus & l. si de interpretatione. Si aūt non apparet quod declarat hoc dubiū: nec est determinatū aliq̄d super hoc in iure cōi: tunc debet attendi q̄d obtinet in circūuicinis ciuitatib⁹ cohērētib⁹ de cōsuetudine earūdē: vt in predicto. c. super eo. & extra de cōsue. cū olim. Et idē est obseruandū de consuetudine oppidi vel castri. C. que sit lon. consue. l. j. & ff. de edi. p̄tua. l. iij. De cōsuetudine autē certi p̄mij loquitur litera. extra de offi. iudi. ord. duo simul. Et. ix. q. iij. conquestus. & extra de excess. p̄la. c. ij. Et in consuetudine p̄ceditur de similibus ad similia. extra de offi. archi. dilecto. In consuetudine aūt certe eccl̄ie vel certi monasterij: inspicitur quid fieri consueuit in illo monasterio. extra de his que fiunt a p̄la. sine cōsen. ca. ea noscitur: & de ver. sig. abbate. Est etiā cōsuetudo hois seu patrisfamilias & in ipsa etiā attenditur quid facere cōsueuit. C. qui testa. fa. pos. l. heredes palā ℣ j. & ff. de re mili. l. iij ℣ si plures. Est etiā cōsuetudo aialis et in ea aspicit quid facere cōsueuit illud aial: vt inst. de rerū diuis ℣ pauonum. & credo q̄ in alijs actibus & delictis sufficit binus act⁹ ad p̄bandum cōsuetudinem peccandi quo ad hoīes et aialia. xxv. q. ij. ita nos. & ff. de seruo corru. l. Neratius. Sicut bina sententia lata super consuetudine: & consuetudinem inducit & approbat. ff. de legi. l. cum de consuetūdine. Est etiam consuetudo fori. ff. de va. & extraord. cogni. l. j. Est etiam consuetudo corporis. extra de cele. mis. pernitiosus. Hec omnia Archi.

Casus notād⁹.

§. VI. De consuetudine quando

Consuetudo q̄n tollat legē et q̄n non.

tollat legem & p̄iudicet legi & quando non: notat summatim Henricus Boyck super. c. vl. de consuetudine. Ubi primo sciendum q̄ nulla consuetudo quātūcūq; generalis vel antiquata potest p̄iudicare seu tolere id quod est de lege naturali seu etiā diuina quo ad moralia precepta. vt dist. viij. per totū. Cerimonialia aūt precepta quantum ad literā cessant: et seruari nō debent: q̄ hoc esset iudaizare. Judicialia vero precepta legis diuine non obligant ad obseruantiam eorū: inquantū contenta in lege Moysaica: sed inquantum assumerentur pro constitutis seu statutis ab ecclesia vel aliqua ciuitate secundū Tho. Et de istis dictū est supra diffuse in ti. de lege Moysaica. Restat ergo

Tit. xiiij.

questio solum de lege positiua canonica vel ciuili: prout lex positiua includit etiam ius gentium. Circa hoc igitur distinguit predictus Henricus. Quia aut consuetudo precedit legem et lex sequitur. i. constituitur post ipsam: aut econtrario lex precedit consuetudinem: & consuetudo sequitur. Si igitur consuetudo precedat legē: tūc aut cōsuetudo est gñalis: que scilz per totum orbē seruat: aut est localis seu particularis: q̄ scz seruat in vna ciuitate vel regno & nō in alio. Si cōsuetudo gñalis est: tūc lex noua supueniens sibi ꝯtia ei preiudicat & eā abrogat seu derogat: licet de ipsa nō faciat mentionē. arg. de cōsti. licet. lib. vj. Ibi scz locorū & personarū singulariū &c. a cōtrario sensu. Et hoc ibi notat Jo. And. q̄ illud q̄d cōiter tenet princeps nō presumit ignorare. vt. ff. de test. mili. l. cōi. Et quals talis lex gñalis nihil operet q̄d nō est dicēdū. ar. xix. di. si Romano. Si vero cōsuetudo est localis siue particularis: tūc alia lex supueniēs hz clausulā derogatiuā cōsuetudinū: videlicet vel expresse improbando csuetudinē inducendā vel simpl̄r ꝯtā cōsuetudinē nō tollendo: q̄ tunc intelligit de inducta & inducēda in futurū: & tūc lex tollit ipsam cōsuetudinē: vt de censi. q̄m̄q̄m. lib. vj. Et ita intelligit Bern. illam legē. ff. de sepul. vio. l. iij ℣ diuus. & extra de fide instru. pastoralis. & Archi. & Jo. an. de cōsti. c. j. li. vj. Aut nō hz clausulā derogatiuā ꝯ cōsuetudinē inductā & tunc nō tollit eā: vt no. Inno. Et est hodie expressum de cōstitu. c. j. lib. vj. Fallit vbi cōsuetudo localis esset fm ius cōe: cōtrarū scdo iuri: vt notāt Jo. an. de cōsti. c. j. & Archi. de fi. presby. c. j. li. vj. Si vero lex p̄cedit cōsuetudinē & cōsuetudo sequitur: tūc aut lex precedens hz clausam derogatiuam consuetudini: vt q̄ prohibet in futurum cōtrariam cōsuetudinē introduci: vel tollit simpl̄r contrariam consuetudinez vt dictum est: & tunc preiudicat consuetudini sequenti: ita q̄d consuetudo sequens non valet: vt. C. de vsuris. l. eos. extra. e. nō putamus. lib. vj. fm Joā. an. Sed pe. de Anch. dicit q̄d licet tollat consuetudinem inductam: tm̄ si consuetudo ꝯ talem legem duret: ita vt sit prescripta vt non rationabilis: adhuc tollet talem legem. Joan. de Imol. in cle. dicit in aliquibus habere locuz dictum Jo. an. in aliquibus alijs dictum Petri. Si autem predicta lex nō hz clausulā derogatiuam consuetudinis: tunc aut est rationabilis aut irrationabilis. Si rationabilis non tollit legē. Et dicitur irrationabilis: vt q̄ est ꝯ ius per q̄d leditur ordo iudiciarius. vt eo. ti. ad nostram. Uel per q̄d disrumpitur ecclesiastica disciplina. vt eo. tit. cum inter. Uel q̄ est onerosa ecclesijs. eo. tit. cum inter. Uel q̄ est ꝯ publicam vtilitatem communem: & talis consuetudo non derogat canoni vel legi: vt. viij. dist. mala autem consuetudo. Et ratio est: q̄ sicut iuramentum non est vinculum iniquitatis: nec dz admittere peccatum alias non valet: vt xxij. q. iij. inter cetera. Jta nec priuilegium: nec consuetudo: nec constitutio: nec prescriptio: nec etiam appellatio: fm Hostien. Ad hoc cōcordat q̄d notant Hostie. & Joan. an. de elec. pervenerabilem. dicentes q̄ cōsuetudo vel statutū q̄ cōmittentes furtuz vel homicidium vel simile crimen in pecunia tantum puniātur sunt irrationabilia: q̄ nihil aliud est q̄m homines venalitati exponere vel incitare hoies ad cōmittendum peccata. Tales em̄ minus timent penam pecuniariam q̄m timent suspendiū vel aliā mortem. Illa ergo non sunt tenēda neq; seruanda. de offi. ordi. dilectus. & c. fi. Dicit etiā Hosti. in summa. de pen. & remis. quib⁹ et qualiter: q̄ ꝯ peccati correptionem non currit prescriptio vel consuetudo vel dissuetudo. Si autem consuetudo sit rationabilis: tunc aut est prescripta aut non prescripta. Si prescripta tunc derogat iuri positiuo: etiam iuri gentium: vt de consuetudine. c. vlti. Et cum generalis est consuetudo tunc generaliter ꝛ hoc derogat. vt. ff. de legi. l. de quibus ℣ inueterata. Si vero sit particularis consuetudo seu localis: tunc in illo loco tantum consuetudo tollit legez. Sic loquitur lex. ff. communia p̄e. l. vendito: & di. xj. consuetudinis. Si autem non est prescripta consuetudo: tunc nō derogat legi: vt in. c. humana. extra de elec. Et hoc etiaz expresse dicitur de consue. c. vlti. Dicit etiam Hostien. quod que sit consuetudo rationabilis vel non relinquitur consilio iudicis. Idē etiā dicit q̄ consuetudo que est ꝯ votum vel ꝯ religionem nō valet nec tollit legem. de stat. mona. cum ad monasterū. Itē dicit q̄ lex vel canon continēs preceptum vel prohibitionem nō potest tolli per consuetudinē: q̄d tm̄ nō videtur simpl̄r veruz: sed de his que cōprehēdūt preceptū vel phibitionē legis diuine nō autem in pure positiuis. Nam rogationes quo ad ieiunium & quo ad feriandum ponuntur in precepto. de conse. dist. iij. rogationes. Et tamen ab oibus dicitur preceptum illud esse abrogatum per contrariam cōsuetudinē. Itē sicut legem etsi non generalem tm̄ specialē potest sibi facere vnusquisq; populus: & in hoc dz princeps consentire: licet etiam posset illam ignorare. Eadez rōne pōt sibi consuetudinē facere particularem & rationabilez: q̄ princeps nunq̄m vult facta rationabilia impedire: sed potius approbare. Et quantum ad consuetudinem generalem vel particularem introducendam credit Henricus predictus q̄d scientia

Cōparatio legis et consuetudinis.

Legum pulchra dissictio.

Obseruatio rogationum.

tia presumpta ⁊ tolerantia principis sufficiāt: inducēs gl. Bar. Bitr. dis. iiij. §. leges. q̄ cōsuetudo rationabilis prescribi potest sine scientia principis: licet Jo. ⁊ Jnno. ⁊ Hostiē. ⁊ Archi. cōtrarium videantur sentire: sed male dicit Henricus: ⁊ primam opinionem magis approbat.

Titulus. XVII. De lege canonica.

¶ In quo agitur de preceptis ecclesie. de rescriptis. de decretis decretalibus epistolis: ⁊ de auctoritate doctorū. Capi. vnicū.

Ex humana dicit ius positiuū scriptū. Nā si nō est scriptū vt cōsuetudo vt dictū est. Ipsa aūt lex hūana si nō est iusta: q̄uis large dicat lex inquantū ab aliquo habēte auctoritatē constituit: ppter q̄ vt Esaie. x. Ue q̄ cōdūt leges iniquas: nō tñ ppie est lex: q: nō ligat. i. nō obligat ad sui obseruātiā. Si autē iusta a deo inspirāte est: sm illud Prouer. viij. Per me reges regnāt: ⁊ legū cōditores iusta decernūt: vnde ⁊ lex dei dici pōt ⁊c. stodiri ⁊ meditari dz. Et sic pōt exponi illud ps. cxviij. Alia mea in manibus meis semp ⁊ legē tuā nō sum oblitus. Alia mea. i. cōsideratio ⁊ affectus aīe in manibus. i. in operib⁹ nostris dz esse: vt sez sint bona ipsa opera deo grata. Et q: opa tūc sunt bona q̄si sunt sm legē nō solū dei: sed etiā hoim. Uñ ⁊ christus nascēs seruari voluit a matre sua legē hois infidelis: sez cū exijt edictuz a Cesare Augusto: vt descri. vni. o. Lu. ij. Juit p̄gnās i Bethleē. ideo subdit. Legē tuā nō sum oblitus: sz bñ recordat⁹ legis diuine ⁊ humane: vt ipa opa essent sm legē nō p̄ legez: ⁊ q: lex est spēs iuris sm Jsi. di. j. ius gñale. ideo videndū est de isto termino ius q̄d sit ⁊ vñ dicat. Pro cui⁹ decla. di. b. Tho. ij. ij. q. lvij. ar. j. q̄ consuetum est q: noia a prima sui impositione retorqueant ad alia significanda: sicut nomē medicine primo impositum est ad significādum remedium q̄ prestatur infirmo ad sanandum: deinde tractuz est ad significandum artem qua hoc fit. Jta hoc nomē ius primo impositum est ad significandum ipsam rem iustam: postea est derivatuz ad significandum artē qua cognoscit quid sit iustū: ⁊ sm hoc dis. Celsus iurisco. q: ius est ars boni ⁊ equi. Sicut enim eorū q̄ fiūt p artē exterius quedā rō in mente artificis p̄existit q̄ vt regula artis. ita etiā illius operis iusti q̄ rō determinat q̄dā rō preexistit in mente quasi quedā regula prudētie: ⁊ etiā hec si in p̄scriptis redigat vocatur lex: ⁊ ideo ipsa lex nō est ppter ipm ius sed aliqualis ratio iuris. i. illius regule q̄ est in mēte. vñ ⁊ Jsi. dicit q: lex est constitutio scripta. di. j. lex. Ulterius etiā hoc nomē extēdit ad significandum locū in quo ius reddit: et sic vt aliquis cōparere iuri. Quarto etiaz vt ius id q̄ redditur ab eo ad cuius officiū pertinet iustitiam facere: licet ēt id q̄ decreuit sit iniquū. Dictum est autem ius eo q̄ iustuz sm Jsi. di. j. c. iij. Justū autē est obiectum iustitie. vñ phs. v. Ethic. di. Dēs talem habitū volunt appellare iustitiam a quo opatiui iusto⁹ sunt. Dicit aūt aliq̄d iustum quasi habens in se rectitudinē ad q̄ terminat actio iustitie: ēt nō cōsiderato qualiter id ab agēte fiat. Importat enim iustū quandam equalitatē sicut ipm nomē demōstrat. Dicūtur em̄ vulgariter ea que adequantur instari: equalitas autē est ad alterū. Illud ergo vt in opere nostro iustū: q̄ respōdet sm quandā equalitatē alteri: puta recompensationē debite mercedis pro seruitio impenso. Et cū in alijs virtutibus nō determinet aliquid rectū: nisi ex id q̄ fit aliqualiter ab agēte: sed tñ in virtute iustitie spāliter pre alijs virtutibus determinatur sm se obiectū q̄ vocatur rectū: ⁊ hoc quidē est ius. Et sic patet q̄ iustum seu ius est obiectū iustitie. Q̄ autem dicit Jsi. di. j. oēs: q: fas est lex diuina ius lex humana: propterea hoc dicit: q: cum ius sit obiectū iustitie: ⁊ iustitia equalitatez importet: nos aūt deo nō possumus recompensare sm equalitatē: ideo non possumus proprie deo reddere ius sicut proximo: sed sufficit q̄ impleamus quod possumus deo sez animā subijciendo: ⁊ hoc dicitur fas.

Jus q̄d sit.

De diuisiōe iuris positiue.

§. I. Diuidit autē Jsidor⁹ sic ius

di. j. ius aūt. Jus aut naturale est aut ciuile aut gentiū. Ubi sciēdum q: ius gentium cōprehenditur sub iure positiuo. Sic enim diuidit phs. v. Eth. ius. i. in naturale ⁊ politicum. Dicit em̄. Politicum ius hoc quidē naturale: hoc autem legale. i. lege positum. Jus siue iustum aut naturale est q̄ ex sui natura est alteri adequatū vel cōmēsuratū alteri. Hoc aūt potest contingere dupl'r. Uno mō sm absolutam sui considerationem: sic masculus ex sui rōne hz cōmensurationem ad feminam: vt ex ea generet et pariēs ad filium vt eum nutriat. Alio modo aliq̄d est natural'r ade quatū alteri: nō sm absolutā sui rōnē: sed sm aliq̄d q̄ ex illo cōsequit: puta ppietas possessionū. Si em̄ cōsideret iste ager absolute: nō hz vñ magis sit huius q̄ illius: sed si cōsideret ad opportunitatē colēdi ⁊ pacificū vsum agri. Sc̄o loco hz quādam cōmēsurationē ad hoc q̄ sit vnius et nō alterius: vt ptz p phm in. ij. Poli. Absolute aūt apprehēdere aliq̄d nō solū conuenit hoi: sed etiā alijs aialibus: ⁊ iō q̄ ius dr naturale sm primū modum: cōe est nobis ⁊ alijs aialibus. A iure aūt naturali sic dicto recedit ius gentiū: vt iurisco sultus. ff. de iustitia ⁊ iure. dicit: q: id oībus aialib⁹: hoc solis hoib⁹ inter se cōe est: cōsiderare aūt aliq̄d cōparādo ad id q̄ exinde sequit est ppriū rōnis. Et iō hoc est naturale hoi sm rōnē naturalē: q̄ hoc dictat. Et iō Cai⁹ iurisco sultus: vbi s. Q̄ naturalis rō inter oēs hoies cōstituit: id apud oēs gētes pereq̄ custodit: vocatur q̄ ius gentiū. Et q: ea q̄ sunt de iure gētiū rō naturalis dictat: puta ex propinquo hñtia equitatē: inde est q: nō indiget aliqua spāli institōne sicut ius ciuile: sz ipsa naturalis rō ipm ius gentiū instituit. Et si arguat q: seruit⁹ est de iure gētiū sm Jsi. di. j. ius gētiū. Sz seruitus est naturalis. Dicit em̄ phs in. ij. poli. q: natural'r aliq̄ sunt serui. Uñdet Tho. q̄ hūc hoiem esse seruū magis q̄ alium absolute cōsiderando nō habet rōnē naturalē: sed solū sm aliquā vtilitatem inde cōsequentē: inquantū vtile est huic q: regatur a sapiente: ⁊ illi q̄ ab hoc iuuet: vt dr. j. Poli. Et iō seruitus pertinens ad ius gentiuz est naturalis sc̄o mō vt dictū est nō p̄io mō. Et quāuis vtrūq̄ ius. i. gentiū ⁊ ius ciuile seu politicū deriuetur a iure naturali tñ alio ⁊ alio mō. Nā ius gētiū ppinquius deriuat ab eo: vt cōclusiones ex principijs. Jus aūt ciuile nō ita imediate: ⁊ vt determinationes aliquoꝝ vtiuz. Itē q̄uis etiā sit quoddā iustū q̄ dr paternū. i. inter patrem ⁊ filiū: ⁊ quoddā q̄ dr dominatiuū: scilicet inter seruum ⁊ dñm: tamen ista nō pertinēt ad ius politicuz: sed magis ad iustum oeconomicum. Ad iustitiam enim cuius obiectum est iustum simpliciter: q̄ est ius politicum: proprie pertinet reddere vnicuiq̄ q̄ suū est: suppositā tamē diuersitate persone vnius ad alterum. Si quis em̄ sibi det q̄ sibi debetur: non proprie vocatur hoc iustū. Et q: q̄ est filij est patris: ⁊ quod est serui est domini: ideo nō est proprie iustitia patris ad filium vel domini ad seruum. Cum enim iustitia sit ad alterum. alterum dici potest aliquid dupliciter. Uel quia est omnino distinctum ab eo: sicut in duobus hominibus: quoꝝ vnus non est sub alio: sed ambo sub vno principe. Uel q: aliquid est eius existens: ⁊ sic filius est aliquid patris: quia quasi pars eius: ⁊ seruus aliquid domini: q: instrumentum eius. Jdeo proprie ⁊ simpliciter iustum seu ius q̄ est obiectū iustitie proprie est ius politicū seu ciuile. Dūarium autem ius non est simpl'r ius sed aliquo mō. Sub iure aūt ciuili q: ponit Jsi. in diuisione illa que est in principio huius §. cōprehenditur ius canonicū. Primo ergo de iure vel lege hūana tractando ponent quedam cōia tam iuri ciuili q: alio noie dr ius forense q̄ iuri canonico. Postea aliqua propria de iure gentium ⁊ ciuili: demū de iure canonico.

De iure gentium.

§. II. De necessitate legis hūane

dicit Jsi. li. v. Ety. Facte sunt autem leges vt earum metu humana coerceatur audacia: tutaq̄ sit inter improbos innocētia: ⁊ in ipsis improbis formidato supplicio refrenetur nocendi facultas. dist. iiij. facte. Sed hoc est maxime necessarium humano generi. i. vt tollatur facultas malis nocēdi alijs: alꝰ nō possent conuiuere homines. Et cum hoc faciat lex humana per penas impositas ab ea: ideo necessarium fuit tales leges statuere. Sed promatoꝝ horum declaratione dicit Thoma. j. ij. q. xcv. articu. j. quod homini inest naturaliter quedam aptitudo ad virtutez. Sed ipsa virtutis perfectio necesse est quod adueniat homini p aliquam disciplinam: sicut videmus quod per aliquā industriaz subuenitur hoi in suis necessitatibus: puta in bibo ⁊ vestitu quorum initia quedā sunt a natura. i. ratione ⁊ manu. Non autē cōplementū ipsum sicut cetera animalia: quibus natura sufficienter tegmentū ⁊ cibū dedit. Ad hanc autem disciplinam nō de facili hō sibi sufficiens est: q: perfectio virtutis consistit precipue in retrahendo se ab inordinatis delectationibus ⁊ indebitis: ad quas homines sunt proni: ⁊ maxime iuuenes quibus magis est efficax ⁊ necessaria disciplina. Et ideo oportet quod huiusmodi disciplina p quā ad virtutē peruenit ab alio sortiantur. Et quātum quidem ad illos iuuenes qui sunt proni ad virtutis actus vel ex dispositione nature: vel ex consuetudine: vel magis ex diuino munere: sufficit disciplina paterna que est per admoni-

De lege humana vtrum necessaria sit.

tiones. Sed q̄ inueniuntur quidam proterui et ad vitia proni: qui de facili verbis moueri non possunt: necessarium fuit vt per vim ⁊ metum cohiberentur a malo vt saltem sic a malis desistētes ⁊ alijs quietā vitam redderēt: ⁊ ipsi tandem per hm̄oi assuetudinē ad virtutē perducerētur: ⁊ voluntarie facerēt que metu prius implebant: ⁊ sic efficerentur virtuosi: hm̄oi autem disciplina cogens metu pene est disciplina legum. Unde necessarium fuit ad pacē hominū ⁊ virtutē acquirēdam vt leges humane instituerētur: quia sicut dicit p̄s in .j. Poli. Sicut homo si est virtuosus est optimum animaliū inter oīa aialia: ita si sit separat⁹ a lege et iustitia est pessimū oīm aialiū: q̄ homo arma rōnis ad expellēdas cōcupiscētias ⁊ seuitias habet que alia animalia nō habent. Et si arguatur q̄ melior est iustitia aiata q̄ inanimata sed iudex est iustitia animata. Dicit p̄s. v. Ethi. q̄ ad iudicē cōfugiunt homines sicut ad iustitiam animatā. Lex autē est quasi iustitia inanimata: ergo videtur q̄ melius fuisset vt executio iustitie committeretur arbitrio iudicum q̄ quod lex aliqua ederetur. Respōdet Tho. vbi. s. q̄ secundum p̄m in .j. Retho. Melius est omnia ordinari lege quam dimitti arbitrio iudicum. Et hoc propter tria. Primo quia facilius est reperire paucos sapiētes qui sufficiant ad rectas leges condendas q̄ multos qui requirerentur ad recte iudicandum de singulis. Secundo quia illi qui leges ponūt multo tēpore cōsiderāt q̄d lege ferendū sit: sed iudicia de singularibus factis fiunt ex causis: als⁹ casib⁹ subito ortis facilius autem ex multis cōsideratis potest homo videre quid rectū sit q̄ ex vno solo facto. Tertio quia legislatores iudicant in vniuersali ⁊ de futuris: sed homines iudicijs p̄sidentes iudicant ad que afficiūtur odio vel amore aut cupiditate: ⁊ sic eor̄ depraua⁊ iudiciū. Quia igit̄ iustitia aiata iudicis nō in multis inuenit̄: ⁊ q̄ flexibilis est: ideo necessarium fuit in quibuscunq̄ est possibile lege determinare quid iudicandū sit et paucissima arbitrio hominum relinquere.

Ar. ꝓtra.

Triplex est leguz fructus.

Qualis d̄z eē lex.

§. III. De qualitate seu descriptione legis hūmane.

Jsi̊. lib. v. Ety mol. sic describit. Erit autem lex honesta: iusta: possibilis secundum naturam: ꝑm consuetudinem patrie: loco tempori q̄ conuenies: necessaria ⁊ vtilis: manifesta quoq̄ ne aliquid per obscuritatem in captione contineat: nullo priuato commodo: sed pro communi ciuium vtilitate cōscripta. di. iiij. erit. que quidē descriptio nō videtur bona. Nam Jsi̊. dist. j. c. cōsuetudo. ponēs qualitatē legis di. Lex erit oē q̄ rōne cōstituerit: dūtaxat q̄ religioni congruat: quod discipline cōueniat: quod saluti ꝓficiat. Aut ergo ista est diminuta descriptio que ponit tantū tres cōditiones legis aut illa superflua que ponit vndecim cōditiones legis. Sed respōdeo q̄ vtraq̄ bona est. ⁊ tamē ista scēa breuior cōtinēs que sunt necessaria legi: illa autē magis explicat cōditiones ipsius legis: que tamen omnes cōtinētur implicite seu reducuntur ad illas tres conditiones positas in secunda descriptione. Hoc autem sic declarat. b. Tho. j. q̄. q. xcv. art. iij. Uniuscuiusq̄ rei que est ꝓpter aliquē finē necesse est q̄ forma determinetur ꝑm proportionē ad finē: sicut forma sere talis debet esse qualis cōuenit sectioni: vt ptz in. ij. Phy si. Quelibet etiā res recta ⁊ mensurata oportet q̄ habeat formā proportionalē sue regule ⁊ mensure. Lex autem humana vtrūq̄ habet: q̄ est aliquid ordinatū ad finem: et est que dā regula ⁊ mensura recta ⁊ mensurata quadam regula superioꝛ: que quidem regula superior est duplex: scz lex diuina: ⁊ lex nature. Finis aūt humane legis est vtilitas hominū: sicut etiā dicit iurisperitus. Et ideo Jsi̊. in descriptione scēa legis tria posuit. s. q̄ religioni cōgruat: inquātū scilz est ꝓportionata legi nature: q̄ discipline cōueniat inquātū. s. est ꝓportionata rationi q̄ vtilitati ꝓficiat inquantū. s. est ꝓportionata vtilitati humane. Et ad ista tria oēs alie cōditiones que postea ponuntur reducuntur. Nā q̄ dicitur honesta refertur ad hoc q̄ congruat religioni: q̄d aūt subdit̄ iusta: possibilis ꝑm naturā ⁊ cōsuetudinē patrie: loco tempori q̄ cōueniēs: referr̄ ad hoc q̄ cōueniat discipline. Attenditur em̄ disciplina: primo quātū ad ordinē rōnis qui imponatur in eo q̄ d̄z iusta. Secd̄o quātū ad facultatē agentiū. Debet em̄ disciplina esse cōueniēs vnicuiq̄ ꝑm suā possibilitatē: et ideo dicit̄ possibilis. Obseruata etiā possibilitate nature: et ideo d̄z ꝑm naturā. Non em̄ eadem imponēda sunt pueris que imponūtur viris perfectis. Et ꝑm humanā consuetudinem: non em̄ pōt homo solus viuere in societate: alijs morem non gerens. Tertio modo quantum ad debitas circunstantias: ideo dicit. tempori locoq̄ cōueniēs. Quod autem subditur necessaria vtilis ⁊c. refertur ad hoc quod proficiat saluti: vt necessitas referatur ad remotionē mali: vtilitas vero ad consecutionē bonorum: manifestatio vero pertinet ad cauendum nocumentum quod posset ꝓuenire ex ipsa lege si esset obscura. Et vt dictum est lex ordinatur ad bonū cōe: ideo ⁊ hoc ponitur in hac descriptione dū d̄z nullo priuato commodo ⁊c. Et ex ista descriptione posset r̄sideri ad ea que obijcerentur in contrarium. Hec Tho. que refert Archi. super ca. erit autem. distic. iiij. Glo. autem dicti capituli sic exponit. Honesta debet esse lex: quia in iure non tam attendit̄ iustitia q̄ honestas. vt. xxxv. q. iij. porro. Addit Archid. hic in Rosario. Honestas dicitur quasi honoris statum conseruans. Unde honestum est quod sua vi trahit ⁊ dignitatem allicit: vt dicit Tullius. Et hec est virtus cōtraria turpitudini: ⁊ mater condecentie. Dicitur etiam honestas aliquando compositio ⁊ apparatus diuitiarum. ꝑm illud Eccli. xj. Paupertas ⁊ honestas Deo sunt. Justa. Aliter enim nō esset ius nisi esset iustū: vt dist. j. ius generale. Et Aug. dicit quod lex si nō est iusta: non est lex. Possibilis: quia si ex impossibilitate legis eā homo trāsgrederetur. q̄. s. seruare nō posset: trāsgressio ei nō imputaretur: vt. xv. q. j. non est. ⁊. xxiij. q. iij. Nabuchodonosor. Secunduz naturam. i. ꝑm naturalem rationem: q̄ si ꝓ̄ia esset rationi: nō esset lex. Uel ꝑm naturam. i. ꝑm conuenientiam personarum quibus dat̄: vel ꝑm naturam. s. negotiorū de quibus agitur. Scōm ꝓ̄suetudinē: q̄ si est ꝓ̄ cōsuetudinē inhabitantium per ꝓ̄iam consuetudinē derogatur. vt di. iiij. leges. Jtē q̄ ⁊ consuetudo legē interpretat̄. extra de verb. sig. abbate. Loco: q̄ in aliquibus locis aliqua statuunt̄ que alibi nō reciperentur. vt dist. xxxj. aliter. Ubi ostendit̄ lex cōtinentie imposita in sacris constitutis in ecclesia occidentali nō esse posita in eccl'ia orientali: quo scz ad vsum matrimonij ꝓ̄cti. Tempori conueniens. Omnia em̄ debent conuenire tpibus suis. vt. xxiij. q. iij. si ecclesia. Multa enim fuerūt statuta rigorosa tpibus antiquis q̄n̄ hoies deuotiores erant ⁊ fortiores: que modernis tpibus per alia iura vel ꝓ̄suetudines sunt immutata. Unde dicitur distin. xxxiij. fraternitatis. Defectus nostri temporis quibus nō solum merita: sed ⁊ corpora defecerunt districtionis illius nō patitur manere censuram. Necessaria nō nisi instante necessitate ius statui debet. vt. xxix. dis. regule. Sed intellige nō de necessitate absoluta: sed de necessitate congruentie: qua scilicet aliquid melius fit. Manifesta ne in captione: ne scilicet aliquis vitiose possit eam interpretari: vel ne alicui paretur laqueus per eam: cum scilicet nō clare loquitur. Hec Jo. Et mouet glo. questionem super. c. in istis. dist. ea. Quid cum papa vult condere canonem: ⁊ epi contradicunt dicentes. Jste canon nō cōuenit consuetudini regionis nostre. Cuius sententie potius stabit̄ pape vel oīm ep̄or̄. Uidetur q̄d pot⁹ ep̄or̄: q̄ orbis maior est vbe. di. xcij. legim⁹. Arg. q̄ sententia pape ꝓualet: vt. xxxv. q. ix. veniam. Nam ⁊ error principis ius facit. ff. de supel. leg. l. iij. Jo. Intelligendum tamen de tali errore qui non sit contra legem diuinam vel naturalem. Et dicit Arch. super dicto. c. erit. in prin. q̄ iste conditiones legis intelligende sunt de legib⁹ cōmunibus in quibus hec omnia consideranda sunt. Uel forte hec omnia intelliguntur negatiue: vt scilicet leges non ferantur cōtra honestatē vel iustitiā: ⁊ sic de alijs. Uel intelligitur q̄d hic d̄z collectiue: scz in condendis legibus. Hec sunt consideranda sed nō in qualibet earum. Jtem Archi. super. c. consuetudo. dis. j. exponēdo secundam descriptionez legis sup̄apositam: sic ait. Lex erit. i. ꝓ lege seruanda: et vigorem legis habebit: omne. i. aliquod de omni vel omne nō genere substantie: sed equivalentie dummodo ꝓ̄tineat q̄d sequitur. Q̄d ratione scilicet non scriptura tm̄. Quod religioni: hoc ideo dicit: q̄ satis dictaret ratio humana q̄d quis posset pecuniam funebrem exercere: sed quia hoc cōtrariū est discipline ⁊ saluti: ideo nō est ius: nec loco iuris potest habert. Et est argu. contra leges permittētes vsuras: scz q̄d nō sunt leges. Jtem satis dictaret humana ratio posse vti vel vesci azymis Judeorum vel idolothytis: sed quia hoc est cōtrarium religioni: ideo nō potest de iure fieri. xxviij. q. j. omnes. xxxij. q. iij. sicut latius. Q̄d videtur intelligendū quādo hoc fieret: vt quia in lege veteri mandatum quo ad primum: vel in veneratione idoli: quo ad scōm exēplum: vel itavt scandalū sequeret quo ad vtrūq̄. Jtē satis psuaderet ratio humana q̄ quis posset vti sua vroze in sacro ordine: vel q̄d posset ꝓ̄here cum commatre vel affini. Sed q̄ ꝓ̄ium est discipline ⁊ religioni nō potest fieri de iure. ⁊ diffinit Hug. de sctō Victo. sic disciplinā. Disciplina ē bona ⁊ honesta cōuersatio: cui parū est nō malū facere: sz ēt studet in his q̄ bene agit irreprehēsibilis apparere. Scōm autē Aug. ⁊ Papiā:

Tria ratione legis humane.

Canōes quo cōdendi.

Discipline diffinitio.

z Papiam: disciplina dicitur quaruncunqz rerum scientia. Deriuatur autem a discendo.

§. III. De lege humana qō deriuaf.

Lex hūana deriuaf a rōne naturali

uaf a rōne naturali: z phibet vitia sed nō oia. Imperat act⁹ virtutū: sed nō oēs. Et p declaratiōe primi dicit. b. Tho. j. ij. q. xcv. ar. ij. q lex inquātū hz de iustitia intantū hz de virtute legis. In rebus aūt hūanis ōz aliqd esse iustū ex eo q est rectū fm regulā rōnis. Rōnis aūt pria regula est lex nature: vt. s. dictū est. Ois igif lex humanitus posita intantū hz de legis rōne inquantū a lege nature deriuaf: nō tñ deriuaf lex humana a lege naturali: vt cōclusiones ex principijs demōstratiue, pducūtur. Hoc enim modo deriuanf precepta decalogi a lege nature: sicut ex hoc q dicit lex naturalis nemini in facienda iniuria, sequif de necessitate nō esse occidendū: adulterandū: furandum: z hmōi. z quasi etiā isto mō ius gentiū deriuaf a lege nature: sed deriuaf lex humana a naturali: sicut determinatiōes particulares quorūdaz gñaliū: sicut etiaz forme cōes in artibus determinanf ad aliqd speciale: sicut artifex formā cōmunē domus: necesse est q determinet ad hāc vel illā figurā domus. Dictat lex naturalis malefactorē puniri: sed ponit lex humana modū determinatum punitionis: z sic de alijs. Uñ z Tullius dicit in sua rheto. q res a natura pfectas z a cōsuetudine approbatas legū metus z religio sanxit. Dicit aūt iurisperitus. ff. de leg. z senatusco. q nō omnia que lege statuta sunt potest ratio assignari: nō q leges omnes nō procedant a ratione si iuste sunt: sed q minus esset difficile z prolixum. Sed vt dicit phūs. v. Ethic. In talibus oportet attendere expertorū vel seniorum vel prudentium in demonstrabilib⁹ enuntiationibus z opinionibus nō minus qz demōstrationib⁹. Quantum ad scōm sciendum q lex ponitur in cōi. Ratio huius est fm. b. Tho. j. ij. q. xcvj. arg. j. qz vnumquodqz qō est propter finem: necesse est q sit fini proportionatum. Finis autez legis est bonū cōe: sic enim dicit Isiō. s. in descriptione legis: scilicet qō lex nullo priuato cōmodo: sed pro cōi vtilitate ciuium debet esse conscripta. dis. iiij. erit. Uñ oportet leges humanas esse proportionatas ad bonū cōe: bonū aūt cōe cōstat ex multis: z ideo opz q lex ad multa respiciat fm personas: et fm tēpora: z fm negotia. Cōstituitur enim communitas z ciuitas ex multis personis z eius bonum per multiplices actiones procuratur: nec ad hoc solum q modico tpe duret: sed q omni tempore perseueret per ciuium successionē: vt Aug. dicit in. ij. de ciui. dei. Notandum tñ qō phūs in. v. Ethic. ponit tres partes iustitie localis qō est ius positiuum. Sunt eīm quedam que simpliciter in cōi ponuntur: z he sunt leges cōes. Et quantum ad hoc dicit q legale est quod ex principio quidem nihil differt vt sic sit vel aliter. Quādo autem ponif: differt: puta q captiui statuto pretio redimanf. Que dā vero sunt quantū ad aliquid cōia: z quantum ad aliquid particularia: quasi leges priuatorū: qz respiciunt singulares psonas: sed potestas earum extenditur ad multa negotia. Et quantum ad hoc dicit: quecunqz in singularibus lege ponuntur. Dicunf etiam quedā legalia nō qz sint leges: sed propter applicationem z legum cōmunium ad particularia facta aliqua: sicut sunt sententie que p iure habenf. z quantum ad hoc dicit phūs z sentētialia. Quātū ad tertiū scilicet qō lex humana prohibet vitia: sed non omnia. Declarat. b. Tho. j. ij. q. xcvj. ar. ij. sic. Cum lex sit quedaz mensura humanorum actuum: z diuersa diuersis mensurentur fm conuenientiam eorūz: oportet q leges imponantur hoibus fm eorū cōditionem: qz lex fm Isiō. debet esse possibilis z scōm patrie consuetudinem. Potestas autem operandi seu facultas exterioz habitu z dispōne procedit. Nō eīm idem est possibile nō habenti habitū virtutis z virtuoso: sicut nō est idem possibile puero z viro perfecto: z propter hoc nō ponitur ea dē lex pueris que z adultis. Multa eīm permittuntur pueris que in adultis ponuntur in lege vel vituperantur. Et similiter multa sunt permittenda hoibus nō perfectis virtute: que nō essent toleranda in hoibus virtuosis. Lex aūt humana imponif multitudini hominū in qua maior pars est hoīm impfectorū virtute. Et ideo lex humana nō phibenf oia vitia a quibus virtuosi abstinēt: sed solū grauiora: a quibus possibile est maiorē partē multitudinis abstinere: z pcipue q sunt in nocumentū aliorū siue quorū phibitione societas humana cōseruari nō posset: sicut phibet homicidia: furta: adulteria: z hmōi. Uñ z signāter Isiō. dicit dis. iiij. facte sunt aūt leges vt earū metu humana coerceaf audacia. Audacia eīm ptinere videf ad inuasionē aliorū. Uñ ptinet precipue ad illa pcta q inferf iniuria primis: que vtiqz lege phibenf. Et quāuis intentio legislatoris sit homines per eam facere virtuosos: nō tamē hoc intendit subito facere: sz gradatim: z tō nō statim multitudini impfectorū iponit ea que sunt virtuosorū: vt scz ab oībus malis se abstinēt: alioquin impfecti hmōi pcepta ferre nō valentes in deteriora mala prorūperēt. Uñ dñs dicit Math. ix. Neqz vinū nouū. i. precepta pfecte vite mittif in tres veteres. id est i hoies pfectos: alioqn rumpuntur vtres: z vinū effundif i. precepta cōtemnunf: z hoies impfecti p contemptu ad peiora dilabunf. Quantū ad quartū. s. q lex nō pcipit oēs actus virtutū. sicut declarat. b. Tho. vbi. s. ar. iij. Species ꝟtutū distinguūtur fm obiecta. Oia aūt obiecta ꝟtutū referri possunt vel ad bonū priuatuz alicuius pſone: vel ad bonū cōe multitudinis: sicut ea q sunt fortitudinis pōt homo exequi. vel ppter cōseruationez ciuitatis: vel ad cōseruandū ius amici sui: et simile de alijs. Lex aūt deducif ad bonū cōe: z ideo nulla virtus est de cuius actib⁹ lex precipere nō possit: nō tñ de oībus actibus oīm virtutū lex pcipit humana: sed solū de illis qui sunt ordinabiles ad bonū cōe imediate vel mediate: sicut cū aliqua ordinanf a legislatore ptinētia ad bonā disciplinā qua ciues informanf vt bonū cōe iustitie z pacis ꝓseruēt. Sicut ergo lex humana nō phibet fm obligationē pcepti oēs act⁹ vitiosos: ita etiā nō pcipit oēs act⁹ virtuosos. Sz sicut phibet lex aliquos actus singulorū vitiorū: ita z pcepit aliquos act⁹ singularū virtutū. Notādū etiā q cū act⁹ virtutis dicaf dupl'r. Uno mō materialiter. i. facere actus fortitudinis iustitie z hmōi: etsi nō ex habitu: z sic lex precipit aliquos actus virtutū. Alio modo formaliter. i. opari eo modo quo virtuosus operaf. z talis actus procedit ad habitū virtutis: nec cadit sub precepto legis.

Species virtutū distinguuntur.

Act⁹ virtutis duplex.

§. V. Qō omnes subijciantur legi humane.

hoc sic declarat. b. Tho. j. ij. q. xcvj. art. v. Lex de sui ratiōe hz duo: scz q est regula humanorum actuū. scō q hz vim coactiuā. Dupliciter ergo pōt aliqs esse legi subiect⁹. Uno mō sicut regulatū regule: z hoc modo oēs qui subduntur potestati subijciunf legi quā fecit potestas. Qō autē aliquis nō subijciaf ptāti pōt cōtingere dupliciter. Uno modo: q est simpl'r absolutus ab ei⁹ subiectione. Unde illi qui sunt de vna ciuitate vel regno nō subdunf legib⁹ principis alterius ciuitatis vel regni sicut nec dñs eius. Alio mō fm q regitur alia lege superioꝛi: puta si aliqs sit subiectus pconsuli: regulari dz eius mādatis: non in his que dispensanf ab imperatore: quantū eīm ad illa nō astrigif quis mādato inferioris cū superioꝛi mādato dirigaf. Et fm hoc cōtingit q aliquis simpl'r subiectus legi fm aliqua legi nō astrīgaf fm q regif aliqua lege superioꝛi. Et ad hoc facit qō dicit Aug. Sicut in ptāibus hūane societatis maior ptās minori ad obediendū recte ꝓponif: ita de⁹ oībus. dis. viij. q ꝟ mores. Alio mō ōz aliqs subijci legi sicut coactū cogēti: z hoc mō hoies virtuosi nō subijciunf legi: sz solū mali. Qō eīm est coactū z violentū est ꝟtū volūtati: volūtas aūt bonorū cōsonat legi a qua volūtas malorū discordat. Et fm hoc boni nō sunt sub lege: sed tantū mali. Et sic intelligif illud apli. j. ad Tim. j. Lex iusto nō est posita: sz iniustis z nō subditis ipijs ꝛc. q. s. nō sunt iusti subditi legi p modū coactiōis: qz voluntarie obediunt. Nec ob. qō ōz. xix. q. ij. due sunt leges. scz q qui lege priuata. i. spūss. dicitur nulla rō exigit vt constringaf lege publica. i. humana. Nā lex spiritussancti est sup oi lege humanitus posita: z ideo viri spirituales scōm hoc q ducuntur lege spūssancti nō subdūtur legi humane quātuz ad ea q sunt ꝟia ductioni spūssancti: sed tñ hoc ipsum est de ductu spiritussancti quod viri spirituales subijciantur legibus humanis fm illud. j. Pet. ij. Subiecti estote omni humane creature propter deum. Hinc z Amb. Magnum quidem est z speciale documentum quo christiani viri potestatibus sublimioꝛibus docentur debere esse subiecti ne quis constitutionem terreni regis putet esse soluendam. Si enim censuz filius dei soluit: quis tu tantus es qui non putas esse soluendum? Et apostolus ait. Omnis anima ptātibus sublimioꝛib⁹ subdita sit. xj. q. j. magnū. Quod autem dicit iurisperitus. ff. de legi. z senatusco. qō princeps solutus est legibus suis: non vult dicere qō nō debeat eas seruare: sed q nō est subditus quantum ad vim coactiuam: nullus enim cogitur a seipso. Non enim habet lex vim coactiuā: nisi ex principis ptāte: z sic ōz princeps solutus lege: qz si transgredi tur nullus in eo potest ferre sniam condemnationis. Uñ Hier. super illud. Tibi soli peccaui. Rex enim erat: et alium non timebat. de pe. dis. iij. totā. scz qui posset eum punire de adulterio. z ideo dixit. Tibi soli peccaui. q. d. Tu solus habes me punire.

Lex iusto posita nō est.

Matt. viij. Ro. xiij.

Princeps solutꝰ est legibus suis.

Sed inquātum lex habet vim directiuā: princeps est subditus legi sue propria. s. voluntate: z debet seruare. vñ extra de cōsti. cū oēs vz. Cō quisq; iuris in alterū statuit ipse eodē vti dz. Et sapientis dicit auctoritas. Potere legē quā tuipse tuleris. Et Ysi. do. etiā dicit. Justū est principē obtēperare legib⁹ suis: tūc em̄ estimet sua iura ab alijs seruanda: qñ ipse illis primus reuerentiam prebet. dist. ix. iustū. Et dñs Jesus improperat eis qui imponūt alijs onera grauia z importabilia: z digito suo nolunt ea mouere. Mat. xxiij. Ñ quātū ad dei iudiciū princeps nō est solutus legib⁹ quātum ad vim directiuā ei⁹: sed debet volūtarius nō coactus seruare. Est etiā princeps supra legē inquātū cū expediens fuerit pōt eā mutare: z in ea pro loco z tpe dispensare.

Cato.

§. VI. Quomodo vel quando liceat subditis legi preter verba legis agere.

Preter verba legis agere subditis qñ liceat.

Ad declarationem huius dicit bea. Tho. j. ij. q. xcvj. ar. vj. Omnis lex ordinatur ad bonū cōmune: vt dictū est: z intantū habet vim z rationē legis. Scōm vero q̄ ad hoc deficit non habet virtutē obligandi. Ñ et iurisperitus de legi. z senatuscon. dicit q̄ nulla iuris ratio aut equitas benignitatis patitur: vt que salubriter p vtilitate hominū introducūtur: ea nos duriori interpretatione cōtra ipsor. commodū producamus ad seueritatē. Cōtingit autē q̄ aliquid

Eodē ti.

obseruari cōi saluti est vtile vt in pluribus: q̄ tū in aliquib⁹ casibus est nocumentū maximū. Quia igitur legislator nō potest oēs casus singulares intueri: proponit legem scm ea que vt in pluribus accidūt ferēs intentionē suā ad cōem vtilitatē. Unde si emergat casus in quo talis obseruatio legis sit damnosa non salutifera: talis lex non est seruanda. Sicut si in ciuitate obsessa statuatur lex q̄ portestent clause: hoc est vtile communi saluti: vt in pluribus. Si autem cōtingat casus q̄ hostes insequantur aliquos ciues per quos ciuitas cōseruatur damnosissimū esset ciuitati si porte eis non aperirētur. Et ideo in tali casu essent eis porte aperiende contra verba legis: vt seruaretur vtilitas cōis quam intēdit legislator. Sz tñ hoc est cōsiderādū q̄ si obseruatio legis scm verba non habet subitū periculū cui oporteat statim occurri nō pertinet ad quēlibet vt interpretetur quid sit vtile: sed hoc solū pertinet ad principes qui ppter huiusmodi casus habēt auctoritatē dispensandi in legibus. Si vero sit subitū periculū nō patiēs tantam morā vt ad superiorē possit recursus haberi ipsa necessitas dispensationē habet annexam: q̄ necessitas non subditur legi. Hec Tho. Et tunc habet locū q̄d ait Gratia. j. q. j. remissionem § sed notandū. Necessitas nō habet legem sed ipsa sibi facit legem. Nec obstat q̄d ait August⁹ in lib. de vera religione. In his tēporalibus legibus q̄uis hoies iudicent de ipsis cum eas instituunt: tamē cū fuerint institute z cōfirmate non licebit de ipsis iudicare: sed secūdum ipsas. di. iij. in istis. Videtur enim quod si quis preter mittat verba legis dicens se intentionem legis seruare q̄ iudicet talis de lege. Ad q̄d r̄ndet Thom. q̄ ille qui in casu necessitatis agit preter verba legis nō iudicatur de lege: sed de casu singulari in quo vide verba legis non esse seruanda. Unde dr extra de rescrip. causam. verba in rescriptis vel legibus posita debemus conformare equitati: etiā si verba non paterentur. Itē si arguatur: q̄ eius est interpretari legem cuius est cōdere: vt dicit Gratia. xj. q. j. sicut em̄ § ex his oīb⁹. Sed subditor⁹ legi nō est condere legem: nec ergo eorū est interpretari intentionem legislatoris: sed scm verba agere. Ñ. Tho. q̄ ille qui sequitur intentionē legislatoris non interpretatur legē simpliciter: sed in casu in quo manifestū est p euidētiā nocumēti legislatorē aliud intendisse: si em̄ dubiū sit debet vel scm verba legis agere vel superiores cōsulere. Ñ Greg. dicit q̄ humane aures talia verba nra iudicāt qualia foris sonant Et paulo post. Uerba debent deseruire intentioni: non intentio verbis. xxij. q. v. humane. vt dicit glo. ar. q̄ potius est considerāda mens alicuius in loquēdo q̄s verba. Ñ z extra de verb. sig. dicit Hilarius. Intelligētia dictorum ex causis est assumenda dicendi: q̄ nō sermoni res: sed rei est sermo subiectus. Sed hoc est verū dicit glo. cū constat de intellectu legis: als in dubijs nō est a verbis recedendum. ff. de leg. l. iij. non aliter: z sic cōcordat glo. cum Tho. Item q̄uis sapientes nouerint intentionē suā verbis explicare: et conditores legum fuerint sapientes: tamen nullius sapiētia tāta est vt possit oēs casus excogitare: z ideo nō potest sufficienter per verba sua in lege exprimere ea que cōuenit ad finē intentū. Et si posset legislator oēs casus considerare non oporteret q̄ oēs exprimeret propter confusionē vitandam: sed legē ferre debet scm ea que euenūt vt in plnribus. Tho.

Obijcit.

Rsponsio.

§. VII. De interpretatione legis

Legis interpretatio quadrupler.

nota quod gloss. super § ex his omnibus. xj. q. j. ponit quadruplicem interpretationē legis. Nā quedam interpretatio est probabilis: sed nō est necessaria: vt magistri z doctores interpretantur leges. C. de profes. qui in vrbe Cōstantinopolitana. l. vnica. Quedā est necessaria sed nō ḡnalis: vt iudicis. ff. de leg. l. nā vt ait. sed non potest interpretari sententiam suam: nisi sit preses ꝓuincie. ff. de appel. l. ab executore. Quādoq; etiā legatus interpretatur scriptū pape. extra de sequest. ad hoc. Quedaz interpretatio est probabilis: necessaria z generalis: sed nō in scriptis redigenda: vt cōsuetudinis. ff. de legi. l. si de interpretatione. z extra de verb. sig. abbate. Quedā est ꝓbabilis necessaria z in scriptis redigenda: vt principis. C. de legi. l. j. Addit Arch. ad glos. Dicūt quidā z forte nō male: q̄ non licet inferioribus iudicibus interpretari inter ipsos scriptū z equitatē: imo hoc solis pncipibus licet. C. de legi. z cōsti. l. vlti. Sciendum tñ q̄ in causis quas cor̄ā se habēt inferiores iudices bene possunt quantū ad ius litigatoribus pꝛtinet: super iuribus z interrogationibus inter ius z equitatem interpretari: ita no. Inno. extra de appel. cum specialis. Sed q̄d si super arbitrio prolato oritur dubitatio: nunquid arbiter potest interpretari? dic quod arbiter nō potest interpretari seu declarare seu determinare post sententiam ab eo latā scm ea que notantur extra de arbi. cum olim.

Questio.

§. VIII. De mutatione legum si

Inuestire autem est quasi iuris illius possessionem conferre. Accipitur tamē aliquādo vnum pro alio. vt dicit ibi gloss. in. d. c. Et de iure cōi instituere spectat ad epm. xvj. q. vij. nullus. Et fit inuestitura per anulū baculū vel libū. Sed an capitulū sede vacante possit instituere determinatur hoc de instit. c. j. lib. vj. Et que differentia sit inter collationē presentationē ꝛ institutionē. vide de prebē. cū in illis. lib. vj. Nō pōt: hec dictio pōt post negatiuam posita: vt hic necessitatem importat. ij. q. j. c. j. Cum autem affirmatiue ponitur necessitatem nō importat. liij. q. iij. ſ item in criminali. ver. potest. Licite superabūdat. id enim dicimur posse qđ licite possumus. xxij. q. ij. faciat. vbi de multiplici posse. Obtineri. Contradicit huic regule de iure patro. cura. Sol. ibi nō prescribebatur ecclesia tanq̄ beneficiū sed vt proprietas. Item necessitatis causa vel pietatis vel causa impensi obsequij sine canonica institutione possidet quis prouentus ecclesie: nec ex eo canicus vel beneficiatus dicitur proprie. xij. q. ij. quicunq; suffragio. xvj. qō. j. possessiones. ꝛ. q. iij. clerici. ꝛ de magistris. quomiā. ꝛ de cle. pug. in duello. Henricus. Item arg. contra de elec. in Señ. vbi possessio dat ius eligendi ex prescriptione. Sol. per possessionem acquiritur ius eligendi ꝛ presentandi: quia procedit ex nostris actibus. Institutio autem procedit ex actibus aliorū: que ad hoc vt valeat debet esse canonica: vt hic in qua precipue quatuor requiruntur. Collatio presentatio ꝛ institutio differunt.

In institutiōe canonica q̄tuor requiruntur. Primum q; persona sit que possit instituere. xvj. qō. vij. c. nullus. Secundū q; institutus sit talis qui possit institui. de institu. c. ij. q. c. laicus nō potest instituere vel ipse idem instituens. eo. tit. c. vlt. Tertium q; illius beneficij institutio ex iure proprio vel deuoluto vel delegato ad instituentem pertineat. eo. ti. c. iij. Quartuz q; seruetur forma constitutionis illius. de elec. c. vlti. li. vj. ꝛc. Joan. an. Extende regulā istam quia triplex est genus beneficij ecclesiastici. ſ. beneficium sacramentorum: beneficium suffragiorum: ꝛ beneficium ecclesiasticorum locorum. Primū scilicet quodlibet sacramentū nō potest de iure ꝛ ad salutē anime obtineri: nisi ſm institutionem canonicam id est ordinationem ecclesie: vtsz bene dispositus accedat ꝛ ſm ritū ecclesie. Secundū est q; cōmunicatio seu participatio bonorū que fiunt in ecclesia ꝛ orationum ꝛ aliorū bonorū ꝛ indulgentiarū non potest haberi nisi secm institutionem ecclesie id est existendo in charitate ꝛ faciendo ea que ordinauit ecclesia facienda: vt cōtinet indulgentie forma. Tertium est ecclesia prebenda ꝛ dignitas ecclesiastica: in quibus oportet seruari prout ordinauit ecclesia: vt patet hic in gloss.

Bona fides nō patitur vt semel Ubi. ſ.

exactum iterum exigatur. Hec regula sumpta fuit ex. l. bona fides. ff. eod. titu. Ecclesia enim nō debet suum recipere vel repetere cum augmēto: sed si semel exactū iterū exigeret augmentū reciperet. xij. q. ij. fraternitas. Et habet locū hec regula etiā in penis que semel exacte ab eodē iterum exigi non debent ad hoc xiij. q. ij. c. vlt. ꝛ de iudi. at si clerici. Ab eodem autem ideo dixit: q; si plures tenerentur ad penā insolidum: soluta pena per vnuz non liberatur alter. xij. q. ij. cū deuotissimum. An autez res ꝛ pena simul peti possint. dic vt no. xxv. q. ij. si ecclesie. Hāc autem regulam dico verā in his quorū causa vnica exactione finitur. Unde si. x. debeo ipsorū solutione tollitur omnis obligatio: vñ non patitur bona fides: vt illa. x. iterū exigātur: ꝛ si soluātur vt indebita repetūtur. qđ dic vt no. j. q. iij. in fi. de so. c. vlt. Si autem vnica exactione non finitur obligatio. puta in actione debiti viri ab vxore ꝛ econuerso non habet locum hec regula. Idem in procuratione quā exigit epūs primo anno visitās. nam secūdo anno visitans iterū exigit procurationem. ꝛ idē si ex necessitate ecclesie iterū eodem modo visitaret ꝛ anno. ꝛ sic potest intelligi illud de censi. cū venerabilis. Idē dico in actiōe pene vbi actū est in ꝰctu sic vt. ſ. toties pena cōmittatur ꝛ exigi possit: quoties cōtra factū fuerit:

fuerit:nam tūc pena semel exacta:iterū exigetur. Ratio est:q; ꝑm aliā regulā ff̄ctus ex conuētione legē accipiūt. Sed veritate inspecta in his casibus ⁊ similibus nō est idē:sed aliud:licet eiusdē generis.⁊ facit hec regula ad questionē quā mouet Jo.xij.qō.ij. monemus. An si ecclesia cōsecuta est suum a possessore qō facere pōt.vt ea.q.apostolicos. An idē possit petere etiā a prelato.⁊ certe nō:q; bona fides ⁊c. Ad penā tamen agere posset ꝓtra eū. vt de re.ecclē.nō alie.si quis. Joā.an. Bona fides.i.cōscientia et equitas bona. Et potest extendi istud q; exactum nō debet iterū exigi in solutionibus.⁊ contra hoc faciunt vsurarij q; cū receperint suum capitale iterum exigunt illud dum vsurā petūt: qō est quasi aliud capitale. Tho.q; bona fides nō patitur. vide de vsuris.in.ij.par.ti.j. Hoc etiā seruandū in punitionibus. Sicut enim nō iudicat deus bis in idipsum:sic ⁊ qui semel iudicatus ⁊ punitus est pro illo pctō non dz iterū puniri. Et cui deus remisit culpam per penitentiā nō punit ad gehēnā pro illa:q; pēā non redeunt:nec quoad culpā:nec quoad penā. Tho. Sed si deus punit hic peccatorē:⁊ ille nō emēdatur q; nō soluit debitū:ideo deꝰ punit etiā in inferno:q; debitū non est solutum. Similiter in contractibus soluta pena nō debet iterum exigi:vt dictū est in gloss.

Extēdit regula.

Cum sunt partium iura obscu-

Ubi.s.

ra:reo fauendū est potius q̄ actori. Hec regula sumpta est ex.l. fauorabiliores.ff.eo.tit. Et pone casum.iij.q.ix.indicas. Et hec regula vera est:nisi actor foueat fauorabilē causam puta matrimonij:libertatis:testamēti:vel dotis. Tunc em̄ fallit regula:q; fauēdum est potius actori.xxxiij.q.j.si quis accepit. de proba. ex literis. Et habet locū hec regula:nō solum in sententia ferenda sed etiam iam lata:puta a duobus ordinarijs:vno absoluente ⁊ alio condēnante:tenet enim sentētia pro reo:nisi fuerit lata in supradictis casibus. Et nota q; dicit obscura. Si enim certū esset reū esse obnoxium puniretur:quia culpa est relaxare vindictā:vt di. xxviij.quia sunt. Et hoc dico cū est certum iudici vt iudici:secus si vt deo.de of.ordi.si sacerdos.vel vt homini.iij.q.vij iudicet. Si certū est eū non esse obnoxium absoluitur. Idem si dubium: vt hic vides. Sanctius est enim nocentem absoluere q̄ innocentē condēnare.ff.de penis.l.absente. Et sic in re dubia ferē certa sententia contra illud.xj.q.iij.grauc.de spon.⁊ matri.de muliere.sed hic non est dubium imo certū:q; ex quo actor non probauit clare reus debet absolui.vj.q.vlt.accusator. Sic no. Ber.de spon.et matri.inuenis. Et vide de triplici ambiguitate no.xxxiij.dist.ca. vlti. Reo. Sic dicto a re que petitur vel super qua impetitur. vt de verbo.signi.forus. Actori. Contra.ff.de iudi.l.si quis intentione. Ubi ambiguā orationem actoris in sui vtilitatem interpretamur. Sol. Illud in principio litis in quo fauetur actori: istud in fine in quo fauetur reo:quod dic vt no.de resti.spo.cum ad sedē. in glos.ij. In summa ergo nota quod in obscuris potius fauetur reo q̄ actori:nisi cause fauor aliud inducat:vt dictum est ⁊c. Nec intelligas hanc regulam in obscuris probationibus inductis a reo:quia illas contra eum interpretamur. de proba.licet. Quod dic vt infra in regula.contra eum. Joan.an.

Ubi.s.

Ver notanda.

Cū quis in ius succedit alterius

Ubi.s.

iustam ignorantie causam censetur habere. Hec regula sumpta est ex.l.qui in alterius.ff.eo.ti. Et pone casum.vj.q.iij.si sacerdotes.secundū tertium casum ibi not.⁊.ff.depo.l.j.in fi. Ibi enim heres vendens rem depositam credens illam fuisse defuncti nō tenetur ad rem sed ad pretium. Quod autez in hac regula dicitur verum est si cum ipso successore agatur:secus si ipse agat q; certus debuit esse de facto suo cum ad iudicium prouocat. Intelligitur autē hec regula de quolibet successore:siue sit singularis: siue vniuersalis.de quibus dicam infra.ts qui in ius.eo.ti.que videtur contra sed non est: quia ibi loquitur de iure:hic de facto. Ubi ergo quereretur de prescriptione in qua sufficit bona fides prescriberet successor bone fidei: quod prescriberet predecessor male fidei. Ubi autē requireretur titulus si iniustum titulum habuit predecessor qui nō dedit causam prescribendi: successor qui eo.tit.vtitur nō prescribit.ff.de diuer.temp.⁊ prescrip.l. cū heres. Et aduerte q; regula ista venit exemplificatiue ad illam ignorātiam:vbi ignorantia facti probabilis excusat. Joan.and.

Cumquid prohibetur prohibē-

Ubi.s.

tur omnia que sequuntur ex illo. Pone casum in prohibito a carnibus: qui prohibitus intelligitur ab omnibus que trahunt sementinam originem.vt dist.iij.denicq. Et prohibita cōcupiscentia per legem intelliguntur prohibita omnia mala que sequuntur ex illa.de cōsti.nam concupiscentiam. Item prohibita alienatione prohibita intelligitur venditio:donatio:manumissio ⁊c.de re.eccle.non alie.nulli. Item prohibito officio et beneficium.di. lxxxj.eos. Item furto prohibito intelligitur prohibita omnis illicita vsurpatio rei aliene.xiij.q.v.penale. Item prohibita mechia omnis illicitus concubitus prohibetur.xxxij.q.iij. meretrices. Et cui prohibetur ecclesie communio ⁊ eius stipendia prohibita intelliguntur.de appel.pastoralis. Concordat ad hanc regulam supra illa.accessorium.

Cui licet quod plus est licet vtiq;

Ibidem.

quod est minus. Hec regula sumpta est ex.l. non debet.ff.eo.tit. Et fallit hec regula in casibus ibi no. Pone casum presbyter cōficit in missa corpus Christi:quod plus est:bene ergo potest benedicere populum quod minus est.xcv.dist.ecce. Item cui concessum est testari:vt filiofami.de peculio castrensi.ergo ⁊ donare causa mortis. Concor.xij.questio.j.precipimus. Cui committuntur anime ⁊ pecunie dispensande:vt de dona.post diuor.per nostras. Cui committit vxor corpus bene potest committere dotē. Et nota q; illud est vnum brocardicum:cui licet plus ⁊ minus. Aliud quod licet maiori ⁊ minori distinctione.xcv. illud superfluum. Aliud negando cui non licet minus nec maius.de sentē. excom.cum illorum. Et quod non licet in minori: nec in maiori. de elec.cum in cunctis.vbi de hoc. Contra.de conse.dist.ij.comperimus. Sed illud est speciale propter cōmunionē. Item contra.xxxiij.q.ij.latorē.vbi cōceditur cōicare:⁊ nō oblationē offerre.⁊.xvij.q.iij.miror. Item de tonsuratis.c.j.de rap.c ij.vbi cōceditur penitētia ⁊ nō sepultura. Sol. Regulare est quod hic dicitur:nisi a minori prohibeatur ex causa:vel vt cōsulatur viuis:vt ibi.vel ob aliam causam. Item ad negatiuā cōtra dist.xxxvj.qui ecclesiasticis.⁊.j.q.j.qui ephi. Ubi q̄ iniuste cōtulit ordinē priuat collatione ordinis illius:sed non minoris vel maioris ꝑm Bar. licet Hug.cōtra dicit. Sed dic vt supra.proxime dixi. Plus ergo qualitate includit minus:sed non semper. Sicut plus quantitate semper includit minus.vt infra plus semper. Joan.and.

Cōtra eum qui legem dicere po-

Ubi.s.

tuit: apertius est interpretatio facienda. Hec regula sumpta est ex.l.in contrahenda venditione.ff.eod.titu. Ut plene liqueat ista materia:licet de ipa tractetur de spō. ex lris.⁊.ff.de pac.l.veteribus. Tu tñ nota q; obscuritas vel ambiguitas aut apponitur in vltimis voluntatibꝰ:aut in cōuentionibus factis in iudicio: aut in cōfessionibus: aut in cōtractibus et pactis: aut in sententijs. Si in vltimis volunatibus subdistingue: q; aut constat de volūtate exꝑsse aut tacite. Si exꝑsse:illa seruatur:quia nihil est qō tātum debeatur hoibus q̄ q; vltime voluntatis liber sit stylus. xiij.questio.ij.vltima voluntas.⁊ de testa.officij. Si constat tacite:vt per coniecturam illa seruatur.xxvj.q.vj.qui recedunt.⁊ de testam.requisiti. Et hoc nisi dicta voluntas turpis esset.vt.ff.de condit.institu.l.quidam.vel alias contra ius. Pone exemplum de testa.tua. Si non constat expresse nec tacite: statur verbis testamenti. Ad hoc.xxj.q.ij.is autem.de cele.mis.in quadam. Si autem verba sunt nimis larga sequimur benignius ⁊ minimū: vt in regula.in obscuris infra eodē titu. Et sic esset heredis electio. Si vero non apparet que pars sit benignior: vel minor:neutra tenetur.ff.de testa tut. Duo sunt. Si queratur ad quem spectat indagatio.dic q; ad iudicem. C.de fideicom.l.voluntatis defuncti. Si in iudicijs sit ambiguitas fit interpretatio a proferente. Ratio quia debitor semper negaret se de hoc sensisse. C.de anna.exceptio.l.vltiñ.⁊ hoc in litis exordio. De hoc de restitu.spo. cum ad sedem. Si vero in probationibus sit ambiguum interpretabitur contra producentem.de condi.appo.per tuas.⁊ de proba.in presentia. Debent enim probationes esse clare.de prescrp. auditis. Saluo eo q; possunt testes obscure deponentes interdum iterum interrogari:vt de testi.cum clamor. In confessionibus si confiteatur incertum:certificare cogitur.ff.de cōfess.l.certum. Alioquin acciperetur quod magis expediret aduersario vt ibi.⁊ de confes.c.ij. In contractibus aut est certum de consensu aut de dissensu:aut dubiū. In primo statur ei qō senserunt.de spon.c.j. In secundo nil valet.xxvij.q.ij.sufficiat.xxx.qō.ij.c.vnico.de rap.cum causa.xxix.q.j.§.j. Et ibi error nō solum corporis: sed ⁊ materie venditionem impedit. Nihil enim tam contrarium cōsensui sicut error.ff.de iud.l.ij. Et errare est aliud pro alio putare.xxxviij.dist.cāuis. Non tamē omnis error impedit matrimo-

Ambiguitas quintuplex.

nium. Sed erro tantū persone. qđ dic vt xxix. q. j ℣ j. ꝛ in summa. In tertio casu. s. dū est dubiū subdistingue. Aut pōt valere ꝑm intellectū vnius tantū: aut vtriusq; Si ꝑm intellectū vnius tantū valeat scōm quem valere potest. ff. de verbo. obligati. quoties. Et hoc hz locū etiā in contractu matrimoniali in foro iudiciali. In foro autē anime staretur ei qui dissensisset in tali dubio: vt de spon. ꝛ ma. c. tua nos. Si ꝑm vtriusq; intellectū potest valere valeat ꝑm q̄ verisimilius. ff. de ver. obli. eū qui ita. Et infra in regula. inspicimus. cū suis cōcor. Si dubitatur qđ sit verisimilius: seruatur qđ in hac regula dicitur. ff. de ver. obli. l. quicquid. ꝛ hoc verum cū neuter dolū cōmittit. Si autē alter dolū cōmittat cōtra eum fiat interpretatio. xxij. q. v. ℣ ex his. ꝛ c. quacūq; Si aūt vter q̄ cōmittit dolū ad cōmunē significationē recurretur: vt in. d. de cre. ex literis. Ubi de hoc. ꝛ xxij. q. v ℣ si ergo. Et idem reputatur in iuramentis: vt ibi notatur. In sentētijs suis interpretari potest preses prouincie vel procurator Cesaris. ff. de appel. ab executore. in prin. Functus est enim officio suo siue male siue bene iudicando. Qđ intellige de diffinitiua sententia: secus de interlocutoria. quod dic vt notatur de appel. cū cessante. De fructibus tamen ꝛ expensis supplere potest eadē die. ff. de re iudi. l. Paulus. Et de hoc not. xxxv. q. ix ℣ q̄ ergo alias incipit. his ita. in glo. Et ibi de multiplici interpretatione. De legibus nō est dictum: q̄ in eis nil obscurū est vel ambiguū. dist. iij. erit. ꝛ C. de no. co. cōpo. in prima cōstitutione. ibi. Erit lex certa ꝛ breui sermone conscripta. Si tamen ambiguitas esse videretur in eis recurritur ad cōdentez: q̄ ille solus interpretari potest qui ꝛ condere. xj. qō. j ℣ ex his. Et idē in priuilegijs que sunt leges priuate ꝛ per eadē iura. Joann. andr. Et no. q̄ dicit Grego. xxij. questione. v. humane. q̄ verba debent deseruire intentioni: non intentio verbis. Ubi glo. ar. potius esse cōsiderandū intentionem alicuius q̄ verba. j. q. j. marchion. Sed hoc est verū cū constat de intellectu: alias a verbis non est recedendum in dubijs. ff. de leg. iij. non aliter. Et ad de quod. xxiij. qō. j. paratus. dicit gloss. q̄ non debemus semper adherere verbis. Uerba enim in rescriptis posita: vel in legibus debemus conformare equitati: licet verba non patiantur. vt de rescrip. causam. ꝛ de consuetu. cum dilectus.

Interpꝰ leguz qđ sit.

Ubi. s. **Cum non stat per eum ad quem** pertinet: quo minus cōditio impleatur: haberi debeat proinde ac si impleta fuisset. Hec regula sumpta est ex. l. in iure ciuili. ff. e. titu. Pone exemplū in Abraā: per quē nō stetit quo minus filiū suum immolaret ꝑm domini preceptū. Unde proinde ita gratum fuit ante dominū: ac si immolasset. xxij. q. ij. si quelibet ℣ Abraam quoq; ꝛ c. seq. Item pone casum qui impedit ne ad eum citatio perueniat. vt lit. nō tontesta. quoniā. Item potes ponere in liberta te legata: ꝛ vt aliquid detur heredi: ꝛ per eum stat. C. de condi. in ser. l. pe. ꝛ vlti. Et idem in alijs legatis. Et nota q̄ si mihi quinq; promiseris si te vicero: tacite videtur hoc actū vt resistere possis: ꝛ sic habetur pro expressa. Et nota q̄ dicit per eum ad quem pertinet. Nam si staret per alium tertium vel per impedimētū meipsius: tunc locum habet regula isla infra imputari. q: tunc licet non imputetur q̄ per me non stat. vt ibi. non tamen habebitur ꝓ impleto vt hic. Item nota q̄ si libertas legata est seruo. si. x. heredi dederit: ꝛ per heredem stetit quo minus seruus dederit illa. x. proinde est ac si impleta esset conditio: quia ille liber erit. Tenetur tamen illa decem postmodum soluere: nisi forte obtulerit et heres non susceperit. C. de condi. inser. l. vlti. ꝛc. Joan. and.

Ubi. s.

Ibidem. **Cū quid vna via prohibetur ali** cui: ad id alia via admitti non debet. Pone casum. xxxiij. q. v. hec imago. ꝛ de concel. prebē. detestanda. Nota ergo q̄ cum aliquid prohibetur: prohibentur ꝛ omnia que sequuntur ex illo. vt in regula. cum quid. s̄. Ac etiam omnia per que possit peruenirī ad illud. Fallit hoc interdum: q: seruus non admittitur in testimonium pro domino: nec contra dominū: ꝛ tamē testificatur de facto suo dum dicitur per eum depositum vel cōmodatum vel simile. xiij. q. iij. serui neq;. Item qui nō potest accusare denuntiet. de iureiur. quēadmodū. in fin. Item prelatus de mobilibus per ecclesiam acquisitis testari nō potest: ꝛ tamē in egritudine moderare pōt de ipsis aliqua erogare. de test. ad hoc. Satis circa hoc dici potest q̄ cū aliquid prohibetur ꝑncipaliter habito respectu ad prohibitum: nō ad viam vel ad modum quo prohibetur. Exē plifica per iura in principio dicta: tunc sufficit prohibita vna via: vt ad id in eius fraudem alia via vel modo admitti non debeat vt hic. Speciale tamen est in libertate. ff. de inoffi. test. l. Papinianus. Si autem prohibitio principaliter se habet ad viam vel modum non ad rem. tunc secus. Unde alteri ecclesie allegatus episcopus non eligitur: sed tamen postulatur. Item qui iurauit nō accusare bene denuntiat: quia sibi non est prohibitum deferre crimem: sed per modum accusationis prohibetur ꝛc. Joan. and.

Ubi. s. **Contractus ex cōuentione legē** accipere dinoscūtur. Dicunt vulgares. Pactum rumpit leges. Et hoc dicit hec regula que sumpta est ex lege. ff. eo. ti. l. contractus. Pone casum per canonem. xviij. q. ij. eleutherius. vbi conuentio inter episcopum diocesanū ꝛ fundatorem inita de oblationibus obuenientibus in festo ipsius ecclesie seruāda est. Item depositarius ꝑm iura tenetur solū de dolo ꝛ lata culpa que dolo comparatur: si tamen interuenit conuentio vt teneatur de leui ꝛ leuissima culpa ꝛ casu fortuito illa seruatur. de depo. ca. ij. Et qđ dicit regula hic intelligas de conuentione honesta ꝛ non contra bonos mores. Unde si conuenerit vt dolus prestetur: non valet conuentio: vt in. d. l. contractus. Joan. and.

Ubi. s. **Certum est q̄ is cōmittit in legē** qui legis verba cōplectēs contra legis nititur voluntatem. Pone casum. xiij. q. iij. pleriq; ꝛ de elec. anartitie. lib. vj. ꝛ conco. j. q. j. sunt nonnulli. Circa regulā. non insisto prosequere ipsam: vt no. xiij. q. iij. pleriq; ibi in glo. dicitur. Nolunt quidam facere cōtra legem: sed faciunt fraudem legi. Facit autem fraudem legi qui obseruat verba legis: sed mentē eius circūuenit. ff. de legi. fraus. Fit aūt fraus legi quatuor modis. scilz de re ad rem. i. qñ in fraudem datur aliqua res. vt in. d. c. pleriq; ꝛ j. q. j. sunt nonnulli. Itē de persona ad personam: vt si quis sub persona alterius exercet vsuram. xlvij. dist. sicut non suo. Et cum maritus non potest aliquid dare vxori supponit aliam personam cui det. vt. ff. de dona. inter vi. ꝛ vxo. hec ratio. Item de vno contractu ad aliū fit fraus legi: vt cum mulier non possit aliquid dare viro: fingit se vendere ei. ff. de do. inter vi. ꝛ vxo. si sponsus. Item de vno cōtractu ad alium fit fraus: sed alio modo: vt cum mulier non possit fideiubere: cōstituit se principalem debitricem. ff. ad vell'. q̄uis. xxxiij. q. v. mulierem. Joā. an. Extendi potest ad multa: ꝛ in vsuris que palliuntur sub iustis titulis scilicet venditionis: emptionis: pignorationis: depositi: societatis: ꝛ huiusmodi. de quibus fraudibus vsurarum vide in. ij. par. titu. j. c. vj. ꝛ seq. Item in non cōmunicando vel male communicando. Item in ieiunijs et alijs. Et dicit decreta. q̄ fraus ꝛ dolus nemini debent patrocinari.

Fraus legi quō fit et q̄t modis.

Ubi. s. **Decet cōcessum a principe bene;** ficium esse mansurum. Pone casum. xxv. q. ij. c. j. ꝛ ij. ꝛ de prebē. si cui. lib. vj. ꝛ in auc. col. vj. constitutio. Decet hoc verbum quantuz ad subditos ipsos necessitatem importat: quantū ad ipsum principem honestatem. Ipse enim priuilegium per se concessum diminuere vel moderari vel in totum tollere potest. Primuz probatur de deci. c. ij li. vj. Secundum probatur de elec. q: sepe. lib. vj. ad hoc. lxiij. dist. ℣ verum. A principe qui solus priuilegium in alterius preiudiciū cōferre potest ꝑm quosdam. ix. q. iij. nunc vero ꝛc. ꝛ seq. qō nō est verū. vt no. xxv. q. ij. in sum. in prin. Licet eñ hic exprimatur de principe. Idem est in beneficijs aliorum. xij. q. ij. si episcopus. de institu. cum venissent. Possunt enim episcopi dare priuilegia. de re iudica. cum inter vos. De hoc. xxv. qō. ij. in summa. Beneficium. Priuilegium est quoddam beneficium collatum alteri. Cum autem sit duplex genus priuilegiorum: quia ꝛ realia ꝛ personalia: hoc est verum in realibus priuilegijs. Hec enim priuilegia principum sunt perpetua: non autem intelliguntur de personalibus. Nam personalia cum personis extinguuntur: vt infra in regu. priuilegium. Et idem dico de priuilegio dato ad tempus. Pone casum de verbo. signi. tua. Mansurū. Nota q̄ licet priuilegium debeat esse perpetuum vt hic: extinguitur tamen propter abusum negligentiam contrarium factum ꝛ superueniens enorme preiudicium: quod dic vt no. xxij. dist. renouantes. xj. q. iij. priuilegium. de deci. suggestū. Unde dico q̄ ab ipso principe verba priuilegij interpretāda sunt: ita q̄ alteri enorme preiudicium nō afferant. de verb. signi. quid per nouale. Si autem ex postfacto superueniat enorme preiudicium. Pone casum per decret. suggestum. hoc cum sit necesse directe venire contra verba priuilegij crederem preponendā principi q̄stionē de priuilegio: qđ de nouo tēdit ad norā: ꝛ ptra illud nō debere ꝓiudicare aūctoritate venire ꝑm Lau. q̄ hoc sētit. xxv. q. j. in fine. Et Ber. Beneficiū remissi ōis pctōrū qđ datur a principe adeo manet q̄ nunq; reuocatur.

Decet quibuz quid imponet.

Priuilegium qđ sit ꝛ quotuplex. s. titu. ix. c. j ℣ ij.

Priuilegiū extinguitur varijs modis.

reuocatur.xxiij.q.iij.si illic.cõtra.de peni.di.iij.qui diuini. So. Non redeũt peccata dimissa per recidiuũ:nec quo ad culpã nec quoad penã:sed dicũtur redire per quendã effectũ aggrauationis illius sequentis culpe.Tho.in.iij. Beneficium etiam gratie z virtutũ semper durat in homine ex parte dei dantis.de pe. dist.ij.querendum.Sed q amittatur est propter abusum vel negligentiam hominum.Beneficium est quodcũq habemus bonũ:z istud semper debet manere in mente nostra per recognitionem. Ps.cij. Noli obliuisci omnes retributiones eius.

Habeť i v.decre.

Dubia sunt in meliorẽ partẽ in

Triplex genꝰ operũ humanorũ.

terpretanda.s.ea facta.vnde dubiũ est quo animo fiant. Hec regula habetur in decre.de reg.iur.estote.Et sunt verba Bede super illud Luc.vj. Nolite iudicare zc.Ubi sciendũ q triplex est genus operũ humanorũ.Aut enim sunt bona vel de genere bonorum:vt ieiuniũ:oratio:eleemosyna:z hmõi.Et ista semper debẽt interpretari in bonã partem:q̃uis possint fieri mala intentione. Aut sunt de genere malorũ z mala fm se vt furta:homicidia:blasphemie z hmõi.Et de his vt dicit Beda ibidem permittitur nobis iudicare.i.interpretari in malã partẽ:z reputari digna dãnationis iudicio:z peccatũ esset huiusmodi bene interpretari z excusare.xj.q.iij.si quis dixerit.z.c.seq.Non tamẽ debemus iudicare illos simpliciter dãnatos:q possunt reuerti ad penitentiã de illis.Et tertium genus operũ qđ est indifferẽs:vt comedere:bibere loqui:ire:vẽdere:emere z hmõi:z hec fiunt bene z male.Et de his precipue intelligitur q sunt interpretãda in meliorẽ partem:cum nescit alias facta talia:in meliorẽ.i.securiorem fm glo.

Ex.iiij. decre.

In dubijs tutior via est eligẽda.

Triplex ambiguitas.

Istud dictũ quod est quasi regula sic consueuit allegari cõmuniter:z est sumptũ ex.c.iuuenis.de spon.z ma.vbi dicitur.In his que dubia sunt qđ certius estimamus tenere debemus.Glo.ibi. Sic ergo patet q in dubijs semp certius est tenendũ.de pe.dist. vij.c.ij.Ubi dicit Aug.Tene certũ z dimitte incertum.z loquitur de penitente in extremis:de quo est dubiũ si vere peniteat. Qui autem certus est de vera penitẽtia per cõfecturas tamẽ si sanus agit penitentiã.xiiij.dist.sicut.de homi.ad audientiã.Nota tamẽ q est dubiũ probabile:z est dubiũ scrupulosum.De probabili hic loquitur:cũ.s.rationes sunt ad vtrãq partẽ quasi equales:z peccatuz graue est se exponere tali dubio vbi est mortale.Est aliud scrupulosum:vbi scilicet ex leui suspictione timet quis esse in aliquo actu peccatũ vbi nõ est:z istud ad consilium boni viri est deponendũ.Greg.Bonarum mentium est ibi culpam agnoscere vbi culpa nõ est.i.timere:nõ tamen asserere.dist.v.ad eius. Itez dicitur.xj.qõ.iij.graue.Graue est z satis indecens vt in re dubia certa detur sententia.Dicit glos.xxxiij.dist.c.vlt.q triplex est ambiguitas.s.iuris:facti:z psone.Ambiguitas iuris est vbi de similib9 ad similia ꝓceditur.vt di.xx.de libellis.Et de tali ambiguitate loq̃tur.c.sicut.di.xiiij.Sz vbi est ambiguitas facti nũq̃ ferẽda est sententia in preiudicium alicuius.z de hoc intelligitur ca. graue.xj.q.iij.Sed vbi nulli fit preiudicium vt in baptismo confirmatione:ordinatione:consecratione:z huiusmodi bene fertur in dubio sententia certa scilicet vt baptizetur vel ecclesia cõsecretur:vel denuo ordinetur z huiusmodi.vt de consc.dist.iij. paruulos.z dist.j.solennitates. Quandoq tamen dubitatur de facto: z fertur sententia in preiudiciũ alterius.vt de spõ.z ma.iuuenis. Sed istud est propter periculũ anime.Ubi vero est ambiguitas persone:sed factum est certũ bene fertur certa sententia. vt.v.q.j. quidam.Puta cũ scitur publice furtum factũ sed ignoratur persona:tunc potest iudex ferre excommunicationem in eum qui fecit vt sibi manifestet:et tenetur subditus obedire.

In.v.

Defleat peccator q offendẽs in

Jaco.ij.

vno factus est omniũ reus.Hec regula habetur in decre.de regu.iuris.defleat.Et sumpta est ex.c.consideret. de pe.dist.v. Et sunt verba Augu.partim autem Jacobi apostoli in cano.vbi dicit.Qui totam legem seruauerit offendat autẽ in vno:factus est omniũ reus.Defleat saltẽ luctu interiori.Nam lachryme exteriores sine interiori fletu.s.contritionis modicum vel nihil prosunt. de pe.dist.iij.irrisor.Interior fletus etiam sine exteriori id est cõtritio cordis sufficies est ad remittendũ.de pe.dist.v. consideret.

Notãda expõ.

ibi.Doleat.Interior cũ exteriori adhuc melior.Prosper.lachrymis ex vera cordis contritione fluentibus:extinguentur eterni ignis incendia.de penitẽ.dist.j.pozo.Offendens in vno scilicet preceptorum. Omne enim mortale est contra aliquod preceptum diuinũ directe vel indirecte:vel in vno id est charitate que vnũ nos facit cũ deo z proximo:z quodlibet mortale est cõtra charitatem.gloss.Bern.Omniũ reus.s.preceptorũ.i.ita dãnatur q̃s z priuatur gloria eterna pro vna transgressione ꝑcepti in ipsa moriendo:sicut si omnia fuisset trãsgressus. Ita exponitur de peni. dist.v.fratres non tamen sustinet tantam penam. Nam quodlibet mortale habet suam penã vel omniũ.s.virtutum:q quelibet virtus patitur detrimentũ ab vno vitio.sic exponit Augu.de pe. di.v.cõsideret.Cũ enim virtutes sint cõnexe:vna amissa omnes amittũtur.Vel omniũ bonorũ reus.i.ingratus.z sic omnia meretur sibi auferri.Vel omniũ:q per peccatũ amisit meritũ omniuz precedentium operum bonorum.Augu.de peni.eadem dist.z.c.

Ex.vj.

Dolo facit qui petit qđ restituẽ

re oportet eundẽ.Hec regula sumpta est ex.l.in cõdẽnatione.ff. eo.titi.Pone casum in vsurario qui non petit vsuras a debitore: ipsas enim restituere cogeretur.xiiij.qõ.iij.nullus.Ad idem de iureiu.debitores.Duo autem nota circa hanc regulã.Primũ est qđ dicitur hic locum habere quando res restituẽda est ei a quo petitur.Cõmodatarius enim reperit rem a fure quam tenetur domino restituere.C de fur.z seruo cor.l.vlt.Uir soluto matrimonio petit dotem a socero quam vxori z liberis restituere eũ oportet.ff.solu.matrimo.si socer.Idem in vsurario qui vsuras repetit quas alias soluit.Si non est soluendo prestita cautione restituẽdi eas a quo perceperit.de restitu.spo.olim.ij.z de vsu.quia frustra.Secundo nota hanc regulam non habere locum in possessorijs iudicijs sed in petitorijs.Hec etiam not.Gof.de offi.iudi. delega.venerabili.z Bernar.Joan.and.

Ibidem.

Damnum qđ quis sua culpa sen

tit:sibi debet:non alteri imputare.Hec regula sumpta est ex.l.qđ quis.ff.eod.titu.Pone casum per canonem.xxiij.q.iij.displicet. Uel si quis ductus ad iudicem de equo se proijciat z ledatur sibi ipsi imputet.Item de prebẽ.si clericus.lib.vj.vbi clericus qui negligit petere prebendam sibi debitam cum vacat sibi imputare dz:non sequenti expectanti.Ad idem.ff.pro so.l.cum duob9. Ubi socius omniũ bonorũ dãnatus ex contractu ob cõtumaciã suam:vel ex malificio:puta furto vel simonia non recuperat a socio.concor.l.dist.sepe.z.c.hi qui.Item procurator penam quam ex suo delicto prestitit non recuperat a domino.ff.de procura.q̃ proprio.Ad idem.C de euic.l.emptor.vbi dicitur q emptor si in iudicio non fuit re euicta:de euictione non agitur contra venditorem:q culpa sua res euicta videtur.Jo.an.Ad hoc etiam facit qđ ait Aug.Absit vt ea que propter bonum aclicitũ facimus aut habemus:si aliquid per hoc preter nostram voluntatẽ cuiq̃ mali acciderit:nobis imputetur.xxiij.q.v.de occidendis.Ubi ponit exẽplum de eo qui se occidit gladio vel ligone z huiusmodi. Qđ non imputatur facienti vel venti in bonum talia instrumenta:sed illi qui se occidit.Potest etiam sic extendi regula theologice q cum sit triplex dãnum.Primum priuationis gloie:nõ debet quis imputare diuine prescientie.q̃ fm Aug. Ipsa nulli est causa labendi:sed culpe proprie.xxiij.qõ.iij.Nabuchodonosor. Secundũ dãnum est subtractionis siue priuationis gratie per peccatum nõ qđ debet quis imputare dei seueritati:sed sue negligentie.xj.q.iij.audi.z de pe.dist.j.Cõuertimini ad me zc.Nec debet imputare diabolo tantam vel homini incitanti:sz sue proprie voluntati.xv.q.j.non est.z.c.illa.Tertium est damnum temporalis fortune in rebus:in fama:in honoribus:z huiusmodi.et hoc debet imputare peccatis suis.de peniten.dist.j. quamobrẽ. z.c.sed z continuo.z.c.si peccatum.

Triplex dãnum.

Ubi.s.

Delictũ persone nõ debet in de/

Delictũ multipler. Prelatꝰ multipler nocet ecclesie.

trimentum ecclesie redundare.Pone casum in episcopo deposito propter crimen.Non enim debet ecclesia propter hoc expoliari rebus suis.xvj qõ.vj.si episcopũ.vbi de hoc.Item pone casum in procuratore qui fallificauit instrumentum:non propterea perdidit ecclesiã causam.de excep.cũ venerabilis.Et delictum tutoris nõ obligat pupillũ.ff.eo.ti.l.neq̃.Cõtra.xvj.qõ.iij.placuit. ij.Ubi delictũ prelati nõ repetẽtis rem ecclesiasticaz nocet ecclesie.Ad idẽ de prescrip.c.j.Solu.Delictum aliud est in faciendo z hoc non preiudicat ecclesie:vt hic. Aliud est in omittendo et istud bene preiudicat ecclesie:vt ibi.Et hoc proprie dicitur delictũ.s.omissio:cuius non semp sletur huic significationi:sed ampliatur aliquãdo.Item ad hanc solutionem contradicit.xxv.q. ij.ita nos.vbi delictum qđ cõsistit in faciendo preiudicat eccle-

sie. Sol. dici pōt ſm Jo. qui hoc ibi notat q hec regula intelligit de detrimēto facultatū: illa de detrimēto bonorū: ſed potius ibi nocet deliquentibus ꝓ eccl'ie. Adhuc cōtra iſtā ſolutionē. de cēſi. cū olim. Ubi delictū qđ eſt in faciēdo nocet eccleſie. ⁊ de in integ. reſti. auditis. Ubi delictū in omittēdo nō nocet eccleſie. Satis cōgrue diſtingui poſſet inter iudicialia ⁊ extraiudicialia: vt in iudicialibus iudicioꝝ fauore ſiue ſit in faciendo ſiue in omittendo preiudicet eccleſie. Et in decr̄. auditis. delictuꝫ qđ fuit in omittendo bene preiudicate eccl'ie: ſed fuit reſtituta: ⁊ ſic nō eſt cōtra. In decre. cū venerabilis: dici poteſt extraiudiciale. Uel ibi ſolus procurator deliquit in faciendo: ſcilicet inſtrumentū falſando. Item contra diſti. liij. ſi ſeruus. J. vbi punitur epiſcopus qui pro vno ſeruo debet duos dare. Sol. illud debet facere de proprio ſi habet non de bonis eccleſie: ⁊ ſic nō eſt cōtra hanc regulam. Item cōtra de ordi. cogni. cū dilectus. Ubi dolus ⁊ violentia abbatis eccleſie nocere videtur. Sed ibi ſoluitur per Berñ. in gloſ. q: ſcz ibi delictū fuerat cōmiſſum per abbatē. ⁊ collegium cōmunicato cōſilio perſone nomine poſſumus intelligere de ꝑlato. Uel indiſtincte de qualibet ꝑſona intelligatur cui⁹ delictuꝫ nō nocebit eccleſie: ſaltē cū effectu q: dareť reſtitutio vſqꝫ ad quadriennū tantū: niſi ex cauſa plus tēpoꝰ daretur. de reſti. in integ. c. j. lib. vj. Jo. an. Poteſt ⁊ ſic extēdi regula. Delicta quecūqꝫ clericoꝝ dūmodo tolerētur nō nocēt eccleſie. i. fidelibus quoad veritatē ⁊ vtilitatē ſacramentoꝝ: que cōferūt. vt. j q. j. ſi iuſt⁹ fuerit. ⁊ c. dominus declarauit. Uel etiā nō redundāt in detrimētuꝫ eccleſie. i. fideliū. vt per hmōi officia ⁊ orationes que faciūt vt miniſtri eccleſie non valeāt ſm Thom̄. ⁊ per regulam illā. qui per aliū. Eccleſia eſt cuius nomine faciūt eſt ſemper deo grata ⁊ obſequia eius. Uel etiā propter malitiā eorū nō debet perdere eccleſia iura ſua ⁊ priuilegia: vt decimas: libertatē: immunitatem: ⁊ obedientiam ei debitam et reuerentiam. diſt. xxix. c. vlti.

Ampliatur r̄la.

Jn. vj. **Ea que fiūt a iudice ſi ad eius nō** ſpectāt officiū viribus nō ſubſiſtūt. Hec regula ſumpta eſt ex lege. ff. eo. ti. l. factū. Pone caſum. lxviij. di. quoꝝ vices. vbi preſbyteri ſimplices chriſmādo: eccleſias vel virgines cōſecrādo: ordinando: nil agūt. de pe. ⁊ remiſ. indulgentie. lib. vj. Ubi indulgentia data ab epiſcopo vltra tenorē cōciliꝫ generalis nō valet. Ad idem. ff. de iuriſ. om. iudi. l. vlt. vbi dicitur. Extra territorium ius dicenti nō pareatur impune. Idem ſi ſupra iuriſdictionē ſuā velit ius dicere. Et habet hec regula locū etiā in his que bona ſunt que facit iudex: tamē ex quo ad eius nō ſpectat officiū: viribꝰ nō ſubſiſtūt. Pone exemplū. diſt. xcvj. bene quidē. Bonū quidē eſt ſtatuere res eccleſie alienari nō poſſe. xij. qō. ij. per totū. Tamen ſtatutū imperatoris ſuper hoc nō valuit: q: ad eius non pertinebat officiū. vt ibi. Generale enim eſt q nō ſufficit bonū facere niſi ⁊ bene id fiat. xvj. q. j. monachi. ij. Et quod dicit hec regula. Ea que fiunt a iudice: alias ſubbaudi. Nam in eo qđ facit non pertinens ad officiū ſuum: nō dicitur iudex. Sicut ergo procurator fines mādati excedere nō debet: ita ⁊ iudex fines iuriſdictionis. Saluo eo quod de prorogatiōe notat. de offi. dele. p. ⁊ g. Nec hz locum hec regula in ſpiritualibus: que potius dependēt ex poteſtate ordinis ꝓ iuriſdictionis. Hinc eſt q ſi epiſcop⁹ qui hoc poteſt ex ordine cōſecret alienā eccleſiā vel altare: vel ordinet alienum ſubditū: qđ nō poteſt ex iuriſdictione. Conſecratio tamen ⁊ ordinatio bene tenēt: licet ordinatus executione careat. vij. qō. j. epiſcopus in dioceſi. Et de temp. ordi. q tranſlationē. Nō eſt contra. diſt. xcv. c. j. Ubi preſbyteri chriſmabāt ⁊ vere cū tamē nō pertineat ad ordinē ſacerdotalē: ſed epiſcopalē. Nam illud fuit eis ſpecialiter cōceſſum a Greg. pa. Et ſic ad eorū ſpectabat officiū: etſi nō ex ordine: tamē ex demandatione. Queri ſolet ſi iudex q̄ de decē tantū poteſt iudicare iudicat de. xx. an valeat ſentētia in x. Et Jo. dicit q non: quia res iudicata non poteſt in parte tenere ⁊ in parte non tenere. Et hoc ipſe no. ij. q. vj ſ. diffinitiua. ver. cū certa ratione. Et facit optime pro Jo. de pe. ⁊ remiſ. indulgentie. lib. vj. Et concor. cū eo Accur. ff. de iuriſ. om. iudi. l. vlt. Hug. tamen ⁊ Lau. tenent contrarū. ſ. q ſententia tenet in. x. tantū. ⁊ dicunt ſententiā reſcindi in illo ſuperfluo tantū. Et facit pro eis de arbi. c. j. lib. vj. ⁊ regula infra. vtile. Et quod ibi dicā. Jo. an. Extēdi poteſt ad multa. Qui dat aliquā indulgentiā de culpa: etiam papa: nō valet: q: ſolus deus indulget culpā. de conſe. diſt. iiij. nemo. Epiſcopus qui facit cōpoſitionem cum publico vſurario de certa quota remittēs ſibi reſiduum obnoxium etiam reſtitutioni perſonis certis nil facit: nec ſibi valet illa remiſſio: quia non eſt epiſcopus iudex aliene ſubſtantie. iij. q. j. reintegranda. j. ⁊. ij. Cō

Bonum facere nō ſufficit niſi id bene fiat.

Quatenus valet ſnia.

feſſor qui abſoluit ab aliquo caſu peccati vel ſententia a quo non poteſt: non valet abſolutio. Prelatus qui precipit ſubdito aliqđ contra regulam ſuam: vel aliquid ſibi reuelandum ſaluo ordine fraterne correctionis non obligat illud preceptum nec debet obedire. ij. q. j. ſi peccauerit. et huiuſmodi.

Ibidem.

Eum qui certus eſt certiorari vl terius nō oportet. Pone caſum. diſt. xj. c. vlti. ver. ſepe dilectionez tuam. Et de appel. ſi duobus. In archiepō qui ſciens illū excōicauit qui appellauerat ad papā. Et not. q hic dicit qui certꝰ eſt ſubaudi vel eſſe debet. Nam non eſt neceſſarium ſingulos aut ibus intimari quod eſt publice promulgatū. diſti. xvj. qō dicitis. Et de poſtu. prala. c. j. Licet autē canonicus qui certꝰ eſt de morte epiſcopi non oporteat eū amplius certiorari de ipſius morte: tamen citari debet ad electionē faciendā. vt no. Berñ. in decre. cum inter. de elec. Qđ verū puto: q: qui certus eſt vt homo: certioretur vt iudex. ij. q. j. multi. Et interdū qui certꝰ eſt adhuc certioretur ad cautelam: vt in. d. c. vlti. xj. diſt. Preterea licet ſciat eccleſiā vacare diem tamē aſſignatā ad electionem celebrandam ignorabat: ⁊ ideo vocandus eſt ⁊ dies notificādus. Et eſt hec regula in ar. ad. q. qua queritur. An ingreſſus religionem ⁊ in fine anni exiens: ſi iterum eandem religionem ingrediatur: an iteruꝫ debeat habere annū probationis: ⁊ ſatis videtur q non per hāc regulam: niſi cōditio perſone vel religionis mutata eſſet. Et hoc tenet Bar. Butr. in queſtionibus ſuis. Jo. an. Si autem pro medietate anni ſtetiſſet vel circa: tunc ſunt opi. ⁊ vide de hoc infra in iij. part. titt. de ſtatu religio. Et facit iſta regula cōtra ignorantes mandata dei vel etiam generalia eccleſie precepta vel ſynodalia cū publicātur: vel acta capituloꝝ generaliū: qui non videnť excuſari ſi cōtra faciūt: q: certi eſſe debēt de huiuſmodi religioſis. Ubi ſciendū q nō eadē certitudo requiritur in omnib⁹. Nō enim certitudo demōſtrationis ſcientie requiritur in his q̄ ſunt fidei: ſed ſufficit ea q̄ traditur ab eccleſia p miracula: per doctrinas doctoꝝ: ⁊ tolerātias martyrū: nec debēt vlterius certiorari.

Quomō cert⁹ poteſt certiorari.

Ubi. ſ.

Ex eo non debet quis fructū cō ſequi qđ niſus extitit impugnare. Pone caſum in eo qui dicit de cre. epiſtolas nō eſſe authenticas: q: nullā debet pro ſe allegare. diſt. xix. ſi Romanoꝝ. Ad idem diſt. viij. quo iure. Item poneca ſum in eo qui impugnabat teſtamentum: dicens illud inofficioſum: qui ſi improbe dixit ⁊ ſuccubuit quicquid ex teſtamento capiebat perdit. ff. de inoff. teſt. Papinia ſ. meminiſſe. Ad idē. xiij. q. ij. ꝓ poſterum. Et dicit lex. Abſurdum eſt quem redire ad id quod ſemel renuntiandum putauit. C. de reb. cre. l. ſi quis. Et q hic dicit niſus extitit: dic cū effectu ſaltē quantum in eo fuit: q perſeuerauit. Si autem ſimpliciter proteſtaretur: ſecus eſſet vt intelligit Ber. predictam decre. preſentium. de teſti. Item ſi inciperet agere vel excipere: ⁊ poſtea deſiſteret ante ſententiam. Et quod dicit hec regula verum intelligo: niſi ex neceſſitate officij habuit impugnare. Nam tunc proprio nomine fructum conſequi poſſet. Hoc probatur. iij. q. vij ſ. tria. ver. ſi contra patrem pupilli. Item licet. quis impugnet ſententiā in vno cap̄. ex alio cap̄. conſequitur fructum. de teſta. Raynutius. ⁊ c. Raynaldus. Et cōcor. ad regulam. j. q. vij. c. j. ⁊ di. xcvj. ſi imperator. Et ſimile eſt qđ dicitur fruſtra implorat legis auxilium is qui committit in legē. de vſur. quia fruſtra. Item nota q ſicut quis non debet fructum conſequi ex eo quod impugnat: vt hic. Econtrario non debet qs impugnare ex quo fructū conſequitur. xix. diſt. c. j. ⁊. iij. q. vij. cuius in agendo. Jo. an. Extēde. Quia ex quo peccator impugnat dei prouidentiam murmurando non meretur ab eo gubernari: vel aliquid boni cum pugnet cōtra domini voluntatē. Item cuz male ſe habet ad parentes meretur puuari bonis eorum ⁊c.

Jmpugnās aliqđ ⁊ neceſſitate officij poteſt ex illo cōmodum conſequi.

Ampliat regula.

Exceptionē obijciens nō videtur de intentione aduerſarij confiteri. Habes hec verba de excep. cum venerabilis. Et proſequere hanc materiam vt ibi no. Et pone caſum de preſcrip. illud. Et aduerte quia mirabilis videtur hec regula. Nam ſi excipio de pacto de non petendo video: eo fiteri debitum fuiſſe. Si dico interrupi preſcriptionē video: fateri te preſcripſiſſe. Si dico: contra te preſcripſi ergo primo id tibi debitum erat quod preſcripſi. Et ſic actor nil amodo debet cogi probare: ſed excipiens tantum. Et facit ad hoc de tranſac. preterea. ij. Dic ergo q huius regule eſt triplex ratio. Prima quia licet dicam. Feciſti pactum de nō petendo: poterat eſſe q illud nō erat vere debitum: vel naturaliter tantum: vel nullo modo. Itez licet

Triplex rō huius regule.

licet dicam: interrupi prescriptionem: forte non erat completa prescriptio: immo hoc dicere video: quod completa non fuerit dicendo me interrupisse. Vel si completa fuerat sine titulo erat et bona fide. Idem in aliis exceptionibus. Secunda q̃ per exceptionem nego me debere. Nam si per ipsam de intentione aduersarij diceretur confiteri: eadem exceptio duos contrarios effectus haberet: quod esse non debet. ff. de solu. qui homines. vlti. Et de baptismo ꝛ eius effectu. matores. Cum igitur per exceptionem negem intentionem aduersarij: non est cõgruum me per ipsam dici fateri. Tertia est: quia reus priuilegiatus est vt possit duas exceptiones proponere: etiam sibi contrarias. vt infra in regula. nullus pluribus. Sicut ergo expresse dicere posset: nego te prescripsisse: et postea si prescripsisti ego interrupi: vel nego me promisisse: et postea pactum opponere de non petendo: sic dicendo. Tuam prescriptionem interrupi: vel pactum de non petendo fecisti: vel his simile intentionem aduersarij non fatetur: cum adhuc dicere possit: non promisi: non prescripsi: ꝛ sic de singulis. Tutius tamen esset ipsi reo sic dicere. Nego me promisisse. Et posito quod promiserim: postea pactum de non petendo fecisti: et sic de singulis. Alꝫ hec. xiij. q. ij. in prin. Sed quia hec forma verborum docet mentiri: vbi veritas ꝛ conscientia est in contrarium: non est amplectenda: cum

Alias prius demũ linguas oportet fieri eruditas.

prius animas: demũ linguas oportet fieri eruditas: vt in proemio. ff. in. fi. Unum nota quod idem quod dicit hec regula in exceptione intelligas ꝛ in replicatione. Unde sicut excipiens non confitetur actionem: ita nec replicans exceptionem eadem de causa. Sicut enim se habet exceptio ad actionem: ita et replicatio ad exceptionem: et quadruplicatio ad replicationem. Et hoc satis probatur de excep. dilecti. Jo. an.

Jn. vj.

Factum legitime retractari non

debet: licet casus postea eueniat: a quo nõ potuit inchoari. Hec regula sumpta est ex. l. ff. eo. ti. in ambiguis. Exemplifica in eo qui contraxit matrimonium: ꝛ postea factus est furiosus. xxxij. q. vj. neq; furiosus. Item in superueniente affinitate de eo qui cog. consan. vxo. fue. c. penul. Idem in adoptione superueniente. ff. de ritu nup. adoptiuus. Et nota quod aliam regulam habes infra per contrarium scilz non firmatur. quia licet casus superueniat a quo potuit inchoari non firmatur quod ab initio nõ valebat: vt infra. Quod tamen intelligas vt ibi vꝺ: ita q̃ a principio factum erat legitime non retractatur: licet superueniat casus in quo nõ potuit inchoari: vt hic. Et nota q̃ dicit retractari. q. d. Propter causam superuenientem non retractatur: acsi legitime non fuisset factum. Interdum tamen propter superuenientem causam impeditur eius effectus: quod legitime factũ erat.

Extẽdit regula.

Exemplifica per canonem. xxxiij. dist. communiter. et de cleri. egro. presbyterum ꝛc. Jo. an. Extendo. Religiosus post professionem si efficitur pessimus vel fatuus: non tamen propter hoc soluitur ꝛ retractatur professio. Prelatus post prelaturam efficitur malus excommunicatus ꝛ huiusmodi: non tamen ꝓpter hoc retractatur electio vel confirmatio eius. Absoluitur quis

Ibidem.

a peccatis dicens se velle facere penitentiam iniunctã ꝛ se contritum: ꝛ satisfacere lesis ꝛ restituere: postea mutat propositum nil volens facere: non per hoc retractatur absolutio facta: sed tunc peccat mortaliter cum proponit illa non facere. de pe. dist. j. magna. in glos. ꝛ huiusmodi.

Frustra sibi fidem quis postulat

test facere per seipsum. Pone exēplum. Pōt q̄s iurare per aliū. vt. lxiij. dist. tibi dño. Item pōt per aliū q̄s cōtrahere matrimonium: sez per ꝓcuratorē suū. ad hoc de ꝓcu. c. vlt. lib. vj. Hec tñ regula hz multas exceptiones in quibus nō pōt q̄s facere per aliū qđ per seipsum: vt in eo cui cōmittit certum ministeriū. de offi. deleg. c. vlt. Non em̄ pōt subdelegare nisi in hoc habeat specialem cōmissionē. Itē in pnia suscipiēda. de pe. dist. j. quem penitet. quā per se quis suscipere debet nō per aliū. ſ. quo ad cōtritionem et cōfessionem. Vō est pudor qui est maxima pars pnie: vt ibi dr. Itē in eo viro q̄ per se veniam etatis impetrat: qđ per se facere debet. Item adoptare vel arrogare nō potest quis per alium. ff. de adop. post mor. Nec q̄. Vō est: qz adoptio imitatur naturam. Itē fallit in iudice qui per se debet dare sententiā non per aliū: nisi sit eps vel superior. de re iudi. c. vlti. lib. vj. Item in eo qui cepit cōferre sacramentum vnitatis: vt ordines: baptismū: extremā vnctionē: consecrationem: eucharistiam et hmōi. qz per alium perficere non pōt. dist. xxiij. quorundā. Nā vbi deficeret sacerdos in medio forme sacramētorum qui supplet defectum eius: totam formā debet dicere non partē ſm theologos. Itē abbas per se potest corrigere monachos: etiā verberando: non per alios: maxime laicos: de senten. excom. vniuersitatis. Itē dñs nouum emphiteotā per se non per alios in possessionē inducere debet. Itē regulariter in causa criminali. ij. queſt. vj. si quando. Item que sunt meri imperij vel gladij potestatis nō delegant ſm leges: nisi in casu. ff. de offi. eius cui man. est iu. l. j. Secus ſm canones. de hoc no. xcv. dist. c. j. et de offic. ordi. q sedem. Itē per se debet respondere adultus qui catechizatur nō per aliū. Fallit etiā in casu. de elec. cupientes. lib. vj. ⁊ de offi. deleg. c. j. ⁊ de hereti. c. ij. hec igitur ⁊ similia specialia sunt. Et nota etiam q ecōuerso quedā per alium possum que nō per me. Episcopus enim clericū suum per alium verberare pōt clericū: tñ non per seipm. lxxxvj. dist. nō liceat. Item eps per aliū litigare potest non per se. Itē tuitionē ⁊ gubernationē ⁊ curā pupillorū: viduarū ⁊ peregrinorū: per aliū exercere debet: non per se. dist. lxxxvij. episcopus. Itē prelatus clericus habēs temporalē iurisdictionē audit ⁊ iudicat in causa sanguinis: nō per se: sed per aliū. ne cle. vel mo. c. vlt. lib. vj. Item religiosa mulier per alium potest esse in iudicio: nō per se. Item interdū cōsequit̄ quis per aliū: qđ per se cōsequi nō posset. de cōcel. preben. auctoritate. lib. vj. Et nota q id dicimur posse qđ de iure possumus. Hanc igitur regulā credo loqui in his que de iure sortiank vel sortiri pñt effectum. Nō igit̄ superabūdat alia regula infra. scilz qui facit. que generaliter loquitur vt etiā maleficia cōprehendat. Et ista loquit̄ de potestate faciēdi. illa de effectu tam facti. Item ex ista regula nota. q sicut per se potest quis subscribere ita per alium: vt no. de re iudi. cum inter. Joan. andr. Potest quis satisfacere per alium sicut per se si videlicet est in gratia. et econtrario potest merert per se ⁊ peccare quod non potest per alium.

Eps qui per aliuz exercere debet.

Posse dicimur qđ de iure possum⁹.

Vbi. ſ. ¶Qui facit per alium est perinde
ac si faciat per seipm. Hec regula sumpta est ex. l.ff. eo. titu. l. qđ iussu. Pone exēpla ⁊ prosequere vt in regula: potest quis ⁊ non superabundatista per illam. vt ibi dixit. Jo. and.

Vbi. ſ. ¶Quod semel placuit amplius di
splicere non potest. Pone casum in matrimonio: quia consummatum non potest dissolui. xxxij. questione. v. horrendus. et de iureiuran. quēadmodum. Item in electo. viij. qō. ij. dilectissimi. In iudice. ij. queſt. iij. offeratur. Idem in alijs omnibus. distin. iij. in istis. Fallit interdum hec regula ex casu superueniēti: vel de nouo ad notitiam peruenienti. de elect. vt circa. lib. o sexto. quia que de nouo emergunt indigent auxilio. de officio deleg. insinuante. Item fallit in omnibus casibus in quibus permittitur a iure penitere vel variare: sicut in medico quem licet mutare. In appellatione a qua licet appellanti ab appellatione recedere. ij. questio. vj. si quis. In patrono laico qui potest variare. de iure patro. quod autem. In cardinali qui variat in casu. de elect. licet. Item in moniali. eo. tit. lib. vj. indēnitatibus. Item in testamēto qđ mutari potest vsq; ad vltimū vite. xxij. qō. q. c. vlti-

Mutare an ⁊ qñ li ceat suuz ꝓpositū.

ma

ma voluntas.etiā nō obstante pacto de non mutando.C.de pac. l.pactum.Item in libello quem quis mutare potest vsq; ad litis cōtestationem.Et accusans ante inscriptionem penitet.de accu. c.licet.Itē in mandato ꝛ societate ꝛ depositō licitum est penitere. insti.mandati§ recte.ꝛ de procur.c.ij.lib.vj.Et regulariter in cōtractibus innominatis.quod dic vt plene nota.ff.de condit.ob causaz da.ꝛ causa non se.l.si pecuniam.Item soluuntur sponsalia de futuro per sequentia sponsalia de presenti.de spon.si inter. Et sponsalia de presenti per ingressum religionis.de conuer.cōiuga.ex publico.Et ingressus religionem ante annum vel professionem penitet.de reg.ad nostram.Et professus vnam religionem:etiam inuito prelato ingreditur ꝛ profitetur arctionem.eo. titu.licet.Et a voto simplici receditur per sequens matrimoniū. de vo.ꝛ vo.redē.c.i.lib.vj.Item a voto de certa religione profitenda:receditur per ingressum alterius:etiam laxioris.de regu. qui post votum.li.vj.Item fallit in casu in quo licet infra triduū penitere.de reg.ad nostram.eo.titu.ꝛ li.constitutionem.Item in electo:qui consentit electioni de se facte:qui propria auctoritate penitet ante confirmationem.de transla.inter cōportalia.secūdū Bern̄.In his igitur ꝛ similibus casib⁹:quod semel placuit: adhuc displicere poterit.Et incidit in hanc regulam illud generale q̄ nullus potest venire contra factum suum de quo dic.vt.lv.di. penitentes.Et nota q̄ hec regula non habet locum in his que improbantur a iure vt in predicto.c.penitentes.de fo.compe.si diligenti.C de arbi.l.j.vbi licet partes faciant pactum de nō recedendo ab arbitro:ꝛ appell.renuntient.nihilominus recedere possunt.Item habet locum in his que scienter placent ꝛ nō per errorem facti.xxxviij.distin.q̄uis.vnde contrahens cum serua quam credit liberam:potest penitere.Emens ouchalcum intendens emere aurum:potest rescindere emptionem.Item requiritur q̄ placeat non solum mente sed verbo vel facto:ꝛ q̄ alterius interest.Facit ad hoc regula.mutare.ꝛ quod ibi dicitur. Joann. and.Quod vltimo dictum est videtur habere locum in foro cōtentioso.Nam si quis vouerit aliquid sola mente: tenetur quoad deum sicut ore vouisset.Extenditur regula ad vota ꝛ iuramēta et huiusmodi:que si sunt iusta:non licet propria auctoritate venire contra.Item si quis renuntiat iuri suo:penitere non potest. vij.questio.j.c̄ periculosum.

Extēdit regula.

Ubi.s.

Quod quis mandato iudicis facit:dolo facere non videtur:cum habeat parere necesse.Hec regula sumpta est ex lege.ff.eo.ti.l.nō videntur date.Pone casum in milite qui de mandato iudicis occidit.xxiij.q.v.miles.In laico vel clerico qui de mandato prelati capit clericum.de sent.excom.si clericus.lib.vj.Et hec regula vera est cum iudex aliquid mandat suum officium exercendo.ff.ad trebel.seruo§ cum pretor.Si vero non exercet officium suum:non est parendū nisi in reuerentie exhibitione.Nam interdum resistere debent officiales.de pe.di.j.nemo.Et hoc verum in atrocioribus:in quib⁹ deo magis q̄ hominibus obediendum est.xj.q.iij.dominus.In his autem que sine dolo committuntur:etiam parens extra officiū excusatur.ff.ad.l.aquil.liber homo.Et nota q̄ sicut dolo caret qui iudicis obtemperat precepto.Ita econtrario dolo non caret qui precepto iudicis non obtemperat.ff.eo.ti.l.nō potest.Cū habeat ꝛc.Hic redditur ratio.In his ergo in quibus non habet necesse parere vt in atrocioribus que ad suum non spectant officium:dolo nō caret.Et facit ad hoc de sen.excom.vniuersitatis. vbi ✠berans monachum si est laicus:licet illud faciat de mandato abbatis:est excōmunicatus.Et nota q̄ dicit parere necesse.Sicut enim necessitas excusat a furto.de conse.dist.v.discipulos.ita ꝛ a dolo.vt hic.Cum ergo nullum maleficium sit sine dolo vel lata culpa que dolo comparatur.xv.q̄ō.j.aliquos.ergo.et a maleficio quolibet excusat necessitas.Vō intellige vt dixi: cū scilicet mādat quod spectat ad suum officium:puta occidere homicidam fm ordinem iuris:non peccat obediens in hoc iudici:qui alias peccaret grauiter.Joan.an.In malis ergo non est obediendum iudici id est prelato.xj.q̄ō.iij.ergo.In bonis obediendum est simpliciter.ea.q.si dominus.in dubijs autem similiter obediendum est.xxiij.q.j.quid culpatur.in fine.

Obediēdū est potiꝰ deo q̄ hoibus.

Necessitas excusat a furto.

Maleficiū nō fit sine dolo vel lata culpa.

Ubi.s.

Que a iure communi exorbitāt nequaq̄ sunt ad consequentiam trahenda.Hec regula sumpta est ex.l.ff.eodem titu.l.quod contra rationem.Pone casum.xvj. q.j.hinc est.ꝛ de priuil.sane.Et cōcor.ad hanc regulam.s.illa regula.in argumentū.ꝛ infra.Quod alicui.Potes ergo intelligere hanc regulā in priuilegio:qi priuilegia singulorum cōmunē legem nō faciunt.xxvj.quest.ij.nō exēplo.Itē in iure velleiano: nam regulariter quilibet intercedendo obligatur.Fallit in muliere que nō trahitur ad cōsequentiam.ꝛ idē in similib⁹.Et nota q̄ sicut ea que exorbitant a iure cōmuni non sunt trahenda ad consequentiā:vt hic in regula.et ita non sunt ampliāda: ꝛ restringenda:vt de filijs presbyt.qui.lib.vj.Facit hec regula ad questionem qua queritur an fratres eremitani:ꝛ alij mendicantes religiosi ꝛ non mendicantes comprehendantur in illa constitutione extrauaganti nouiter edita per Bonifa.viij. que incipit.Super cathedram.in qua exprimunt solum minores ꝛ predicatores.Et quicquid alij dicant dicendum q̄ non extenditur ad alios religiosos mendicantes vel non:vel ad clericos:seculares:sed solum amplectitur minores ꝛ predicatores:tum quia intentio pape videtur hec fuisse:vt per verba constitutionis apparet:tum quia exorbitans est a iure cōi:ꝛ ideo ad consequentiam non trahenda nec ampliāda:vt hic in regula.Vult enim illa cōstitutio dari quartam etiam de his de quibus de iure dari non debet:sicut de ornamentis relictis pro fabrica:aut pro anniuersarijs.septimo siue tricesimo et huiusmodi.puta relictis etiam pro luminaribus vel certis personis.de testa.c.vlti.Et ita pronuntiatum est per me ꝛ do.Jo.de monte Murlo.Joan. And.Nota q̄ ista constitutio que hic dicitur extrauagans.scilicet super cathedram.nunc est in corpore iuris.scz in cle.de sepul.dudum.Item no.q̄ post cle.vtere q̄s ordo:scilicet Minorum et Predicatorum habuit priuilegia contra illam cle.quartam non soluendam:de qua ꝛ quomodo.vide.s.de priuil.ordi.predica.titu.preced.vbi.ij.par.tit.x.c.v.de sepulturis.

Ampliat regula.

Pena vt odiū non debet cōuerti in premiū.

Quod alicui gratiose concedi tur trahi non debet ab alijs in exemplū.Pone exempla que dixi in regula:q̄ a iure.s.immediate posita:ꝛ prosequere vt ibi:ꝛ in regula.priuilegium.Et concor.ad hanc illa alia in argumentum. Joan.and.Extendi potest ista cum supertot.de his que facta sunt a sanctis in veteri ꝛ nouo testamento preter leges cōmunes.Et ad hoc facit quod dicit Gratia.ij.q.vij.nos si incōpetenter§ his ita respondetur.Miracula maxime veteris testamēti sunt admiranda:non in exemplum nostre actionis trahenda. Et ponit exempla Samuelis qui occidit Agag.Et Phinees sacerdotis qui occidit Judeum cocuntem cū Madianita.Danielis qui cum non esset iudex diiudicauit causam Susanne. Plura alia possunt induci:vt Osee qui duxit vxorē fornicariā. Samsonis qui se occidit.Abrae qui filium suū quantū in se fuit immolauit.Moysi qui Egyptiū iniuriantem Hebreo occidit Hester regine q̄ alienigene nupsit.Matthie qui sorte electus fuit.Jacob qui plures vxores simul habuit.Dauid qui Monomachiam cum Golia exercuit.In nouo testamento Ambrosij: qui nondum baptizatus electus in epm fuit.Seueri qui ex lanifice episcopus fact⁹ fuit.Alterij qui sponsam cum qua contraxerat per verba de presenti dimisit sine assumptiōe religionis. Tenobij qui post collationem ibi factam cum Ambrosio celebrauit.De abstinentijs miris ꝛ vigilijs beati Dominici ꝛ Francisci:ꝛ aliorum qui sunt extra communes leges.

Ubi.s.

Ampliat regula.

Hester.ij. Actuū.j. Ge.xxix. et sequē. j. Reguz xvij.

Quod ob gratiam alicui concedi tur:nō est in eius dispendium retorquendum.Pone casum in oeconomo:qui cū in fauorē ecclesie cōstitut⁹ sit ecclesiā vacātē grauare non debet.xij.q.ij.charitatem.Itē in religionibus non mendicantibus.de regula.non solum.ꝛ.c.sequen.lib.vj.Sed cōtra.ff.de auc.tuto.l.obligari.ꝛ instit.u. de acti.tut§ neq;.vbi dicitur q̄ pupillus nō potest adire hereditatem etiam locupletem sine tutoris auctoritate.Solu.in his in quibus certum est conditionem pupilli effici meliorem valet factum a pupillo: etiam sine tutoris auctoritate.vt si feratur pro eo sententia:vt in.l.non eo minus.C.de procur.In his vero in quibus certum est conditionem pupilli deteriorem constituit:vt si alicui cedat actionem vel se obliget factum suum sine auctoritate tutoris non tenet.C de auc.prestan.l.ij.ꝛ.iij.In his vero in quibus dubium est vel esse potest an cōditio pupilli constituatur melior vel deterior:vt in hereditatis additione que potest habere latentia onera:factum a pupillo sine auctoritate tutoris non valet vt in dictis contrarijs.ꝛ hoc in fauorem pupilli:ne oneribus implicetur.ff.de acquir.here.l.more.Et hec regula habet veritatem in sui contrario.s.q̄ō pena vel odium nō debet conuerti in premiū xxj.q.j.legi.ꝛ de sentē.excommu.si vere cum suis cōcor.Jo.an.

Ubi, ſ. **Qui prior eſt tẽpore potior eſt** iure. Hec regula ſumpta eſt ex. l. ff. eo. titu. l. quoties. Pone caſum in iure ceſſionis ⁊ ſubſcriptionis diſtinc. xvij. c. vlti. Ibi preponitur prius ordinatus. In conſecutione autem prebende preponitur qui prius impetrat. de preben. eum cui. lib. vj. In duobus emptoribus vel donatarijs preponitur in rei venditione is cui res prius tradita fuit. C. de rei vend. l. quoties. Sed quare in hoc vltimo caſu preferatur is cui res eſt tradita primo: et non is cui res prius eſt vendita vel donata: quod eſſe debet ſecundum hanc regulam Solu. Hec regula locum habet in his quorum vtriuſq; par eſt cauſa. vt in predicta lege quoties. ff. eo. titu. Sed poſt venditionem et ante traditionem quis remanet dominus. vendendo ergo ⁊ tradendo ſecundo potior eſt cauſa ſecundi: vt ibi hec probãtur. C. de here. vel ac. ven. l. qui tibi. tenetur tamen prior exemplo quantum ſua intereſt: vt ibi. Sed per literas papales quis ſtatim eſt canonicus: ⁊ ideo in eis attendimus datam: vt in predicta decre. eũ cui. Et nota quod hec regula locum habet in contractibus ⁊ in his que ex duorum voluntate dependent. Sed in legib⁹ ⁊ conſtitutionibus q̃ pendent ex vnius volũtate ſemp poſterior tollit priorẽ ſeu reuocat. Idẽ in teſtamẽtis ⁊ eadem de cauſa: q; dependet ex voluntate vnius. Ad primũ de conſe. diſt. j. vaſa. ⁊ de cogna. ſpi. c. j. Ad ſcõm. xiij. queſt. ij. vltima voluntas. Ad primum contra. xxxiij. queſtio. ij. hoc ipſum. et. l. diſtinc. domino ſancto. vbi dicitur q; ſtamus potius antiquo iuri q̃ nouo. Sed dic vt ibi. ⁊ vt ſupra dixi. hec regula locum habet in his que pars ius habent. Nam priuilegia conſiderantur non ſolum ex tempore: ſed ex cauſa. hinc eſt qõ receptus auctoritate apoſtolica prefertur omnibus alijs ante receptis aliorum auctoritate. de preben. hi qui. lib. vj. Et creditrix dotalis prefertur quibuſdam anterioribus nõ tamẽ filijs ex priori matrimonio qui agunt de dote materna. C. qui po. in pig. habe. l. vlti. Joan. And.

Poſterio ritas pre ualet i legib⁹ ⁊ teſtamẽtis.

Ubi. ſ. **Quod alicui non ſuo licet no** mine: nec alieno licebit. Pone caſum per. c. xlvj. diſtin. ſicut non ſuo. Meo eñ nomine nõ licet fenus exercere: ita nec alieno. vt ibi ꝺr. Itẽ extra de cri. fal. ad falſarioũ Sicut proprio noie nõ debeo falſare literas papales: ita nec alieno. Et nota quod hec regula vera eſt in malefactis. Indecens eſt enim crimen ſuum alienis commodis impendere. vt in dicto. c. ſicut non ſuo. Hoc dico: quia delegatus ex delegatione cognoſcit de cauſa de qua ex proprio noie cognoſcere non poſſet. Et laicus qui non poteſt proprio noie tractare cauſam ſpũalem: tractat alieno: vt de procura. c. j. lib. vj. Item hz locũ regula in his q̃ vt demandari poſſint requirũt ordinis adminiculum. Vñ ſicut ſuo nomine' ſacerdos ſimpliciter non chriſmat in fronte: non ordinat ad ſacros: ita nec epiſcopi ſui mandato: cũ talia demandari nõ poſſint. Et de hoc de conſe. eccle. vel alta. Joan. Andr. Non licet fraudes: damna: furta: ⁊ hmoſmodi facere nomine ſuo: ita nec alieno.

Impẽde re crimen ſuũ commodis alienis eſt indecens.

Ubi. ſ. **Que cõtra ius fiũt debent vti;** q; pro infectis haberi. Pone exẽpla. xxv. queſt. ij. imperiali. vbi ſunt hec verba: ⁊ de regula. nõ ſolum. lib. vj. in regula. ſ. non preſtat impedimentum. Obijcitur ad hanc regulam de matrimonio contracto poſt votum ſimplex quod tenet. ⁊ de matrimonio contracto contra interdictum eccleſie: ⁊ inter compatres ex cathechiſmo tantum. de cogna. ſpi. c. ij. lib. vj. Et de ſententia ſub conditione lata que tenet. ij. queſt. vj. biduum. Et in eccleſia cõſecrata ab alieno epõ. vij. queſt. j. epiſcopus. Et de oĩbus que fieri prohibent: et tamen facta tenent. Item obijcitur de his q̃ fiũt contra ius: ⁊ poſtea confirmantur que allegata ſunt. ſ. in regula. nõ firmatur. Solu. Generaliter dici poteſt ſm Joan. qui hoc notauit. diſt. x. vides. ⁊ Ber. qui idem no. de ſpon. duorum. c. penul. ⁊ glo. pe. hanc regulã locum habere in his que habent perpetuam prohibitionis cauſam: contraria vero in his que tẽporalem. Vel dic hanc regulam veram niſi eodem vel alio iure tolleretur: ⁊ ſic intelliguntur cõtraria. Vel dic q; illa non ſunt directe contra ius: quia licet non aſſiſtat ius: non tamen plene reſiſtit ius. Et dicit. C. de leg. l. nõ dubiũ. q; ſufficit legiſlatorem aliquid prohibuiſſe: licet non adiecerit: ſi contra factum fuerit non valere. Et hec regula locum habet in his que de iure ſortiuntur effectum: non de maleficijs que cõtra ius fiunt: que vtiq; nõ habentur pro infectis. Et facit quod dictũ eſt. ſ. in regula. non preſtet: ⁊ illud hic adde. Joan. and.

Quod oẽs tãgit debet ab omnibus approbari. Pone caſum in archiepiſcopo cõſecrãdo ab oĩbus ſuffraganeis ſuis. lxvj. diſtinc. c. j. In electione facienda ab omnibus cononicis. de elec. q; propter. In concedendo hauſtũ aque in quo conuocandi ſunt omnes qui ius habent. ff. de aqua plu. arcen. l. in cõcedendo. Ad idem. lxiij. di. c. j. ⁊ viij. qõ. j. licet. Et nota q; dicit id qõ tãgit oẽs debere approbari ab omnibus: ergo non valet quod facit maior pars: et ſic eſt contra. lxv. diſt. c. j. Solu. Aut competit illud vt ſingulis: aut vt collegio quod proſequere vt no. per Ber. ⁊ Inno. de conſti. cum omnes. Fallit autem hec regula in caſu. inſtit. de rerum diui. ſ. religioſum. Illud autem dicuntur in aliquo collegio omnes facere: quod maior pars facit. xlvj. diſtinc. apoſtolica. Interdũ tamen requirunt due partes. de ele. licet. Et eſt regula in ar. ad queſtionem. An papa poſſit ſtatuere inuitis acholitis quod ipſi contineant. Et hec queſtio notatur diſtin. lxxxij. propoſuiſti. et dicit Joan. q; nõ: quia caſtitas ſuaderi poteſt non imperari. xxij. qõ. j. integritas. Bar. Bitr. ibi. contra: cuius dictum penitus eſt falſum. niſi intelligas de promouendis: ſed ipſe etiam de promotis intellexit. Monachis autem profeſſis qui renuntiauerunt proprie voluntati: auſterior: regula poſſet eis indici: etiam ipſis nõ approbantibus ſm Innocen. qui hoc no. de reg. ſuper eo. Et ſatis eſt expreſſum. de ſta. regu. c. j. lib. vj. Ibi enim monialibus indicitur auſterior vita: licet non poſſint ſine voluntate omnium ordinẽ mutare. de his que vi me. ve cauſa fi. c. penulti. Joan. And.

Ubi. ſ.

Nota.

Qui ſentit onus ſenture debet et cõmodum ⁊ econtrario. Hec regula eſt ſumpta ex. l. ff. eod. titu. l. ſm naturã. Pone caſum in clerico q̃ pter lapſum retruditur in monaſterio ad penitentiã agendã: q; res eius proficient monaſterio. xvj. queſt. vj. de lapſis. In ſecundo. ſ. dicto ibi ⁊ econtrario. pone caſum in patrono qui defenſare debet eccleſiam. xvj. queſt. vij. filius. In clerico qui officiare debet eccleſiã. de preben. ſignificatum. ⁊ dicit lex. Nõ eſt ferẽdus qui lucrum amplectitur: onus aũt ſubire recuſat. C. de cadu. tollen. l. vna. Concordan. ad hanc regulam. vij. q. j. ibi. ⁊ xij. q. ij. charitatem. cum ſuis concor. Et nota q; hec regula fallit interdũ rõne etatis vel perſone. interdum ratione nature contractuum. interdũ ex ſpeciali pacto. Primum patet. C. de leg. tute. l. vlti. Ibi eñ minores licet ad tutele grauamen non veniant: ſucceſſionis emolumentum non admittunt. Scõm ptz ex. l. ff. pro ſocio. l. de illo. Ibi enim nõ fit compenſatio emolumenti: quod ſocius attulit ſocietati damno quod intulit: imo eo non obſtante damnũ emẽdare tenetur et eſt ratio nature cõtractus. Contrahit enim ſocietas tantũ ob lucrum. Tertium ptz. ff. de pac. do. l. familie. ⁊ de pac. c. j. lib. vj. Item fallit vbi ex cauſa quis prohibet ab emolumẽto: licet on⁹ habeat. ſic in iudice qui habet a partibus exigere: niſi expenſas moderatas: cum proficiſcitur pro cauſa. Nec tunc illas ſi partes ſunt notabiliter pauperes. de reſcrip. ſtatutum. lib. vj. Jo. an. Poteſt ſic extendi. Qui ſentit onus penitentie ⁊ obſeruationis mandatorum ſentiet cõmodum premij: ⁊ econtrario. qui ſentit commodum delectationum: ſentiet poſtea onus damnationis.

Ampliatio.

Qui ad agẽdum admittitur: ad exciplendum multo magis admittendus eſt. Hec regula ſumpta eſt ex. l. ff. eo. titu. l. inuitus. Pone caſum in eo qui legitime preſcripſit: q; ſi cadit a poſſeſſione dat ſibi actio: multo fortius dum poſſidet exceptio. xvj. queſtio. iij. ſ. poteſt. Ad idem de preſcrip. illud. Ratio huius regule eſt: regula quam habuiſti. ſ. cui licet plus ⁊c. q; plus eſt agere q̃ excipere. Sic vt ergo licet agere: multo fortius licebit excipere. Joan. And.

Ubi. ſ.

Qui contra iura mercatur pre; ſumitur bonam fidem non habere. Pone caſum in eo qui recipit eccleſiã de manu laici. xvij. q. vij. ſi quis de inceps. Item in eo qui emit ſpũalia. de ſimo. nam ſatis. j. q. j. quicunq; ⁊ in multis alijs. c. Ad idẽ. C. de agri. ⁊ cenſi. l. quẽadmodũ. vbi qui emit adſcriptitium ſine gleba contra legum interdicta mercatur: et male fidei poſſeſſor ꝺr: et ideo quia talis nõ preſumitur habere bonam fidem: ideo nõ preſcribit vt in predictis iuribus. Cõtra de iure pa. cura. ſolue vt ibi. Et ſic patet q; iuris ignorantia non excuſat in preſcriptionibus et vſucaptionibus. Joan. and. Similiter qui ſcienter emit res furatas vel raptas: non habet bonam fidem: vnde tenetur vt poſſeſſor male fidei.

Ubi. ſ.

Quod

Ex quinto decre.

Quod latēter vel p vim vel alīs

illicite introductum est: nulla debet stabilitate subsistere. ¶Hec regula est in decre. de regu. iuris et sunt verba Greg. vij. Glo. ibi. Pone casum per. l. ff. quod vi aut clā. l. j. ⁊ in seruitio prestito prelato a subdito per vim. hoc in futurum nō facit preiudicium. x. q. iij. quia cognouimus. Per vim. Que per vim vel metum fiunt: qui potest cadere in constantem virum: cum de hoc constiterit reuocantur. de his que vi me. ve. cau. fi. c. j. in gloss.

Ibidem.

Quicquid in sacratis deo rebus

et episcopis iniuste agitur pro sacrilegio reputatur. ¶Hec regula est in decre. de regu. iuris et sunt verba Stephani pape. Glos. ibi. In sacratis rebus siue sit homo siue ager: qui illa aufert et inuadit sacrilegium committit. xij. questione. ij. nulli. Est autem multiplex genus sacrilegij. xvij. questione. iiij. per totum. ibi vide. et in. ij. parte.

In. vj. ll. ¶Heres patroni succedēs in honore iuris pa. debet ecclesiaz defendere.

Rationi congruit vt succedat in

onere qui substituitur in honore. Pone casum in filio patroni herede: qui succedit in honore iuris patronatus: sic in onere defendi ecclesiam succedere debet. xv. q. vij. filijs. Item in prelato qui succedit predecessori in honore: sic ⁊ in onere soluendi predecessoris debita succedere debet pro ecclesie vtilitate contracta. de solu. c. j. Et concor. regula supra qui sentit. ⁊ quod ibi dictum est: hic adde Joan. an. Ex hoc sequitur q̄ Papa qui substituitur in honorem Petri: imo Christi: episcopi in loco apostolorum: religiosi in honore sanctorum Benedicti: Dominici. Frācisci: ⁊ huiusmodi succedant in onere vite ⁊ austeritatis eorum. dist. xl. nō vos. ⁊. c. non est. ⁊ dist. xxxv. ecclesie ⁊c.

Ibidem.

Ratum quis habere non potest

quod ipsius nomine non est gestum. Pone casum. ix. qō. ij. c. j. et de senten. excommu. cum quis. lib. vj. Sed contradicit ad hanc regulam. ix. q. ij. Lugduñ. xvj. q. j. c. vlti. ⁊ de elec. quod sicut. In quibus iuribus habet quis ratum quod eius nomine non est gestum. Sol. Quidam dixerunt hoc fallere in spiritualibus: in quibus ratum habeo quod nomine meo nō est gestum per iura predicta. ⁊ hoc no. in predicta decre. q̄ sicut. in gloss. Verius dic qō ordinatio facta a non proprio episcopo tenet quoad ordinem: licet non quo ad executionem. de temp. ordinā. q̄ translationem. Ibi igitur. in. c. Lugduneñ. episcopus proprius non ratificauit collationem ordinis quoad ordinem: quia non erat necesse: sed executionem ille dispensatiue contulit quam non habebat. Alia etiam iura non proprie loquuntur de ratihabitione: sed de quodam nouo consensu que sunt valde diuersa. ⁊ super hoc vide qō dictum est supra in regula non firmatur. An autem vnus iudex possit habere ratam sententiam latam per alium. dic vt not. ix. q. ij. ca. j. Et de materia huius regule adde quod dicitur in sequēti regula. Joan. and.

Ubi. s.

Ratihabitionem retrotrahi et

mandato non est dubium cōparari. ¶Hec regula sumpta est ex. l. ff. eo. titu. l. hoc iure. Pone casum in iudicijs. ij. q. vj. non solent. ⁊ de iureiur. c. vlti. li. vj. Item in contractibus. C. ad mace. l. vlti. Et habet locum hec regula in casu: quando scilicet nomine meo est gestum: ⁊ tunc ratum habere possum: ⁊ ratihabitio retrotrahitur ⁊ mādato cōparatur. vnum nota. si infra certum tempus teneor aliquid facere: ⁊ alius infra idem tēpus id fecit nomine meo habere ratum debeo: alias ratihabitio non prodesset. ij. q. vj. nō solent. ¶Huic regule simile est quod dicit lex scz q̄ appellās condēnatus de furto si nō prosequitur appellationē retro notatur infamia. videtur enim ratū habere sententiam. ff. de his qui no. infa.

Extēsio regule.

l. furti. Jo. an. extendi potest ad maleficia ⁊ dāna: que si quis faciat nomine alicuius domini vel alterius: ⁊ ille hoc sentiens ratum habeat: tita est ⁊ tenetur ac si mandasset. Sic ⁊ verberās clericū nomine alterius: si habet ratū efficitur excōmunicat⁹: secus si verberat ex se nō nomine alterius: q̄ qui audiēs hz ratū ⁊ gratum peccat quidē: sed nō incidit in excōmunicationē. Similiter audiens dāna facta ⁊ furta: nō tamē nomine suo: licet habeat rata propter odium illius peccat quidem: sed nō tenetur ad restitutionem: sicut teneretur si eius nomine esset factū cum posset obuiare. Utrum absoluens aliquē a peccatis nō habens licentiam seu auctoritatem sub spe ratihabitionis sui prelati vere absoluat: si ille postea habeat ratum. Communiter dicitur q̄ non.

Semel malus semper presumi

tur malus. Pone casum in semel periuro. xxij. quest. v. paruuli. In semel contumace. de presump. scribā. Ad hec. dist. xxv. c. vlti. ¶Hic ergo presumitur eū qui semel malus fuit: semper esse malū. Et potest hmōi dici p̄sumptio hoīs: q̄ contra hoīem sic p̄sumit. Pōt etiam dici p̄sumptio facti: q̄ ex semel facto sic presumitur. Potest dici et presumptio iuris: q̄ ius sic presumit ex facto vt hic vides ⁊ in iuribus. s. assignaris: de quibus diuersis presumptionibus prosequere. vt no. per Jo. dist. l. ferrū. ⁊. liij. di. fraternitatē. ⁊ per Ber. de spō. is qui. ¶Hic ergo vides q̄ p̄sumit ex preterito circa p̄sens ⁊ futurum: interdū presumitur ex p̄senti circa preteritū. interdū circa p̄sens. interdū circa futurū. Quod prosequere vt no. di. xliij. multis. ⁊. xxxiij. q. j. cū per bellicam. de presump. scribā. Licet autem hic possit dici p̄sumptio iuris: non tñ est presumptio iuris de iure. admittit enim p̄batio in cōtrariū: et p̄bato q̄ penituerit nō dicet ampli⁹ malus. distinc. l. ferrum. saluo eo qō ō: de here. ad abolendā. Nota igit q̄ qui semel fuit bonus semper presumit bonus. lxj. dis. miramur. et de presump. mandata. Et prima facie quilibet p̄sumit bonus. xj. q. iij. in cunctis. de presum. dudū. Qui autē malus est semel semper presumitur malus: vt hic. Et procedit hec p̄sumptio: tum ex presumētis natura corrupta: tum q̄ humana natura prona est ad delicta. xij. q. j. omnis etas. Jo. and. Ex predictis nota q̄ est duplex p̄sumptio. s. iuris: et hec est semiprobatio et⁹ rei de qua p̄sumit: vñ cōtra hāc admittit p̄batio in cōtrariū exēpli grā. Promulgata est aliqua p̄stitutio publice: vnde q̄libet p̄sumit scire ⁊ nō excusat per p̄ñs cōtrariū faciēdo. Sed si q̄s p̄bet se iuste ignorasse: puta tunc furiosum fuisse vel longe absentem eliditur illa p̄sumptio iuris per p̄bationē. Est alia p̄batio que ō: iuris ⁊ de iure huiusmodi: est plena p̄batio in humano iudicio rei de qua presumit: vt omo credat sic esse: vnde cōtra eā nō admittit p̄batio. Exēpli grā. Que p violētiam absolutā cognita est p̄sumit nō virgo: vñ fm iura nō pōt inter virgines cōsecrati quantum cunq̄ fuerit animo renitēs: ⁊ per cōsequēs p̄go nō est. Presumitur etiam semel malus semper malus. s. in eodē, gñe mali. Et q̄ nullus iudicandus est immemor sue salutis. j. q. j. debet estimari penituisse nisi perseueret in malo: ⁊ hoc in iudicio anime.

Ubi. s.

Presumptionum alia facti alia iurs.

Presumptio duplex.

Sine culpa nisi subsit causa nō

est aliquis puniēdus. ¶Hic ponitur regula et exceptio eius. In regula pone casum. distinc. lvj. satis peruersum. In exceptione pone casum in marito corrupto: quia promotione sine culpa repellitur: tamen ex causa p̄pter sacramenti defectum. xxxiij. distinc. si cuius. In clerico leproso qui sine causa propter scandalū priuat ecclia. de cleri. egro. tua. Regulariter ergo nullus punitur sine culpa. xvj. quest. vij. inuentū. Et est ratio: q̄ pena est mēsura culpe. Ubi autē nō extat mensurandū: mēsura locum non habet. Bene autem ex causa punit quis sine culpa. dist. xxij. renouantes. Et nota q̄ quinq̄ de causis aliquis punitur in p̄senti fm magistrū in. iij. Prima causa purgationis pec[illegible] vt languidus ad piscinam. Joan. v. de pe. ⁊ re. cum infirmitas. Scda causa inchoāde dānationis eterne. vt in Herode et Antiocho. de pe. dist. iij. sunt plures. Signis. Tertia causa preseruationis a futura culpa vt Paulus Act. ix. Quarta cā glorificationis dei ex miraculo secuto vt in ceco a natiuitate: ⁊ Lazaro resuscitato. Jo. ix. ⁊. xj. Quinta ad maius meriti cumulum ⁊ premium et exemplum ceterorum. vt Job: Tobias. ⁊ huiusmodi. de pen. distin. j. si peccatum Dauid. ⁊ dist. iij. productio.

Quibus de causis q̄s in presenti puniatur. Mat. ij. Act. xij. ij. Macha. ix.

Scienti et consentienti non fit

iniuria neq̄ dolus. ¶Hec regula sumpta est ex. l. ff. eodem titu. l. nemo. Pone casum in ingenuo: qui sciens ⁊ consentiens contrahit cum serua vel econuerso. xxix. quest. ij. si quis ingenuus. In clericis que scienter ⁊ voluntate tocosa adinuicem se pcutiunt. de sentē. excō. c. j. Item in eo q̄ sciebat rem quā emebat seruitutē debere. ff. de act. emptio. ⁊ ven. l. j. Et qō dicit hec regula scienti, dic vel scire debenti. Ad hoc. xvj. dist. quod dicitis. Item dic scienti a principio secus si ex postfacto. ff. de edil. edic. l. iustissime. Et nota quod dolus malus est omnis calliditas: fallacia: machinatio ad circumueniendum: fallendum: decipiendum in alterum adhibita fm Labeonem. ff. de dolo. ma. l. j. §. j. Sed sciens non circumuenitur fallitur vel decipitur: ergo sibi non infertur dolus. Igitur inductus ad clericatum vel monachatū nō ō: dolū passus: quia nō est deceptus. xx. q. iij. constituit. vbi de hoc. Et quod

Ut. s.

dicit hec regula non inferri dolum scienti ⁊ volenti: verum est vt ex eo agi possit. Infertur tamẽ ita ꝙ nascitur ex eo actio per exceptionem elidenda. ff. de fur. inter omnes §. vlti. Item nota qđ hec regula formata est copulatiue non disiunctiue. Hec eñ duo requirunt coniunctim. s. ꝙ sciat ⁊ ꝙ consentiat. Scienti eñ et non consentienti bene infertur iniuria et dolus. xv. qõ. j. illud. cum similibus. Ad hanc regulam signatur contra. de senten. excommuni. contingit. s. in verberante: scz clericum se ad hoc offerentẽ in satisfactione: iniurie facte ab eo: quia excommunicatus est. Sol. cui non fiat iniurta ipsi clerico volenti vt ibi: fit tamẽ iniuria ordini clericali: ⁊ ideo incidit. Item contra. C. de rapto. virg. l. vna. vbi si rapto virginem etiam volentem teneor. Sed hoc ideo: qr id voluit in persuasione dolosa: quod plus est ꝙ violentia. ff. de ser. corrup. l. j. Jo. and. Ex hoc sequitur ꝙ si quis operatur pro aliquo pro certo pretio sibi dando in panno partim vel ad rationem. xiij. vnciarũ pro libra: non fiet ei iniuria ex quo a principio scit qũo sibi soluetur. Jacob non commisit dolum in emendo primogenita ab Esau. Geñ. xxv.

Persuasio dolosa plꝰ est ꝙ violentia.

Ubi. s.

Semel deo dicatum non est ad

vsus humanos vlterius trãsferendum. Pone casum. xij. q. ij. nulli. et de relig. do. ad hoc. Ad idem. xix. q. iij. que semel. de conse. distin. j. ligna. ⁊ c. vestimenta. Et habet locum hec regula nõ solum in re propria sed etiam aliena cõsecrata. Unde si aurifer habebat calicem quẽ episcopus cõsecrauit amplius nõ reddetur artifici calix ipse sz estimatio eius. Et est casus specialis in quo quis priuatur re sua. xiiij. q. vj. cõperimus. Et quod dixi de calice idem de qualibet re inanimata. Secꝰ in animata puta in seruo. Et sic nõ est contra. distin. liij. frequens. ⁊ c. seq. Et ratio est quam no. Jo. scilicet quia in re inanimata non fuit dolus: sed in animata. vij. qõ. j. episcopus in dioc esi. Et hoc quod dictum est hic ꝙ non debet reddi: intellige in eadem forma. Nam ob redẽptionem captiuorum ⁊ vrgentia debita: calices ⁊ vasa alia eccle siastica vendi possunt etiam laicis: conflata tamen ⁊ cõminuta. x. q. ij. hoc ius. Item nota ꝙ dicit regula dicatũ: qr bona ecclesie non dicata vel cõsecrata: bene transeunt ad humanos vsus: et etiam serui ecclesie vendunt laicis vel donant ad seruiendum. xij. q. ij. ecclesiasticis. Item nota ꝙ dicit ad vsus: quia non solũ ad dñium laicorũ: sed nec in vsum eorũ transire debent res deo dicate. de conse. distin. j. vestimẽta. Et ponitur ibi exemplũ Balthasaris regis Babylonis: qui punitus fuit propter vsum vasorum templi. Dañ. v. Ad humanos. i. seculares vel secularium personarum. Ad idem. xij. quest. ij. qui diuinis. Hoc ideo dico: quia ad vsus clericorũ bene possunt reduci. de conse. dis. j. ligna. Transferẽdũ. Adde quod dixi supra priuilegiũ. Jo. an. Ex hoc sequitur ꝙ clerici ⁊ religiosi cũ sint deo dicati: non debent se immiscere negotijs secularibus. ne cle. vel mo. c. vlti. Nec se dare vite vitiose ⁊ mundo. xij. q. j. clericus. ⁊ c. duo sunt. In figuram huius contrarium facientibus. h. bes de Nadab ⁊ Abiu. qui offerentes ignem alienum combusti sunt. Leui. x.

Pro redẽptione captiuorꝝ vasa ecclesiastica pñt vẽdi.

Ubi. s.

Tacere: qui tacet consentire vi;

detur. Pone casum. liij. dist. si seruus. ⁊ de presump. nonne. Nota ꝙ qui tacet consentit vt hic: ⁊ in supradictis iuribus votum emittit. dist. xxvij. c. j. occidit. dist. xlij. ephesijs. Est contumax. di stin. lxv. c. vlti. Interdum nec consentit nec contradicit: vt dicetur statim in regula seq. Joan. and. Esa. vj. Ue mihi: quia tacui. Est simulator. dist. lxv. si forte. Impunitatem promittit. distinc. xliij. sit rector. Offert. xx. q. ij. c. j. Joan. and.

Tacitur nitas qñ ꝙ habet ꝓsensu.

Ubi. s.

Js qui tacet nõ fatetur: sed nec

vti ꝙ negare videtur. Hec regula sumpta est ex. l. ff. eod. titu. qui tacet. Et nota ꝙ tacere est quoddam medium inter expressam voluntatẽ ⁊ expressam contradictionem. Pone ergo casum in eo contra quem fertur sententia: qui tacens non habetur pro cõsentiẽte: nec pro cõtradicẽte infra. x. dies infra quos semper appellat. ij. q. vj. anteriorũ. Item pone casum in prelato qui tacet ex causa propter scandalum. de cog. spi. super eo. Prima regula fallit. dist. xxvij. c. j. ⁊ dist. liij. si seruus. ⁊ xx. qõ. ij. c. j. ⁊ de presumptio. nonne. ⁊ vbicunq; tacitum pactum inducitur a lege. Secũda regula fallit in eo qui verbo tacet: sed contradicit facto vel signo. lxxiij. dist. c. j. Item fallit in his in quibus requiritur expressus cõsensus: vt in adulto qui catechizatur. Item in seruitute imponenda. Item in procuratore cõstituendo. Item in furto. ff. de fur. qui vas. Item in soluendo matrimonia. Itẽ in his casibus qui habentur. ij. quest. vij. plerique. Quid ergo in his dicese Nunquid tacens habebitur pro consentiente: an pro contradicente Solu. Dicunt quidam ꝙ regulariter tacens habetur pro consentiente. Facit ad hoc regula. s. immediata. qui tacet: fallit autem in casibus nũc dictis. Uel dic secundo ꝙ aut est tale factum quod fieri non potest me prohibente. Pone casum. liij. dist. si seruus. ⁊ tunc taciturnitas habetur pro consensu. fallit tamen in casibus supradictis. Aut est tale quod fieri põt me prohibente vel cõtradicente. Pone casum. ff. de cõtrahen. emp. rem alienam. ⁊ tunc taciturnitas non obest ſm Jo. qui hec not. dist. xxvij. c. j. Uel dic tertio ꝙ in facto concupiscibili honorabili ⁊ meritorio taciturnitas habetur pro consensu: vt in primis iuribus. In facto autem quod non est concupiscibile honorabile et meritorium: sed onerosum: taciturnitas nõ habetur pro cõsensu: sed necessarius est expressus consensus. vt in alijs iuribus secundum Innocen. Hoc addito quod vbi ius in penam statuit aliquem tacentem haberi pro consentiente vel confesso. sic habebitur: licet factum sit onerosum. Exemplifica per decre. de iura. calum. c. vltimo. Joannes And.

Qui ex timore facit preceptum

aliter facit ꝙ debeat: ⁊ ideo iam omnia nõ facit. Hec regula est in decre. de regul. iur. Et sunt verba Aug. glo. Timore. s. seruili. hic non stat cum charitate. Est tamen bonus: quia sicut seta filũ ita iste timor introducit charitatem ſm Aug. xxiij. quest. vj §. cũ per timorẽ. Non tamen sufficit ad salutẽ. de pen. dist. vij. c. vlt. Et hic timor est cum quis tãtum respicit ad penas temporales vel infernales: ꝙ principaliter ꝓpter illas vitandas sibi cauet a peccatis: ⁊ facit bona opera: alias non facturus. Requiritur ergo timor filialis vel initialis qui respicit ad beneplacitum dei patris ⁊ premium. Jam non facit. glo. ar. ꝙ non dicitur factum qđ non legitime fit. xxiij. q. j. pudenda. Item est arg. ꝙ qui inuitus obedit aut rem aut meritum perdit: ⁊ talis obediẽtia aut nulla est aut minima. vij. quest. j. sciendum.

Ex ẽnto decre.

Utilius scãdalum nasci permit

titur ꝙ veritas relinquatur. Hec regula est in decretali. de regulis iuris. c. qui scandalizauerit. Et sunt verba Bede. Glos. ibi collige casum. xj. quest. iij. inter verba. et. xxij. quest. ij. primum. Ueritas que triplex est: scilicet vite bone que nunquam omittenda est propter scandalum: et ad quemlibet pertinet. Alia est veritas iustitie: hec ad iudicem pertinet. Alia discipline seu doctrine que pertinet ad prelatum et doctorem. In his duabus quandoq; omittitur propter scandalum vitandum. distinct. l. vt constitueretur. Et intellige de his que indispensabilia sunt. Et tale ius cõmune quod est indispẽsabile dicit veritas: q̃nũq; est deserenda propter scandalum: quando scilicet est ius indispensabile. Sed cum est ius commune dispensabile: quod etiam potest dici veritas propter scandalum potest dimitti. j. quest. vltima dispensationes. Bernar. Intellige sane ꝙ scilicet veritas doctrine potest aliquando dimitti propter scandalum: non vt mendacium dicatur: vel falsitas doceat: quia hoc nunquam licet: sed vt veritas taceatur cum non est necesse. Sic etiam aliquando veritas iustitie deseritur propter scandalum: non vt inde qua et iniusta sententia detur contra innocentem: sed aliquando vt reus non condemnetur ad vitandum maius scandalum: vt dicitur in illo. c. vt constitueretur. distin. l. De ista materia habes. infra in secunda parte.

Ibidem

Ueritas ẽ triplex.

Utile non debet per inutile vi;

tiari. Pone casum. xij. questione secunda. si quos. de seruis. vbi episcopus manumisit seruum benemeritum: cui dedit vltra viginti solidos. Sed illud amplius tantum reuocabitur: sed non totum. de prebendis dilectus. vbi confirmatur factum legati in vno capitulo: et non in alio. C. de donationibus. l. sancimus. vbi donatio pro parte tenet et pro parte non. Et nota quod hoc est brocardicum: ⁊ pro hac parte faciunt iura supra inducta. Ad idem. xxxvij. distinctione turbat. et. c. si quod veri. et prima quest. j. nonne. ⁊ c. dominus declarauit. xij. quest. v. quia. ⁊ xxij. quest. quarta. inter cetera. xxiij. questione quarta. quid ergo. de consecra. distinctione. iiij. si non sanctificatur. de arbit. cum tempore. de dona. apostolice. insti. de inutili. Stipu §. ꝙ si quis. Per hec ⁊ similia probat qđ inutile per vtile non dz vitiari: vt dicit regula. Econtrario ꝙ vtile per inutile vitietur: probatur dist. lx. si ad sacras. xxiij. dist. quorundam. iij. quest. ix. pura. de offic. deleg. cum

Ex sexto libro.

super

BIBLIOTECA · REGISTRO DE LA PROPIEDAD ESPIRITUAL · PALENCIA

ſuper.ff.de arbit.l.pedius. Solu.Dicit Bart.Bitr.quod vtile per inutile vitiatur.vbi de hoc in iure inuenitur expreſſum. Et hoc no.ipſe.in.queſt.ix.pura.alias non vitiatur.Vel dic plenius quod regulariter vtile non vitiatur per inutile: vt hic patet in regula.Vides enim quod hec pars probandi: ſcilicet negatiuam hic ponitur pro regula. Habemus ergo ſtare regule: niſi ſpecialitatis ratio vel caſus ſpecialis cōtra regulam appareat. Eſt autem contra hanc regulam caſualiter inuenire vtile per inutile vitiari:vt in contrarijs.Et eſt ſpecialitatis ratio:quia vtile ⁊ inutile ſunt ſeparabilia:vt vides in.c.quorundam. Nam ibi quidam epiſcop⁹ ordinans impoſuit manum ſuper ordinandū: alius dixit verba forme.Et ſic quia materia non debet ſeparari a forma:vt ſi dicatur per vnum forma:per alium exhibeatur materia:ideo ibi vtile vitiatur per inutile:vt nil reputetur factum. Et ſimiliter ſi vnus diceret partem forme:⁊ alius aliam partem:nil faceret.probatur optime hec ſolu.ff.de aqua quotidiana:⁊ eſti.l.j.Trebatius.Jo.an. Nota etiam quod habetur dict. ix.ſi ad ſacras. in gloſſa. Sic opus de genere bonorum vitiatur vtile per inutile peccati mortalis: qꝛ illi operi non debetur premium ſupernum: ⁊ hoc ideo:quia inſeparabilia ſunt opus bonum:⁊ carentia mortalis ad hoc vt ſit meritorium.Ad quod premium nos perducat Jeſus Chriſtus:in ſeculorum ſecula benedictus.Amen.

Vtile per inutile vitiatur.

¶Hic Prime partis Summe Antonini, Ordinis predicatorum, viri clariſſimi, Archiepiſcopi Florentini, Finis extat. Solerti cura emendate. Opera Joannis Creſpin, Calcographi diligentiſſimi.

Regeſtum huius partis.

A.B.C.D.E.F.G.H.J.K.L.M.N.O.P.Q.R.S.T.
Omnes ſunt quaterniones.






36
878 (1-2)

Antonini
opp.
I. 130.